UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00583801 6

SYLLABUS
GRAECARUM MEMBRANARUM

QUAE

PARTIM NEAPOLI IN MAIORI TABULARIO ET PRIMARIA BIBLIOTHECA
PARTIM IN CASINENSI COENOBIO AC CAVENSI ET IN EPISCOPALI TABULARIO NERITINO
IAMDIU DELITESCENTES ET A DOCTIS FRUSTRA EXPETITAE

NUNC TANDEM ADNITENTE IMPENSIUS

FRANCISCO TRINCHERA

NEAPOLITANIS ARCHIVIS PRAEFECTO

IN LUCEM PRODEUNT

IIS QUOQUE NON PRAETERMISSIS QUARUM VETUS LATINA TANTUM VERSIO SUPEREST
CUM QUORUMDAM CHARACTERUM ET SIGILLORUM ECTYPIS
RERUMQUE ET VERBORUM INDICE LOCUPLETISSIMO

NEAPOLI
TYPIS JOSEPHI CATANEO

MDCCCLXV

LIBRARY
APR 28 1970
UNIVERSITY OF TORONTO

DG
403
S88
18652

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ

I. De Graeca origine, qua tot oppidis et urbibus in extrema hac Italiae regione positis licet gloriari.—II. De Graecismo ibidem vigente sub Romanorum, ac deinde Gothorum dominatione. — III. Quid de Graecismo Neapolitano senserint Mazochius et Martorellius. — IV. Utrum in iis oris, quae olim Magna Graecia nuncupatae sunt, Graecismus sequioris aevi fuerit Graecorum Byzantinorum, an indigenarum.—V. De Graecismo sub Byzantina dominatione.—VI. De Graecismo sub Regibus Nortmannicis, Svevis et Andegavensibus.—VII. Aegre ferendum est, quod postquam Graecarum litterarum studia revixerunt, ratio nulla sit habita Graecismi nostratis ad deteriora tempora spectantis. — VIII. Quid actum hoc saeculo ab Archivi Neapolitani Praefectura, ut Graecarum Membranarum Syllabus inchoaretur ac perficeretur. — IX. De ratione, qua Syllabus hic contextus est.—X. Cur attexenda fuit Appendix.—XI. De Notis Chronologicis. — XII. De Characterum et Sigillorum ectypis. — XIII. Quid utile ex hoc Syllabo possit hauriri.

I.

Divinus ille Plato, quia non Barbarus, sed Graecus fuisset procreatus, sibimetipsi magnopere gratulabatur, et beneficium hoc numerabat inter reliqua pulcherrima, quae Diis immortalibus accepta referebat. Hanc sapientissimi philosophi sententiam prae oculis habens Antonius Galateus unus multorum ingenio doctrinaque excellentium, qui Aulam nostrorum ex Aragonensi prosapia Regum mire honestarunt, laetatus ipse quoque fuit (1), quod non a Morinis aut Lingonibus, non ab Allobrogibus aut Sicambris, verum a Graecis repeteret stirpis suae primordia, Graecorumque proavorum seriem quam longissimam recenseret. Non absimili ratione nostro vel aevo gloriari fas est compluribus quidem oppidis et urbibus in extrema hac Italiae regione positis, quas genus a Graecis ducere nulli omnino dubitationi est obnoxium. Cuinam enim ex hac origine parum aut dignitatis et decoris, aut incitamenti et alacritatis ad praeclara et ardua quaeque capessenda in posteros redundare videri potest? Ullane seu vetustiorum gentium, seu recentiorum tanta praestitit humanitate simul et bellica virtute, ut Graiae sit anteferenda? Haec

(1) *De Situ Iapygiae* in Delectu Scriptorum Rerum Neapolitanarum pag. 616.

singulari mentis sagacitate, haec exquisito pulchri sensu, haec mirifica ubertate venustateque orationis, haec liberalissimis institutis, et temperatione rerum felicissima caeteris omnibus anteivit; huic ingens vis obfirmavit pectus, tanquam inexpugnabile munimentum adversus hostiles excensus, et impressiones, quibus propter naturam regionis ipsa patebat. Nec vero tot praeconia laudum magis tribuenda sunt Graeciae transmarinae, quam nostrae, cui Magnae nomen ex suarum Rerumpublicarum potentia, et Pythagoricae sapientiae splendore fuit arcessitum. Heic leges a Zaleuco et Charonda latae, quae omnium saeculorum praedicatione dignae haberentur; heic artes sive ad iuvandam, sive ad ornandam hominum societatem concitatissimo studio et progressu excultae; hinc primum litterae politiores Romam commearunt, ineunte sexto ab urbe condita saeculo, suamque elegantiam et concinnitatem cum rustico et imperioso Latii sermone communicarunt. Nihil porro nos, ad alia properantes, et veriti ne actum agere videamur, cum tot nobilissimi scriptores (1) argumentum hoc probatissimis lucubrationibus exhauserint, nihil memoramus de fortitudine, qua nostrates iidem Graeci adversus immanem Syracusarum Tyrannum depugnarunt, et insignia reliquerunt posteris documenta virtutis nullum periculorum aut mortis genus pro patria reformidantis.

II.

Quod magis ad rem nostram pertinet, in eo positum est, quod post adventum non modo Coloniarum Roma deductarum, sed etiam Septentrionalium Gentium per sequiora tempora non omnis Graecismus apud nos diem supremum obivit. Sub Augusteae quidem aetatis exitum Strabo aegre ferebat, et conquerebatur (2) graecanicas nostras civitates universas praeter Neapolim, Rhegium et Tarentum ad mores institutaque Romanorum descivisse. Hinc nonnulli arguerunt ea tempestate sermonem quoque Romanum huc fuisse invectum. At qui hoc sibi tam facile persuaserunt, videntur non satis advertisse, qua potissimum ratione interdum fiat, ut populorum sermones extinguantur. Id enim accidit, prout sensere viri doctissimi, qui ortum, vices et penitiorem reconditamque vim linguarum pervestigarunt (3), si aut populi victoris lingua populo devicto subditoque per edictum imponatur, aut utriusque populi linguae inter se consuetudine diuturna collidantur, et tertius inde sermo enascatur. At enimvero nostris Graecis nec Romani suam imposuerunt linguam, nec illud obtigit collisionis genus, quo sermo novus oboriretur. Graeciae captae sermoni nullo non tempore Romani victores tantum honoris habuerunt, ut

(1) Tiraboschius, *Storia della Letteratura Italiana, tom. I, parte II.* — Winkelmannius, *Histoire des Arts* — Micalius, *Storia d' Italia avanti il dominio de' Romani, parte I. c. XX.*

(2) *Geograph. lib. VI. sub initium.*

(3) De Brosses, *Formation mécanique des langues, chap. 9, n. 162* — Cesarottius, *Ragionamento preliminare al Corso di Letteratura Greca.*

sedulo alacriterque eum colerent, et quam libentissime usurparent; caeterarum vero provinciarum, quibus potiti fuerunt, linguas abolendas iudicarunt, illato sermone latiari, cuius maiestati et elegantiae nihil quod comparari posset inerat gentium debellatarum sermonibus.

Post ipsam quoque Romani Principatus in urbem Byzantium migrationem Hellenismus haudquaquam iussus inde fuit exsulare. Verumtamen diffitendum non est, quin Graecanica lingua plurimum depravationis ea tempestate pertulerit. Nam cum in Principum palatiis Romanus, ut inquit Cangius (1), apud Romanos vero Graecus semper vigeret sermo, necesse fuit, ut Romani Graecum, Graeci Romanum addiscerent, quo in commerciis et familiaribus alloquiis sese vicissim intelligerent. Sed dum Romani Graecae, et Graeci Romanae linguae cognitionem inchoatae dumtaxat consequebantur, suam dedidicere Romani linguam, suamque Graeci corrupere vocibus perperam a Latinis, quibuscum quotidie versabantur, petitis, et inconcinne invenusteque conflictis.

Ut apud Byzantinos, ita et apud nostros Graecos contigisse dicendum est. Abolefacta quidem non fuit Coloniarum Romanarum adventu lingua, cui Roma victrix fasces submiserat; sed vetustioris formae pulchritudinem ac nitorem amisit, quippe quae locutionibus advenarum quotidie foedabatur. Huic vero corruptioni non aeque pagi, atque urbes, obnoxii fuerunt. Namque in urbibus, ubi coloniae consederant, civesque Romani non pauci diversari et rusticari consueverunt, Graeco sermoni amplius depravationis importatum est, quam in pagis, qui commoratione et commercio exterorum minus celebrabantur.

Cum porro barbarae nationes, e regionibus hyperboreis profectae, Italiam petiverunt, et haec olim praepotens et inclyta totius prope orbis terrarum dominatrix in Gothorum potestatem venit, nostrae quidem Graecae urbes linguam institutaque sua perinde, ac reliqua Italia, retinuerunt. Gothorum enim Reges, ac praesertim Theodericus consilia et hortationes Cassiodori romanarum rerum propugnatoris acerrimi non aspernati sunt, et gentis suae barbariem, non Italorum urbanitatem profligandam esse statuerunt.

III.

Compertum quidem nobis est non defuisse antiquitatum nostrarum vestigatores, quibus ambiguum visum est quod heic nos adfirmavimus, Hellenismum scilicet nostrum vitam protraxisse per omne aevum, quod hactenus persecuti sumus. Nam Mazochius (2), et Ignarra (3) huic suo insigni magistro summa veneratione et amore devinctus pro certo

(1) *Praefat. ad Gloss. Med. et Inf. Graec. § IV.*
(2) *De Neapolitana Cathedrali semper unica, p. II. c. II.*
(3) *De Phratriis primis Graecorum politicis societatibus, pag. 151.*

habuerunt Neapolim sub primi Christiani saeculi finem ob comparata sibi Coloniae Romanae iura non solum ad omnimodam Quiritium civilitatem, sed etiam ad principis urbis eloquium sese conformasse, etsi Graiae linguae studium, immo et institutorum Graiorum vestigia aliquandiu adhuc tertio saeculo nonnulla servaverit; sexto autem saeculo, cum Neapolis a Ducibus sub Constantinopolitanae Aulae tutela regi coepisset, coepisse simul nonnihil de graecis Byzantinorum moribus adspergi Latinorum moribus, quibus iamdiu assueverat, praesertim cum etiam ab illo tempore Graeci frequentes huc ventitarent. At opinionem, a qua laudati duoviri steterunt, Martorellius (1) binis iisque longiusculis dissertationibus elevavit, contenditque posteriori aevo a Tiberio Augusto per octingentorum fere annorum cursum rem Neapolitanam Graece se gessisse ac perdurasse, allatis inscriptionibus tum privatis, tum publica auctoritate positis, quarum sermo Graecus eius sententiae robur et fidem conciliabat. Huic plane scriptori Pelliccia (2) aliique non inferioris subsellii viri adstipulati sunt. Quisque vero non magis tot hominum doctissimorum auctoritate, quam rationum momentis sibi persuadebit vero similius esse quod Martorellius autumavit, modo consulat quae Michael Baffius Artis Diplomaticae Antecessor de hoc argumento enucleavit in opere (3), quo Neapolitanum Archivum illustrandum suscepit. Ibi enim ab auctore, qui sese ab adolescentia contulit ad perscrutanda vetera monumenta, et in laborioso hoc vitae genere consenuit, animadversa de Neapolitano Graecismo permulta scitissime fuerunt, et prae reliquis illud, scilicet graecas subscriptiones, quae in latinis nostris saeculi X et XI membranis occurrunt, palam omnibus facere Graecos homines, a quibus exaratae fuerunt, non Byzantinos Neapoli degentes, sed cives Neapolitanos fuisse, nec illud obstare, quod Marinius (4), et Savignyus (5) edixerunt de graecis subscriptionibus quorundam Ravennatium monumentorum, eas nempe Graecis non Ravennatibus, sed Ravennam aliunde profectis esse tribuendas; nam quod Ravennae latinae originis urbi convenit, non item convenit Neapoli, quae suis a primordiis Graeca fuit, et ab institutis Graecorum serius, quam reliquae urbes Italicae, ad latina commigravit.

IV.

Utcumque autem libeat aliis quaestionem de Neapolitani Hellenismi vicibus diiudicare, eiusdem generis quaestio quoad Hellenismum Magnae Graeciae certe quidem habet quo facilius et stabilius definiatur. Nos haud latet Assemannium (6) de Calabriae Grae-

(1) *Thec. Calam., lib. II. cap. V. parte IV et V.*
(2) *Istituzioni Diplomatiche, pag. 41.*
(3) *Ordinamento del Grande Archivio Napoletano, pag. 57 a 67.*
(4) *Papiri diplomatici pag. 253, n. 47.*
(5) *Storia del Dritto Romano nel Medio Evo, t. 1, § VI. Del dominio dei Greci in Italia, pag. 226.*
(6) *De Rebus Neapolitanis, t. IV. pag. 91.*

citate idem illud statuisse, quod Ioannes de Ioanne (1) quoad Siculam Graecitatem statuerat, nimirum utramque sub Romanorum dominatione a latino sermone attritam fuisse. Si de attritu solummodo locutus uterque fuit, cui non patet eos non edixisse Graecorum linguam linguae Romanorum omnino cessisse? Mazochius ipse (2), cum aeneas tabulas Heracleenses commentario prope aureo explanaret, quodam usus diverticulo ad persequendam controversiam, de qua nos heic mentionem iniecimus, ait sese vereri, ut posset de Magna Graecia confirmare, quod de Graecitate Neapolitana ex vero defensitasse putabat. Observavit enim vir omnigena eruditione spectatissimus in Magnae Graeciae remotae ac sepositae latebris facile se Graecismum tueri potuisse, quominus infusa peregrinitate excluderetur. Ad haec ubi novit (3) sententiam Galatei ab aevo vetustiore repetentis originem Graecorum aevo suo in Neapolitano Regno superstitum, exceptis tamen coloniis, quae sub eiusdem Galatei tempora ex Albania in nostras oras sese contulerunt (4), graecoque ritu, at Albanensi idiomate utebantur, parum abfuit quin huic non aspernando scriptori adsentiretur. Id enim vetuit dubitatio, quae sibi iniiciebatur, an non sequioribus saeculis Graecorum, qui trans mare degebant, migrationes in neapolitanas oras accidissent. Huiusmodi vero dubitatio manabat ex eo, quod animadvertebat Calabrensis Graecismi naturam et ingenium magnam partem ad Byzantinum vernaculum idioma deflectere, et quamdam praeseferre analogiam in nominibus et verbis inclinandis. At quoniam complures e nostris provinciis et omnium maxime Apulia, Iapygia et Calabria, quina circiter saecula Byzantino Imperio paruerunt, mirumne videbitur quod ibi graecanicae voces ad naturam, ingenium et inclinationem vocum Byzantinarum magnam partem accesserint? Mirum foret, si non ita evenisset tum ex alternis quotidianis inter Graecos indigenas, advenasque colloquiis, tum ex usu et familiaritate librorum, qui Byzantino idiomate conscripti nostras in oras commeabant, sive Liturgici, sive Nomici, sive Iatrici, sive alterius generis. Hinc revera factum est, ut lingua nostrorum Graecorum, quae a puriore illa veteri post Romanorum in nostras oras adventum iam desciverat, particeps quoque evaserit corruptionis, quam Graecitas Constantinopolitana subiverat, variis invectis vocum terminationibus, et litteris modo ademptis, modo additis, modo commutatis perinde, atque adimi, addi et commutari apud Byzantinos consueverunt.

Sed quamvis Graeci advenae in causa fuerint, cur indigenarum Graecorum sermo amplius depravaretur, non est tamen obliviscendum Byzantinos saepenumero viros in nostras confluxisse provincias, qui harum Graecismo aliqua ratione profuerunt, uti patebit ex iis, ad quae persequenda gradum facimus.

(1) *De Divinis Siculorum Officiis, cap. VI, n. 3, pag. 42.*

(2) *Diatriba I de Magna Graecia, cap. IX, pag. 62 et 63.*

(3) *Op. cit. pag. 123, n. VII.*

(4) *De migrationibus Graecorum in nostras oras ab Epiro saeculo XV sub Regibus Aragoniis, et ab urbe Corone saeculo XVI. sub Carolo V, si lector plura doceri concupiverit, consulat opusculum Angeli Masci inscriptum* « Discorso degli Albanesi del Regno di Napoli » *necnon opusculum uberiori eruditione refertum Laurentii Blanchi ex Oppidi S. Ioannis Toparchis graecarum rerum studiosissimi, quod praefert titulum* « Ragguaglio della Gente Albanese, e delle sue Colonie » *ubi de lingua et moribus Albanensium plurima scitu digna afferuntur.*

V.

Cum saeculo sexto Cassiodorus secessum et otia sibi quaereret a publicis negotiis, quibus gerendis diu, nec sine maximo Italorum emolumento vacaverat, prope Scyllacium ab inchoato excitavit Vivariense Coenobium, quo Graecos prae reliquis viros ingenio et eruditione insignes arcessivit, qui secum in excolendas sacras profanasque litteras ac praesertim Graecas tota animi contentione et sedulitate incumberent, uti Garettius fuse tradidit in Commentario de vita Cassiodori. Inter eos eminebant Dionysius Exiguus, et Epiphanius graecis disciplinis apprime imbuti. Horum quidem Coenobitarum labores effecerunt, ut per ea tempora, quibus barbaries et ignorantia quoquoversus apud reliquas Occidentis incolas grassabantur, in Calabria non parum pristinae humanitatis incolume perennaret.

Octavo autem saeculo alii complures abeuntes ex Imperio Byzantino Monachi, ut Leonis Isaurici ad exterminandum sacrarum imaginum cultum debacchantis sese crudelitati eriperent, partim Neapoli, ut testatur Ubaldus (1), partim in Calabria suum domicilium collocarunt. Quicquid litterarum secum attulerunt, id ultro manciparunt usui Graecorum incolentium loca, ubi summa benignitate fuerant excepti. Hinc vergente eodem saeculo Marcus Hydruntinus Episcopus Graeca Hymnographia, aliisque plurimis ingenii monumentis editis in Graecorum Officiis immortalitatem nominis sibi comparavit. Sub eiusdem saeculi exitum Anglia quoque sermonis Graeci non ignara extabat; quare Carolus Magnus inde accivit, qui graecas litteras apud Germanos publice doceret. Sed postquam Princeps hic sapientissimus e vita migravit, studia litterarum omnium, graecarumque imprimis in Germania et Anglia prorsus obsoleverunt, et mentes hominum ad pristinam relapsae sunt rerum ignorationem et socordiam. At secus in Calabria sese res habuit. Illic enim saeculo nono sermo graecus non detrimentum, sed incrementum accepit ope aliorum Sodalium Ordinis Basiliani, quos Patriarcha eo Constantinopoli proficisci iubebat, ut amoliendae Romanorum Pontificum auctoritati, et Graeco ritui latius propagando operam navarent. Horum non paucos excepit Iapygia, ubi Neritina in urbe Graecanicum gymnasium instituerunt, in quo studiosa iuventus graecis litteris atque disciplinis imbueretur. Quamquam vero eodem saeculo modo Saraceni, modo Longobardi potiti fuere urbibus, quae Graecis Imperatoribus parebant, ex alienigenarum illorum dominatu Graeca lingua non aliud passa fuit, nisi quod in eam aliquot Saracenica et Longobardica vocabula inrepserunt. Neque sub ipsorum potestate ea loca diu fuerunt; nam Graeci Principes missis militibus inde Saracenos ac Longobardos expulerunt, Apuliamque, Iapygiam et Calabriam in suam ditionem receperunt.

Saeculo decimo Apulia et Calabria truculentissimis vexatae bellis fuerunt, quibus Othones Germanorum Imperatores delere conati sunt dominationem Graecorum Principum in nostris regionibus. Otho I, ut cladem ulciscereturur suis militibus Proceribusque illatam

(1) *Chronicon Ducum Neapolis apud Pratillum Tom. II. pag. 101.*

a Graecis per proditionem, cum de nuptiis inter suum filium, et Theophaniam Graeci Imperatoris filiam ageretur, misit huc Gualtherium et Sigibertum belli duces. Graecorum copiis in insidias pertractis, et partim trucidatis, partim post truncatas ad contumeliam nares Constantinopolim dimissis, Apulia et Calabria Occidentis Imperio submissae fuerunt, et Graecis Italiotis ingens impositum est tributum. Sed anno 979 Basilius et Constantinus Graeci Imperatores turpe rati se vetere tot annorum Apuliae et Calabriae possessione deiectos, Saracenis, quos nuper Creta exegerant, magna mercede conductis, Italiam invaserunt, et Bario ac Matera urbibus expugnatis, Apuliam primum, deinde nemine prohibente Calabriam receperunt, arma longius etiam promoturi, nisi vis maior aliqua obstitisset. Obstitit quidem alter Otho, qui e Germania cum exercitu huc advolavit; sed fusus et fugatus vix natando vitam servavit. Satis constat hanc cladem tantam fuisse, ut si Graeci protinus inde in reliquam Italiam exercitum adduxissent, eam universam, ut ait Sigonius (1), haud magno admodum negotio in potestatem fuerint adducturi.

Iam vero si regiones illae saeculo decimo non longo temporis intervallo Occidentis Imperio paruerunt, et Graecum deinde Imperium apud eas latius propagatum est, cuinam ambiguum esse potest, quin ibi Graecismus nihil detrimenti ceperit, immo ex amplificata postmodo Graecorum Moderatorum potestate maiorem ipse vim et dignitatem sit adeptus? Et sane per ea tempora apud Calabros S. Nilus Graeco eloquio sese omnibus probavit, hymnumque de S. Benedicti laudibus, et epistolas graece conscripsit, quae non contemnenda ingenii monumenta pientissimi eius Coenobitae nomen posteritati commendarunt.

Nec minus celebritatis eodem aevo sibi peperit Ioannes Philagathus, cui Rossani apud Calabros ex obscura stirpe prognato non vulgare ingenium, graecarumque litterarum cognitio ad honores amplissimos iter muniverunt. Legati ad Graecum Imperatorem munia demandata ei fuerunt; verum hinc nemo arguat eum tantum modo graeci sermonis novisse, quantum graeco interpreti satis esset, cuiusmodi fuerunt plerique eorum, quos Gradenigus (2) recensuit, ut italicum aevi deterioris Graecismum adsereret; quamobrem eum falsum esse non iniuria Schoellius (3) notavit. Philagathus non lingua solum, sed disciplinis quoque graecanicis, quantum ea tempora ferebant, instructus erat, quo doctrinae apparatu factum est, ut Principibus viris in aula tum Orientis, tum Occidentis placuerit, et dignitate primum Abbatis Nonantulani, dein Episcopi Placentini fuerit condecoratus.

(1) *De Regno Italiae lib. VII, pag. 451.*
(2) *Della Letteratura Italo-Greca Lettera al Cardinal Quirini.*
(3) *Histoire de la littérature grecque profane. Tom. VII, pag. 278, n. 1.*

VI.

Saeculo autem XI, condito apud nos Nortmannorum Principatu, qui saeculo insequenti evasit in Siciliae Regnum, et rerum nostrarum maiestatem atque gloriam redintegravit, non ereptus sermo graecus fuit civibus, qui tot saeculorum intervallo eum servaverant. Principes ipsi Nortmanni a Graecismo quidem non abhorruerunt, idque testatissimum faciunt diplomata graece conscripta, quibus Coenobia et Ecclesias Graecorum subditorum privilegiis, donationibus, et aliis munificentiae ac pietatis significationibus prosequuti fuerunt.

Svevi porro, post extinctam Regum Nortmannorum stirpem, utraque Sicilia potiti graeco sermoni honorem ipsi quoque habuerunt. Exploratissima res est Federicum Siciliae Regem et Romanorum Imperatorem edidisse Constitutiones Regum praecessorum et suas non solum latina, sed graeca etiam lingua, nimirum quia consulendum esse vel Graecis sibi subditis partim ultra, partim citra Siciliense fretum providentissimus ille publicae incolumitatis adsertor probe intellexit.

Heic vero nobis temperare non possumus, quin moderatorem hunc populorum tanta laudatione cumulandum esse dicamus, quanta insectandos vituperatione remur latinos Imperatores, qui Constantinopolim eodem aevo tenuerunt. Istorum enim maxima fuit despicatio, qua graecas litteras intuebantur. Quamvis ab anno MCCIV ad annum MCCLXIII urbem monumentis graecanicae sapientiae ditissimam moderati sunt, nihil tamen inde in eorum patriam advectum est, quod Occidentis barbariem imminueret, ac praeclarum foret trophaeum susceptae expeditionis. Auro, argento et reliquae pretiosae supellectili Byzantinorum inhiabant, eaque per summum scelus expilarunt, quemadmodum a Niceta Choniate, et Villharduino proditum memoriae fuit. Quod si Federicus noster, qui eodem saeculo in Orientem transfretavit, non coactus esset celerrime inde redire ob Italorum inopinas defectiones, et non solum Hierosolyma, sed etiam Constantinopolim suo adiecisset imperio, ex hoc triumpho longe praestantiores, quam Franci, cepisset fructus. Non enim divitias hausisset Graecorum, sed libros, qui apud eos extabant, et Occidenti erudiendo, bonisque artibus excitandis poterant mancipari. Tanto flagrabat amore litterarum et praesertim graecarum! Tantum aberat ut Graecos Byzantinos despicatui haberet is, qui non mediocrem gessit curam Graecorum neapolitanas et siculas ditiones incolentium!

Sed ut e semita in viam redeamus, quid testimonio graecarum Constitutionum, quas commemoravimus, opus est nobis ut perennitas graeci sermonis in regionibus nostris per citeriora saecula palam fiat, si plerasque daturi sumus heic membranas, quae non Principum modo Svevorum, sed Andegavensium quoque temporibus conditae fuerunt, et diuturnitatem eius sermonis luculentissime testantur? Illud potius notatu dignum ac nemini silentio praetereundum arbitramur, admirabilem Dei immortalis Providentiam, cuius arcana consilia res hominum, et reliquam naturam universam moderantur, ita res nostras aevo deteriore comparasse, ut eloquium antiquitus e Graecia in nostras oras in-

vectum, diutius in eisdem perduraret, quo ipsum olim deserviret excitandis apud Italos ingenuis artibus, et pene ab orco revocandis. Nam saeculo XIV ex oppidis Calabriae prodiverunt Barlaamus et Pilatus, quorum prior Petrarcham, alter Boccatium graecas litteras docuerunt, fontesque uberrimos Atticae venustatis utrique aperuerunt. Ita factum est, ut hetrusci illi duoviri post Aligherium praeclarissima italicarum litterarum lumina et ornamenta evaserint. Accitus praeterea Florentiam Pilatus, tam eius urbis, quam urbium finitimarum cives incredibili quadam cupiditate addiscendi graecanici sermonis inflammavit. Quamobrem optimo iure gloriari Calabriae licet, quod antequam ab exciso Constantinopolitano Imperio, nimirum medio fere saeculo XV, doctissimus quisque Graecorum in Italiam sese recepisset, per urbes italicas e Calabriae latebris graecae litterae iam a saeculo proxime superiore sese propagaverant, ut a Ioanne Andresio (1) primum animadversum fuit, et auspicatissimis conatibus squallorem situmque barbaricae aevitatis detergere occoeperant.

VII.

Iam vero si tam praestabile beneficium dimanavit e Graecitate in nostris regionibus tanquam Sacro Igne aut Palladio adservata, par aequumque fuisset, ut renatis litteris docti viri de congerendis eius monumentis ac serae posteritati mandandis aliquam iniissent rationem. Per ea quidem tempora seges ingens conquiri potuisset graecarum membranarum, quae in tabulariis Coenobiorum, Ecclesiarum et Municipiorum, nec non intra privatarum domorum parietes tunc extabant, et dilabentibus subinde saeculis evanuerunt. Sed qui studiis humanioribus indulgebant, repudiabant et aversabantur chartulas et diplomata citerioris aevi, utpote barbariem redolentia; codices vero, quibus elegantiora graecanicae urbanitatis et sapientiae monumenta fuerant commissa, in deliciis et amoribus habebant. At si genus hoc litterarum magni aestimandum erat, alterum illud contemni et explodi non oportebat, cum inde posset abunde hauriri, quo praeteritorum temporum illustraretur memoria. Ianus Parrhasius Calabrensis graecarum latinarumque litterarum ea tempestate callentissimus e patriis Coenobiis permultos quidem corrogavit graecos codices, qui post eius obitum primum ad Seripandum Romanae Ecclesiae Cardinalem, deinde ad Neapolitanum Monasterium S. Ioannis ad Carbonariam spectarunt (2); deterioris vero aetatis diplomata caeterasque membranas, quibus eadem Coenobia affluebant, nullo dignatus est intuitu.

(1) *Origine e progresso d' ogni letteratura. Tom. I. cap. XII. §. 204.*

(2) *Catalogus horum codicum anno MDCCLXXXXIV a Paschali Baffio graecarum litterarum laude cum paucis comparando, et Neapolitanae principis Bibliothecae Praefecto concinnatus atque missus fuit ad Christophorum Harles, qui tunc Hamburgi emendatiorem auctioremque Fabricii Bibliothecam Graecam edebat, quique litteris ad eumdem Baffium, et Caietanum de Ancora datis ac praepositis parti secundae tomi posterioris eiusdem Bibliothecae, ait: « illustris Baffi, qui in Graecia habitas, lubenter suscepisti id negotii, ac diligentissime composuisti illum catalogum, tuaque ipsius manu nitide curateque scripsisti. Quem quum accepissem, quanto perfusus sim gaudio, dicere non possum. Atque ego nescio, num raram tuam humanita-*

Ex obiurgationibus, quibus tamquam censoriis notis scriptores longe gentium nos inurendos putarunt, non omnino refelli posse videtur ea, qua edixerunt maiores nostros in veteribus monumentis aestimandis secutos esse rationem causidicorum, qui ea duntaxat magni faciunt et commentantur, quae causarum ab ipsis agendarum defensioni suffragentur. Et re sane vera si graecum aliquod documentum nostri scriptores in suis lucubrationibus per anteacta saecula attulerunt, non alia mente hoc factitarunt, nisi ut ex eius auctoritate rei cuipiam peculiari, de qua disserebant, fides compararetur.

Nec solum Neapolitanis scriptoribus, sed etiam Siculis id moris fuit. Nam Rocchus Pyrrhus, Ioannes de Ioanne, et, ne recentiores missos faciamus, Morsus et Mortillarius, quamvis tot vetustiora graeca monumenta satis explorata et prope in numerato haberent, tamen vix ea pauca ediderunt, quibus suum quisque argumentum fulciri, aut luculentius apparere existimavit. Nudius tertius ex Panormitanis typis prodiit Graecum Chartarium concinnatum, ditatumque italica versione et adnotationibus a Iosepho Spada. In eo tamen editae sunt vix quinque et quadraginta graecae membranae, nimirum eae, quas sollerti eruditoque collectori obtulit Regium Archivum Panormitanum. Cum vero in reliquis eius Insulae tabulariis procul dubio delitescant alia quamplurima Graecitatis Siculae monumenta, Chartario iam edito factum satis nondum est tot eruditis reliquorum editionem flagitantibus.

Neapoli vero saeculo proxime praeterito non defuit, qui consilium iniverit graecanicas undequaque membranas eruendi, et cum latina interpretatione in lucem emittendi. Fuit is videlicet Paschalis Baffius, pagina proxime superiori a nobis laudatus, qui rogante Coenobii Cavensis Praesule grave admodum subiit onus interpretandi graecas chartulas, quae in eiusdem Benedictinae Sodalitatis pluteis sepositae, iamdiu, sed frustra interpretem desideraverant. Id muneris strenue diligenterque obeuntem vehementior incendebat cupiditas obeundi muneris longe gravioris, scilicet contexendi edendique Chartarium Graecum copia membranarum quanta maxima locupletatum. At inauspicato anno MDCCXCIX saevientibus rerum civilium turbinibus egregius hic Graecitatis nostrae vindex et explanator acerbo elatus est funere, eoque interempto spes occidit Chartarii, quod impense omnes deposcebant.

VIII.

Nostra porro aetate cum Gallorum acies longe lateque victrices neapolitanis ditionibus potitae fuerunt, et inter nova eaque bene multa ab ipsis advecta instituta prodiit hoc nostrum ingens Tabularium, in quod publica omne genus acta convectarentur, depositae heic fuere simul cum latinis copiosioribus monumentis graecanicae aliquot membranae, quae superiore saeculo ex coenobio Calabrensi sub titulo S. Stephani de Nemore Neapolim fuerant delatae, ut earum incolumitati consuleretur adversus pericula impen-

tem, miramque promptitudinem, an singularem curam et incredibile litterarum iuvandarum studium in illo concinnando magis admirer et praedicem. »

dentia ob terrae motus qui anno MDCCLXXXIV Calabriam miserandum in modum afflictarunt. Silentio praetereundum non est monumenta haec fuisse hausta ex eo Tabulario, cui Vargas Macciucca medio fere saeculo XVIII bellum diplomaticum indixit, et eius auctoritatem ac fidem labefactare ac subvertere conatus fuit. Verum ex pugnis ab eo pugnatis factum aliud non est, quam ut memoratum Tabularium maiorem celebritatem, illustriusque nomen et decus indipisceretur. Nam viri diplomaticarum rerum satis periti, cuiusmodi fuerunt Trombyus (1), Franchius (2), et Anonymus Chartusianus (3), suscepto eius patrocinio, tot et tanti ponderis argumenta congesserunt in adversarium, virum caeteroquin ornatissimum, ut neapolitanae Curiae Iudices, ad quos controversae rei cognitio spectavit, impetitam diplomatum ingenuitatem lata sententia confirmarint, et potius veritati ac iustitiae litaverint, quam opinioni, quae vulgo per ea tempora adversus Monasticas Sodalitates increbuerat.

Graeca haec cimelia non satis multa videbantur; quapropter viri praestantissimi, Archivo subinde praepositi, solliciti fuerunt de graecarum membranarum accessione. Et sane huius rei sategit Antonius Spinellius e Scalaeae Principibus de Neapolitanis omnibus Archivis benemerentissimus, coemptis aliquot graecis membranis a Caietano Graeco eximio Neapolitano Iurisconsulto. Angelus deinde Granitus Castri Abbatis Marchio ad Archivorum Praefecturam evectus velificatus ipse fuit aliquantulum Graecitati. Sub hoc Praefecto nonnullae membranae Graecae sunt traditae a Michaele Baffio, qui suam ultro contulit symbolam, quo nostri Archivi tum graecanicae opes, tum fama et decus amplificaretur. Coenobita vero Kalephatus, qui Casinensis Tabularii curam gerebat, Codicem Italo-byzantinum pollicitus fuit, de quo tamen fidem oppigneratam, uti mox dicturi sumus, haud liberavit.

Ventum erat ad annum MDCCCLX, cuius memoria ob inauditam rerum publicarum apud nos commutationem nulla temporis diuturnitate delebitur. Archivorum tunc Praefectura demandata fuit Francisco Trincherae, qui omnium quidem monumentorum, maxime vero graecorum, sibi habendam esse rationem statuit, eaque ut lucis usura donarentur, vix adsequi verbis licet quanta ille constantia et alacritate adlaboraverit.

Constituta olim fuerat sub Spinellio desuper laudato quaedam in hoc Archivo societas, quae latina monumenta illustraret ederetque. Ipsa quidem spartam huiusmodi ornandam suscepit, et anno MDCCCXLV in lucem emisit primum volumen latinarum antiquiorum membranarum, quod ab eruditissimorum hominum comitiis ad litteras, scientiasque promovendas Neapoli eodem anno habitis exceptum non sine commendatione fuit. Eadem porro societas sub Archivorum Praefecto Granito avocata ab eo munere, nullam prope partem habuit in quinque reliquis voluminibus, quae per insequentes annos in publicum prosiluerunt. At Trincheram minime latuit quam necesse foret, ut exsoluta illa societas iterum coalesceret; quocirca Michaelem Baffium supra memoratum, et Ianuarium Seguinum humaniorum litterarum Professorem emeritum, qui antea cooptati ambo fuerant in eam societatem, ad pristina munia revocavit, addiditque Gabrielem Iordanum Palaeographiae Pro-

(1) *Risposta alla scrittura del cav. Vargas.*
(2) *Difesa degli antichi diplomi normannici spediti a favore di S. Stefano del Bosco.*
(3) *Risposta al signor Vargas.*

fessorem, Vincentium Battium ab Epistolis Praefecturae Archivorum, et Federicum Margiottium huius Archivi Officialem graecanicae litteraturae non mediocriter peritum. Instauratam hoc pacto societatem iussit graecis monumentis animum intendere, et eisdem posthabere monumenta latina, quorum cum edita iam fuissent quotquot Regni Siciliae a Nortmanno Rogerio conditi aetatem praeiverant, caetera omnia, quae publicanda supererant, non inconsulto procrastinari usque adeo poterant, donec graecorum absolveretur editio.

Ut primum eidem Archivorum Praefecto innotuit extare in maiori Bibliotheca Neapolitana nonnullas graecas membranas apographas, illuc delatas post interitum nuper heic laudati Paschalis Baffii, ad quem pertinuerant, utrarumque exempla habere curavit. In spem ingressus fore, ut ex provinciis neapolitanis, ubi graecum eloquium diutius perduravit, corrogari alia possent documenta graecanica, viros amplissimos publicis ibi rebus administrandis praepositos semel atque iterum hortatus fuit, ut si quid Graecitatis apud Provinciales adhuc deprehenderetur, huc transmitterent ad nostrae rei litterariae incrementum; illic vero nihil huiusmodi deprehensum fuisse praeter aliquot Episcopalis Archivi Neritini membranas, de quibus mox sermo habebitur, vehementer indoluit. Huc accessit quod certior factus fuit Kalephatum valetudine singulos in dies ingravescente a contexendo Codice, quem pollicitus erat, supersedisse. Quamobrem ab eo petivit ut graeca Casinensis Archivi monumenta exscribenda curaret, et Neapolim mitteret, ubi mandata typis cum reliquis quantocyus edendis Graecismi reliquiis in lucem conspectumque doctorum hominum prodirent. Multum diuque tergiversationibus obluctandum fuit; sed flagitationi tandem obsecundatum est, devicta ac perdomita illaudata quadam zelotypia, quae membranas Casinenses cum Neapolitano Archivo communicari moleste ferebat. Allatis igitur Casinensium documentorum apographis volupe fuit tenere demum et conspicari quod frustra iamdiu desideratum fuerat; nisi quod interpretationes latinaeque versiones a Kalephato confectae, et simul cum apographis huc missae, longe pauciores et minus climatae visae sunt, quam quae ab eiusdem Coenobitae eruditione et sollertia exspectabantur. Quominus plura ille castigatioraque praestaret, impedimento fortasse fuit valetudo, qua paulo post factum est, ut nondum devexa in senium aetate e vivis demigraverit.

Itaque mittendus fuit ad Coenobium Casinense unus ex Archivi nostri Officialibus, qui apographa huc a Kalephato missa cum autographis inibi exstantibus quam diligentissime conferret. Is fuit nimirum Federicus Margiottius in Graeca Palaeographia admodum versatus, qui deprehensis et emendatis compluribus tum sententiis, tum vocibus fidei autographorum repugnantibus, ad nos recensionem attulit, quoad eius fieri poterat, absolutam et perfectam. Mandatum eidem Margiottio fuit munus haud perleve conficiendi exempla ex membranis graecis Tabularii Cavensis, et ex latinis earum versionibus, quas Paschalis Baffius, ut supra diximus, concinnavit.

Tum vero cura omnis et cogitatio conversa fuit ad graecas huius Neapolitani Tabularii membranas. Harum vix paucae donatae iam fuerant interpretatione et latina versione, quarum utraque adhuc castigationibus indigebat. Altera haec documentorum copia multo quidem maior erat prae reliquis ex Archivo tum Cavensi, tum Casinensi, et ex Regia Bibliotheca, ut nuper diximus, exscriptis ac recensitis. Scriptura porro in omnibus

fere occurrebat lectu difficillima, et animum omni spe deiicere videbatur. Hinc quantum laboris, et quamdiu fuerit adeundum, facile est unicuique per se intelligere. Nemo autem sibi persuadeat nos haec omnia commemorasse ad ostentandum laborem ipsum, quo defuncti sumus, et ad conciliandum eius exaggeratione pretium huic Syllabo. Fucata huiusmodi commendatione Syllabus hic non eget. Quod si quantopere fuerit insudandum, enarravimus, necessum id habuimus, ne quis fortasse arbitraretur nos nactos esse membranas ita iam paratas, ut nihil aliud praeterea fieri oportuerit, quam typographicis eas praelis submittere. Hoc enim pacto iudicari de re nostra posset ab iis praesertim, qui ephemerides quasdam lectitarint, ubi nuntiatum anno MDCCCLX perperam fuit iam iam in lucem datum iri Chartarium Graecum ab Archivo Neapolitano, et Codicem Italo-Byzantinum a Kalephato. Ibi enim, nisi propositum esset vacuis pollicitationibus fucum facere, nuntiandum erat Chartario vix manum admotam esse, de Codice vero solum cogitari, de quo post obitum Kalephati nihil allatum ad nos fuit praeter ea, quorum supra mentionem iniecimus.

IX.

Res nunc postulat, ut qua ratione Syllabus hic sit contextus lectori palam faciamus. In primis monere iuvat nos scripturam membranarum tanta fidelitate exhibendam curasse, ut nihil nec ademptum, nec additum, nec aliquatenus immutatum fuerit in orthographia, tametsi litterae, diphtongi, accentus et interpunctiones plerumque emendationem postularent, aut desiderarentur. Has igitur aliasque complures a praeceptionibus grammaticis aberrationes nemo tribuat nostrae, aut typographorum nostrorum oscitantiae, cum tribuendae omnino sint earumdem membranarum conditoribus. Si quando necesse omnino fuit, ut sententia constaret, aliquod vocabulum graecum addere, hoc uncis inclusimus.

Fidelitas in repraesentandis veteribus monumentis usque adeo servanda nobis visa est, ut quamvis pleraeque harum membranarum vix quidquam discriminis inter se praeferrent, non ideirco eas in compendium redigere, sed totum earum contextum, qualiscumque demum esset, edere in animum induxerimus. Neque ex hac sententia nos dimoverunt lectores delicatiores, quibus frequentior earumdem formularum repetitio fastidium sit allatura. Nam membranae ipsae, quarum formulae nihil propemodum inter se discrepant, et propterea satietatem gignere videntur, aliquid semper habent quod antiquitatum vestigatores dignum animadversione censeant, nisi aliud nomina personarum et locorum, in quibus varietas dominatur.

Eiusdem fidelitatis observantia nobis suasit, ut perpauca illa fragmenta, quae in aliquot membranis edacitate temporis plurimum deletis supererant, ipsa quoque in hoc Syllabo suum locum sortirentur. Item non praetermittendas duximus versiones antiquitus rudi latinitate conditas nonnullorum diplomatum, quorum autographa partim supersunt, partim deperierunt; superstitum vero additae quoque sunt versiones modo Paschalis Baffii, modo nostrae, quas *Recentium* appellatione donavimus, ut ab antiquis distinguerem-

tur; ipsas autem addi non visum est prorsus inutile, siquidem antiquae graecum contextum aut non fideliter, aut obscure reddebant, et idcirco lectoribus, quibus sermo graecus non satis esset familiaris, vix quidquam profuturae videbantur.

Ex veteribus autem latinis versionibus locum insigniorem illae obtinent, quas posteris servavit in Casinensi Tabulario Petri Diaconi Regestum, de quo proderit audire, quae Kalephatus ad nos scripsit:

« Est hoc Regestum volumen membranaceum in folio minori inter MSS. Codices Ar-
« chivi Casinensis signatum numero 902 characteribus longobardicis minusculis sae-
« culi XII, utpote procul dubio exscriptum sub oculis ipsius collectoris; in quo tamen
« non paucas postea adiectiones intulerunt, qui Petrum in officio sunt subsecuti. To-
« tum, quod continent, opus, ut ipsiusmet Petri verbis in Praefatione ad Seniorectum Ca-
« sinensem Abbatem utar, dividitur in sex decisiones; in Privilegia, in Praecepta, in Obla-
« tiones, in Libellos, in Renuntiationes, in Sacramenta. Exorditur insigne hoc Casinense
« Chartarium ab huius Sacri Coenobii primordiis ea tantum monumenta complectens,
« omni veritate et diligentia exemplata, quae auctoris aetate ob vetustatem temporum-
« que iacturas ruinam proximumque interitum pro certo minitabantur. Porro his omni-
« bus exemplis, seu apographis, quam maximam fidem augent diplomata non pauca, quae
« hodiedum in suis originalibus membranis supersunt, quaeque cum exemplis a Petro
« in suo Regesto exaratis ad litteram conveniunt.

« In secunda autem huius Chartarii divisione, ubi proponit praecepta Imperatorum,
« Regum, caeterorumque Dynastarum huic Coenobio concessa pro iurium suorum ac
« possessionum securitate, prudens Bibliothecarius illa etiam adiecit, quae ab Impera-
« toribus Byzantinis, suisque Officialibus data repperit, quando hae Italiae Meridiona-
« lis provinciae, diversa bellorum sic disponente fortuna, illis parebant. Pauca vero haec
« sunt, nempe sexdecim, ut dixi, a IX saeculo ad XII, quibus Byzantini Augusti, eorum-
« que nomine Protospatharii, Patricii et Catapani privilegia, donationes caeteraque huius-
« modi concedebant sive sacro huic Monasterio, sive Cellis, Ecclesiis et Grangiis ab hoc
« Casinensi, velut a capite membris, dependentibus, sitis in provinciis Adriaticum sinum
« respicientibus a mari Thermularum in Trentanis usque Tarentum.

« Attamen in latinum versa dicto Regesto nobis Petrus ea conservavit, nec eorum-
« dem graeca autographa inter huius Archivi chartas invenire potuimus, si duo tantum
« excipias, quae bilinguia sunt, idest prius graece scripta, quibus postea immediate sub-
« sequitur latina versio, quae eadem cum illa est, quam in laudato Regesto legimus. Ex
« quo mihi persuadeo plerosque illorum Principum, vel Ducum in morem habuisse vertere
« in latinum eorum publica acta graeca, quae italicas personas respicerent, ad hoc ut re-
« ctius ab istis intelligerentur. Unde procul dubio manavit, quod hodiedum invenimus huius
« generis scripturas in membrana, quae diploma aliquod in una pagella tibi exhibeat,
« prius graece, postea latine scriptum. Quae omnia ideo ita exposui, ut omnis suspi-
« cionis ansam his praecidam, qui ultro possent Petrum nostrum barbarissimae illa-
« rum versionis auctorem praedicare. Qua enim ratione Petrus, qui in caeteris suis lu-
« cubrationibus castigatum et saepe non inelegantem se praebuit scriptorem, in his porro
« versionibus ignorantiam atque barbariem affectaret? »

X.

Necesse fuit, ut Appendice in binas partes distributa hic Syllabus donaretur. Inchoatus enim iampridem ipse fuerat, cum praeter expectationem octo et decem graecanicae membranae ex Episcopali Archivo Neritino huc delatae fuerunt, quas Sanfelicius Praesulum Neritinorum doctissimus exeunte saeculo XVIII recuperare et custodire sategerat, cum scilicet Rege annuente in eius Seminarii potestatem venerunt bona et chartulae Basiliani Monasterii Civitatis Gallipolis sub titulo S. Mauri, quod iamdiu abolitum in Regii Juris Abbatiam fuerat commutatum. Huiusmodi membranarum duae quidem suam ob aetatem in Syllabo collocari potuerunt; ex reliquis vero conflata est pars prior Appendicis. Huic addita praeterea sunt tria diplomata, quae, utcumque Constantinopoli condita, neque ad Graecos nostrates spectantia, paucisque abhinc annis edita et illustrata singulari lucubratione a Paschale Placido tunc Archivi Neapolitani alumno, nunc causarum patrono haud poenitendo, visa tamen sunt edenda quoque in hoc Syllabo, ubi graeca universa eiusdem Archivi monumenta comprehendere propositum fuit.

Ad alteram vero partem Appendicis omnes reliquae amandatae sunt membranae, in quibus notae chronologicae desiderantur, neque ex earum contextu argumentum aliquod satis certum eruitur, unde citra omnem dubitationem statui possit annus, quo exaratae fuerunt.

XI.

Quod spectat ad notas chronologicas, monendum inprimis est nos in subducendo anno aerae christianae ab anno in autographis graecis consignato eam secutos esse methodum, quae ad inveniendam graecorum monumentorum epocham anno aerae christianae respondentem detrahit annos 5509, si monumenta condita fuerint in aliquo ex quatuor extremis anni mensibus, qui apud Graecos novam indictionem, novumque annum secum ferebant; detrahit vero annos 5508, si ad aliquem praecedentium octo mensium monumenta pertineant. Novimus quidem Leonem Allatium in opusculo de Graecorum Hebdomadis docuisse in annorum detractione, de qua loquimur, utendum semper esse anno 5508, nec aliter Cangium, Muratorium et Assemannium sensisse. At compertum quoque nobis est Mabillonium, Montfauconium, Scaligerum, Petavium et Pagium magna, ne dicamus maxima rei chronologicae lumina, satis demonstrasse positum in more fuisse apud Ecclesiam Constantinopolitanam, ut annus 5509 ab orbe condito coniungeretur cum anno Christi Natali, ex quo vulgarem Aeram Latina Ecclesia fuit auspicata. Ab hac methodo non discesse-

runt de Meo (1) et Morsus (2) in referendis ad christianam aeram annis Graecorum diplomatum, de quibus sermonem instituerunt. Nos itaque talium virorum auctoritatem habuisse potiorem nemo iure coarguet.

Ubi praetermissus a Notario fuit annus, vel indictio, aut in horum alterutro erratum esse nobis constitit, emendavimus, aut adiecimus annum, vel indictionem; et huiusmodi notas uncis inclusimus, ut adiectionis, aut emendationis a nobis appositae lector commonefieret. Heic vero paucis rationes exponimus, quibus ducti non alia sive indictione, sive anno erroribus aut omissionibus obviam iverimus.

Membrana I. — Huius annum ut inveniremus, facem praetulit mentio tum Gregorii Primicerii et Baiuli Imperialis, qui membranae ipsius auctor fuit, tum indictionis tertiae. Quonam anno Gregorius in nostras regiones ex Aula Byzantina advenerit, Chronographi haud meminerunt. Lupus Protospatha in suo Chronico ad annum 876 eum Hydrunto potitum esse testatur. Iam vero si ante annum 876 indictio III supputari velit, incidit in annum 871. At quominus hunc annum tribueremus membranae, illud praecipue suasit, quod ea tempestate in Apulia et Calabria dominabantur non Graeci, sed Longobardi, prout constat ex litteris, quas anno 871 Imperator Ludovicus Basilio Graecorum Imperatori per Autprandum familiarem suum misit, quasque Anonymus Salernitanus in suo Chronico (3) recitat. Quaerenda igitur indictio III fuit post annum 871.

Gregorium quidem Strategi munere functum esse usque ad annum 880 liquet ex Chronographis, quibus accedit epistola, qua Pontifex Ioannes VIII eodem anno Graecum hunc Ducem ad exterminandos Saracenos vehementer fuit cohortatus. Post annum 880 Chronica de nostro Gregorio conticescunt. Erchempertus ad annum 883 Chasanum Strategum commemorat, et ad annum insequentem tradit eum post multa facinora strenue gesta adversus Aionem Principem Beneventanum abiisse Constantinopolim, atque post eius discessum ab Augustali Stratego, cuius nomen reticet, mandatum fuisse Ioanni Candidato, vulgo Ioannicio appellato, ut opem ferret Athanasio Neapolitanae Reipublicae Duci. Cangius (4) inter Apuliae Strategos, quos enumerandos ordine temporum suscepit, recenset Ioannicium, vademque dat Erchempertum. Sed hic Chronographus locutus fuit de Ioannicio non ut Apuliae Stratego, sed ut ductore militum, qui Neapolim a Stratego nobis ignoto mittebantur. Alexander de Meo vel ipse (5) hac notione interpretatus fuit verba Erchemperti.

Post annum 884 nullius Strategi occurrit mentio usque ad annum 887, quo Theophylactus eo nomine Apuliam venit, cognominatus *Trapezis,* quippe qui Triclinio Imperiali

(1) *Apparato Cronologico, articolo terzo, pag. 20 : Questo è stato sempre il sistema de' Greci e questo solo si praticò costantemente in Napoli, Gaeta, Amalfi, Puglia e Calabria, ed altri luoghi soggetti ai Greci . . . onde trovandosi in questi luoghi qualche pubblica carta notata di altro sistema, dee condannarsi di spuria, o interpolata. È incredibile la confusione, che si è portata nella Storia, e nella Cronologia per non essersi riflettuto a questo sistema.*

(2) *Descrizione di Palermo antico, pag. 136.*

(3) *Apud Pratillum, tom. IV, pag. 189.*

(4) *Gloss. Infimae Latinitatis. V. Catapani.*

(5) *Annali Diplomatici, anno 884.*

praefuerat, quod cognomen Cangius perperam habuit pro nomine alterius Strategi, quem uti praecessorem Theophylacti recensuit, vocavitque *Tradezim* pro Trapezi.

Ex allatis patet anno 885, quo indictio III numerabatur, nullum a Chronographis Strategum Apuliae nominari. Nostra vero membrana, cum neque ad annos, qui praeiverunt, neque ad insequentes, in quibus alii Strategi Apuliae praefuerunt, possit amandari, quid vetat, ut anno 885 conditam esse statuamus? Nullone pacto fieri potuit, ut post Chasanum Gregorio sit iterum Strategi munus delatum? Si cui porro videatur tanti habendum esse Chronographorum de Gregorio post annum 880 silentium, ut eius Strategi redintegrationem excludat, nihil tamen obstat, quin idem Gregorius tanquam privatus anno 885 Trani degens membranam condiderit, eique suum nomen subscripserit non sine titulis, quibus honoris causa privatus adhuc salutabatur. Nec porro subit animum suspicari erratum fuisse quoad indictionem, et pro tertia scribi oportuisse decimam tertiam, quae ad annum 880 pertinuit. Nam quamvis annus tum congrueret cum mentione facta a Chronographis de Gregorio adhuc apud Appulos imperitante, videri tamen posset nos fecisse temere, quod nullo satis certo argumento membranam erroris insimulare ausi fuissemus.

Membrana II. — Annum, qui in calce huius membranae legitur, in errore cubare, inde manifesto eruitur, quod ex aera Constantinopolitana, quae in his regionibus unice obtinuit, annus 6459 (mense februario, indictione IX) anno aerae christianae 951 responderet, qui minime competit anno imperii Leonis VI Philosophi nuncupati. Hic enim ab anno 870 ad annum 886 primum cum patre Basilio, deinceps etiam cum fratre Alexandro regnavit, cum fratre vero tantum ad annum usque 911, cum eorum pater antedicto anno 886 obierit. Habita igitur ratione tum indictionis, tum nominis Imperatoris, hanc membranam consignandam duximus anno graeco 6399, qui anno aerae christianae 891 respondit, quo annus XXI imperii Leonis VI decurrebat.

Membrana III. — Symbaticius Praefectus fuit Thematis Longobardiae. Is a Leone VI in has nostras meridionales provincias in id missus fuit, ut Beneventum Longobardis eriperet, suamque sub potestatem redigeret. Et re quidem vera Symbaticius, ut Chronographi nostri testantur, die XIII iulii anno 891 Beneventum obsidione cinxit, et insequenti anno 892 eo potitus est, inibique substitit tribus annis, donec Guido Spoleti Dux et Marchio ope Guaimarii I Salerni Principis Graecos Benevento eiecit. Itaque cum rationem habuerimus nedum indictionis X, qua haec membrana signatur, verum etiam temporis, quo Symbaticius Beneventi commoratus est, eidem membranae annum 892 appinximus.

Membrana IV. — Annus XIII imperii Leonis eiusque fratris Alexandri anno aerae christianae 899 respondet. Cum enim Basilius eorum pater, quicum antea imperitarunt, anno 886 e vita migrasset, soli insecutis annis imperii gubernaculis adsederunt, adeo ut antedicto anno 899, cuius mense maio indictione II, quae a septembri praecedentis anni inceperat, conscripta fuit praesens membrana, annus XIII ipsorum dominationis decurreret.

Membrana V. — Cum haec membrana anno XXV Impp. Leonis eiusque fratris Alexandri, ac indictione XIV signetur, inde palam fit annum, quo fuit exarata, fuisse 911. Nam si anno 866 cum iidem Augusti soli a patris Basilii obitu imperitare coeperunt, addantur anni XXV, annus efficitur 911, in quo XIV indictio decurrebat, quique tempori re-

spondet, quo Leo, cuius inferius habetur mentio, Monasterio Casinensi praeerat. Leonem enim ab anno 900 ad annum 915 ipsius Coenobii Abbatem fuisse testatur Gattula (1), in quam temporis intercapedinem semel indictio XIV, nempe in annum 911 incidit.

Membrana VI. — Marianus Anthypatus quandonam Longobardiae Thema adiverit, testatur Lupus Protospatha his verbis: *Anno 955 descendit Marianus Patricius in Apuliam* (2). Ex Chronico vero Arabo-Siculo a Muratorio edito (3) patet eumdem Anthypatum saltem tres annos in his nostris provinciis fuisse commoratum, nempe usque ad annum 958. Cum autem haec membrana indictione XV et mense decembri signetur, manifestum est eam indictionem incidere non posse, nisi in annum 956, in cuius mense septembri decurrere coepit indictio XV. Huiusmodi chronologica supputatio confirmatur ex eo, quod concessio facta dicitur Aligerno, qui Coenobio Casinensi praefuit ab anno 949 ad annum 986, uti liquet ex Chronico Leonis Ostiensis qui et mentionem habet (4) diplomatis, de quo locuti sumus, et ex Gattula nuper laudato.

Membranae X et XI. — Cum hae duae membranae nomen prae se ferant Gregorii Trachaniotae Protospatharii et Catapani Italiae, is autem ab anno 989 ad annum 1000 Catapani munere functus sit, patet indictionem XIII mensibus novembri et decembri, quibus ipsae exaratae fuerunt, incidere non posse nisi in annum 999 quem membranis assignavimus; nam undecim annis, quibus Gregorius provinciis nostris praefuit, anno 999 tantum indictio XIII recurrit, quae more Constantinopolitano a septembri eiusdem anni inceperat.

Membrana XVI. — Indictio XIV (mense augusto), qua membrana consignatur, in annum 1016 incidit, cum Basilius Mesardonites Catapanus Italiae ab anno 1010 ad annum 1017 harum provinciarum praefecturam gesserit.

Membrana XVII. — Basilius Boianus, quem alii Bugianum, Bobanum, et Boianum appellarunt, Italiae Catapanus fuit ab anno 1018 ad annum 1024; et in sex annorum decursu semel tantum indictio I recurrit, nempe anno 1018. Ideirco hic annus membranae tribuendus fuit.

Membrana XIX. — Quoniam in hac membrana mentio habetur eiusdem Basilii Boiani, qui in proxime superiori memoratur, habita ratione indictionis IV, anno 1021 eam signari oportuit.

Membrana XXI — Cangius in Catapanorum serie duos memorat Leones, nempe Leonem Potum, et Leonem Opum, quorum alter anno 1027 (qui una cum indictione X septembri praecedentis anni inceperat), alter vero anno 1037 provinciis nostris praefuerunt. Cum autem diploma nostrum indictione X et mense novembri consignetur, palam fit ipsum Leoni Poto, qui Spatharocandidati titulo se membranae nostrae subscribit, esse tribuendum. Nam Leo Opus duobus annis, scilicet ab anno 1037 ad annum 1039 imperium suum in Apulia et Calabria exercuit; ideoque memorata indictio X duobus his annis competere

(1) *Hist. Coenobii Casinensis saec. V.*
(2) *Chronicon apud Pratillum tom. II.*
(3) *Script. Rer. Ital. tom. I, pag. 247.*
(4) *Lib. II, cap. II, n. 839.*

nequaquam potest. Eiusdem diplomatis Gattula edidit latinam tantum versionem, quam nos ad fidem graeci exemplaris nonnullis in locis refinximus, cum plumbea bulla duplici inscriptione, graeca nempe et latina consignata, quae hodie desideratur.

Membrana XXV. — Ex instrumento, quod haec membrana complectitur, elicitur venditionem domus factam fuisse Nicolao de Sancta Æcaterina a Basilio de Crommyda per id temporis, quo Potus Italiae Catapanus fuit. Is vero huiusmodi munere functus est annis quinque, nempe ab anno 1027 ad annum 1032. Nos hanc XXV membranam extremo Poti anno signandam duximus, cum desit quaevis chronologica nota, quae suadere nobis possit, ut eam ad aliquem praecedentium quatuor annorum amandaremus, et divenditae domus donatio, quam Basilius Boianus eidem Crommydae fecerat, confirmata a Poto dicatur anno 1031, in quo indictio XIV, quae in membrana legitur, decurrebat.

Membrana XXVIII — Constantinus Opus cum ab anno 1033 ad annum 1037 Catapani munus in his nostris provinciis obiverit, nostrum diploma ab ipso datum indictione III mense novembri conscribi non potuit, nisi anno 1034 membranae a nobis praefixo, cuius anni mensis november Constantinopolitana tertia indictione notabatur.

Membrana XLII. — Diploma in hac membrana exaratum, anno 1822 seorsim editum fuit a doctissimo viro Angelo Antonio Scottio (1), et omnium Sociorum Herculanensium suffragiis comprobatum. Anno 1054 conscriptum fuisse visum fuit, quia non ante annum 1042 Argyrus diplomatis auctor assecutus erat titulos honorificentissimos, quibus ibi compellabatur, et post annum 1068 ipse quidem in Italia non degebat. Hoc utrumque argumentis constabat, quae nullo pacto refelli, aut in dubium revocari poterant; quamobrem indictio septima, et mensis maius, cuiusmodi notis chronologicis diploma erat consignatum, necesse omnino erat, ut invenirentur in anno 1054 ad quem memorata indictio pertinuit. In hanc eruditissimi interpretis sententiam nobis eundum esse rati sumus non magis eius auctoritate, et doctrina permoti, quam quod nihil vero magis consonum afferri posse persensimus.

Membrana XLIV. — Iosephus Genuensis olim Palaeographiae apud nos Antecessor anno 1813 edidit non sine comite commentario hanc membranam, et scriptam fuisse anno 1060 pro certo habuit. Verum ex indictione XIII et mense novembri in eadem membrana expressis eruitur eam ad praecedentem annum 1059 pertinere, quia memorata indictio more Constantinopolitano a septembri eiusdem anni 1059 supputanda est, quod omnibus sane compertum est. Erratum quoque a Genuensi fuit in hoc, quod Stephanum non pro Legato Antiochi Catapani, sed pro Catapano Antiochi filio accepit contra ac denotatum fuerat vocibus αντιπροσωπωντος του Αντιοχου, et εκ προσωπου του Αντιοχου, quibus Notarius diserte significavit Stephanum tunc temporis vices Antiochi Catapani obivisse. De Antiocho hoc nullam Chronographi mentionem fecerunt; sed ne alium quidem Catapanum eodem anno commemorarunt. Quid igitur vetat opinari per ea tempora, quibus bellum gerebatur cum Nortmannis Graecorum apud nos imperium delere conitentibus, Antiochum missum huc fuisse cum Stephano, cognomento Patriano, sive Paterano? Huic Stephano vel anno 1071 munia Legati, uti Beatillus testatur (2), demandata

(1) *Memorie della Regale Accademia Ercolanese vol. I, pag. 279.*

(2) *Storia di Bari pag. 68.*

fuerunt apud Argyricium Catapanum, qui praeterea misit cum Constantinopolim, ut suppetias inde arcesseret Graecis in Apuliam adversus Nortmannos; et revera eas attulit cum Gotzolino de Orenco Catapani auctoritate insignito. Fatendum tamen est ipsum quoque Stephanum ad Catapani dignitatem fuisse evectum, uti patet ex sigillo, de quo non multo post heic loquemur; verum id accidit sub annum 1071, quo, pròut testantur Gulielmus Appulus (1) et Lupus Protospatha (2), cum Roberto Guiscardo Nortmannorum invictissimo Duce decertavit, et praelio fusus et captus a victore Argos dimissus fuit. Post dictum annum 1071 nulla occurrit praeterea mentio de Stephano nec uti Legato, nec uti Catapano; ipse vero iam senior tunc extabat, ut Gulielmus Appulus item tradidit, et credibile est ante annum 1075, qua iterum decima tertia numerabatur indictio, ad plures abiisse. Hinc elucet, cur nostram membranam ad annum 1075 non amandaverimus.

Membrana XLVII. — Cum haec membrana conscripta fuerit Michaele VII Imperatore Constantinopolitano, qui ab anno 1071 ad annum 1078 regnavit, indictionem IV, quae in diplomatis calce legitur, falsam esse luce meridiana clarius est, cum septem fere annis, quibus Imperium Byzantinum Michaeli paruit, nunquam ea indictio recurrerit. Quamobrem indictionem IV in XIV refingendam putavimus, quae anno aerae christianae 1076 huic nostrae membranae praefixo respondet. Adde in hunc annum 1076 incidere annum XIX, quo Desiderius, cuius in membrana mentio habetur, Coenobio Casinensi praeerat, ut docet Gattula.

Membrana LII. — Numeri graeci ι et δ', quibus in apographo huius membranae indictio denotatur, et quorum ectypum visitur in tabula specimina characterum exhibente sub numero IV, possent quidem haberi pro XI, eo quod secundus numerus videtur potius α', quam δ'. Verum Paschalis Baffius habuit pro δ', et in suis manuscriptis apud Neapolitanam Maiorem Bibliothecam extantibus haec scripta reliquit: *Monasterium S. Adriani de Rossano Provinciae Calabriae Citerioris cum omnibus Metochiis, Ecclesiis, vassallis, bonis, iuribus et pertinentiis donatum iam fuerat S. Petro Abbati a Rogerio Principe Italiae, Calabriae et Siciliae anno 1088 mense augusto XI indictione* (*arc. 5, n. 38*). *Postea confirmatum fuit praesenti diplomate, ac postremum anno 1106 mense martio Monasterium istud idem Dux Rogerius repetiit una cum Castro Stragulae, quorum vice obtulit Casale S. Ioannis de Fabrica in Apulia cum toto territorio, et omnibus suis iuribus.*

Fide adhibita, uti per aequumque erat, testimonio viri doctissimi, qui prae oculis habuit alterum diploma anni 1088, ab indictione XIV non recessimus, et anno 1091 membranam consignavimus. In hanc sententiam a nobis itum est eo libentius, quod cum Provincia Consentina in Rogerii potestatem, a qua inita seditione desciverat, bello revocata fuerit, ut legere est apud Muratorium (3), magis fit probabile Abbatem Cavensis Coenobii confirmationem praecedentis diplomatis efflagitasse.

(1) *De Gestis Nortmannorum lib. II. ubi cecinit:*
Canitiem Stephani tractare misertus ut hostis
Noluit; immo suae, de qua tractaverat ille,
Oblitus caedis, studet hunc tractare benigne.

(2) *Chronicon ad annum 1071.*

(3) *Annali d'Italia, anno 1091.*

Membrana LXI. — Alexius Comnenus Imperator Byzantinus septem et triginta annis regnavit, nempe ab anno 1081 ad annum 1118, quibus ter indictio V recurrit, scilicet annis 1082, 1097 et 1112. Cum vero diploma ab Imperatore concessum sit Oderisio Abbati Coenobii Casinensis, et indictio V competere non possit, nisi anno X, quo, ut idem Gattula testatur, memoratum Coenobium Oderisius moderabatur, liquido patet hoc diploma, quod Tostius quoque edidit (1), anno 1097 fuisse conditum.

Membrana LXII. — Cum haec membrana, non secus ac proxime praecedens, eiusdem Imperatoris Alexii Comneni nomine, eademque indictione signetur, par fuit ut idem annus 1097 ei appingeretur. Ipsam quoque edidit Tostius (2).

Membrana LXIV. — Quoniam Odonis Marchisii mentio habetur in membrana anni 1126 a nobis edita sub num. XCVIII, in qua Sichelgaita vidua dicitur eiusdem Odonis, atque in Rogerii diplomate anni 1098 a Vargas-Macciucca edito (3) inter testes ipse Odo se subscribit, ideo nos hanc membranam anno 1097, in cuius mense septembri indictio VI decurrebat, et Odonem in vivis egisse ex memorata subscriptione regii diplomatis constat, signandam coniecimus.

Membrana LXVI. — Habita ratione tum annorum, quibus Oderisius Abbas fuit Coenobii Casinensis, tum indictionis VI quae in calce membranae legitur, Imperialis Epistola exarari debuit anno XVIII Imperatoris Alexii Comneni, qui anno 1081, uti supra innuimus, imperare coepit. Ideirco huic membranae annum 1098 tribuendum censuimus.

Membrana LXIX. — Annum 1102, qui in membranae initio legitur, in annum 1101 refingendum duximus eo quod IX indictio, quae est altera chronologica diplomatis nota, mense iunio, in annum quem refinximus incidit. Adde Rogerium magnum Siciliae Comitem mense iulio eiusdem anni e vita migrasse, ideoque praesens diploma post eius obitum exarari non potuisse.

Membrana LXXVII. — Quia membrana haec dicitur scripta temporibus domini Rogerii eiusque matris dominae Adelitzae, factum est ut ea primo visa sit pertinere ad tempora Rogerii secundi Comitis Siciliae eiusque matris Adelasiae, et notata fuerit anno 1114, ad quem spectavit indictio VII per ea tempora, quibus Rogerius cum matre quae obiit anno 1118, Siciliae Comes fuit. Sed fatendum est in eo prorsus erratum fuisse, nam membrana certe quidem mentionem habet Rogerii filii Roberti domini Cagiani eiusque matris Adelitzae, prout ex tribus membranis insequentibus sub num. XC, CII, CIII luculentissime patet. Hic Rogerius post obitum patris, anno 1127, Dynastes Cagiani esse coepit, ut apparet ex priore earumdem membranarum; postrema vero eius mentio habetur in membrana CXLVII, nempe anno 1149. Iam vero ab anno 1127 ad annum 1149 indictio VII incidit in annum 1129 et 1144. Membrana, male anno 1114 consignata, videtur pertinere ad priorem eorumdem annorum, quia mentionem habet etiam Adelitzae, quam tunc temporis vitam adhuc egisse probabilius est, quam si hoc idem de anno 1144 adfirmare libuerit.

(1) *Storia della Badia di Montecassino tom. II. pag. 95.*
(2) *Op. cit. pag. 94.*
(3) *Esame delle carte e diplomi di S. Stefano al Bosco, Documenti pag. XVIII.*

Membrana LXXVIII. — Diploma in hac membrana scriptum non est autographum, sed informe quoddam apographum, in quo annus et subscriptiones desiderantur. Indictio, quae non praetermissa fuit, nihil prodesse nobis poterat ad annum expiscandum, nisi prius exploratum haberemus, cuinam ex tribus Nortmannis Principibus nomine Rogeriis diploma tribuendum esset. Id vero ut divinaremus, nihil aliud nobis auxilio fuit praeter titulum, quem diploma suo conditori tribuit, nempe Comitis Calabriae, Siciliae et omnis Italicae Regionis. Huiusmodi titulus usurpari non potuit neque a Rogerio Roberti Guiscardi filio, ad quem titulus Ducis pertinuit, neque a Rogerio eius patruo, qui Comes salutabatur Siciliae et Calabriae, numquam vero et Italiae, sive Apuliae, quae per ea tempora dici quoque Italia consuevit, et ad eius nepotem ex fratre spectabat. Nullum enim bellum inter utrumque exarsit, quo fieri potuisset, ut alteruter titulum non suum usurparet. Haec vero concordia non perduravit inter eorum filios itemque successores, nempe Rogerium Secundum Comitem Siciliae, et Guilelmum Tertium Ducem Apuliae. Horum prior amplificandae suae potestatis ab ineunte aetate cupidus alteri molestus fuit, et vix anno 1122 inter utrumque inita pax fuit, quae Comiti Siciliae incrementum attulit ditionis, ut legere est apud Muratorium (1). Iam vero si Rogerio Secundo fuit tanta latius regnandi cupido, ut cum patruelis sui filio simultates exercuerit, eiusque avitae ditioni inhiaverit, fieri potuit, ut Comes appellari non modo Siciliae, et Calabriae, sed omnis quoque Italicae Regionis, sive Apuliae non detrectaverit. Argumentum hoc nos perpulit, ut eidem Rogerio adiudicaremus diploma, cuius annum quaerebamus. Habita porro ratione tum temporis universi, quo Rogerius titulo Comitis, nondum vero Regis imperitavit, tum indictionis octavae, et mensis Augusti nostrae membranae, huic annum 1115 assignavimus.

Membrana LXXXVI. — Haec membrana quavis chronologica nota caret, nisi quod Imperator Alexius Comnenus donationem XX librarum, et novem palliorum Gerardo Abbati Casinensi fecisse dicitur. Iam vero Gerardus, uti testatur Gattula (2), Coenobio Casinensi praefuit ab anno 1111 ad annum 1123, Alexius vero Imperator anno 1118 diem supremum obivit. Itaque intra annos septem huius membranae epocha coercenda est, h. e. ab anno 1111 ad annum 1118. Cum vero in eadem membrana fiat mentio facinorum, quae primis antedicti anni 1118 mensibus Romae patrata fuerunt, nempe Pontifici Gelasio II ab Henrici V factione nefariam vim fuisse illatam, ideo memoratum annum 1118 membranae tribuere non absurdum nobis visum est.

Membrana CXIII. — Non improbabili coniectura ducti, annum 1133 huic membranae assignandum putavimus. Nam eo anno Rogerius, qui in membrana appellatur Dominus Siciliae, Calabriae et Longobardiae, bello devicit non paucos Dynastas, qui ab eo defecerant, quique primum ab anno usque 1128 provinciarum, quarum hereditatem ex Guilelmi Apuliae Ducis morte adiverat, dominium, postea vero Regis titulum ei contenderant.

Membrana CLIII. Cum haec membrana nulla alia chronologica nota signetur, praeter indictionem III et mensem decembrem, Gulielmus Rex, qui diploma largitur, vel Primus, vel Secundus, esse posset. Quapropter aut anno 1154, si Gulielmo I, aut anno 1169 aut

(1) *Annali d'Italia, ann. 1121 e 1122.*
(2) *Op. cit. saec. VII.*

denique anno 1184, si Gulielmo II tribuatur, exarari debuit. Nos diploma a Gulielmo I fuisse concessum anno 1154 ex eo coniecimus, quod, cum hoc anno e vita migraverit Rogerius Rex, et ad regnum eius filius Gulielmus I fuerit evectus, monachi ut suis possessionibus consulerent, a novo Rege petierunt, ut iis pacate frui sibi liceret, eo magis quod quaestiones inter Regem et Apostolicam Sedem prohibebant, quominus sua bona sarta et tecta ab omni incommodo, detrimento ac molestia servarent.

Membrana CCLXXXVII.— Praesens membrana non secus ac proxime superior indictione VI et mense septembri signata conspicitur. Nos quovis alio indicio destituti, ut veram eius epocham statueremus, cum animadverterimus inter testes, qui contractui, de quo agit membrana, interfuerunt, eumdem Constantinum Mandilum humilem presbyterum se chartulae subscribere, qui proxime superiori contractui se subscripserat, eumdem annum 1232 insequenti etiam membranae tribuendum censuimus.

Membrana IV prioris partis Appendicis — Ex quatuor graecis literis, quibus membranae annus denotatus fuerat, vix duae priores, nempe, quae annum 6600 indicant, edacitatem temporis effugerunt. Hae tamen, et mentio tum indictionis primae, tum tabularii Petri Augerini filii Nicolai, suadent membranam anno aut 1167, aut 1182 fuisse conscriptam. Magis vero prior eorumdem annorum nobis arrisit, quia tum ex membrana insequenti anni 1181, tum ex aliis aevi posterioris patet non adhuc Petrum Augerinum, sed alios notarios fuisse Tabularios Gallipolis; ex quo argui potest ipsum Petrum ante annum 1181 mortem obiisse.

XII.

Ectypa characterum in tabulis septem excusa fuerunt. Eorum nonnulla cuique, velit nolit, illico testantur, quod supra innuimus, scilicet non parum difficultatis superandum fuisse in assequendis vocabulis, quorum litteras aut Notarius exaravit formis salebrosioribus et plurimum a scriptione consueta et familiari abhorrentibus, aut temporis inexplebilis voracitas, cui vel monumenta longe solidiora non obsistunt, maximam partem exedit. Minus periti, qui in eas inciderent, forsitan existimarent obversari sibi non Graecum characterem, sed Oscum, Sabinum, aut aliarum longe gentium, quemadmodum invisentibus vetera quaedam papyracea monumenta aliquando evenisse Winkelmannius (1), ac Marinius (2) tradiderunt. Omnia vero a nobis exhibita characterum specimina, quisquis Palaeographiae studio detinetur, maximi habiturum non dubitamus, praesertim quia Montfauconius

(1) *Lettre au Comte Bril sur les découvertes d' Herculanum pag. 85. Huius epistolae auctor male habuit nostrum Martorellium, qui nonnullas graecas papyros in effossionibus Herculanei repertas tanquam Sabinae Linguae monumenta salutavit, et pacta conventa inter Herculanenses et Sabinos inibi contineri fuit hariolatus; iram vero doloremque vix concoquebat, quod eadem legere atque evolvere fatorum iniquitate non potis esset.*

(2) *Papiri diplomatici, Prefazione.*

vix, aut ne vix quidem aliquid attulit quod ectypis nostris persimile videatur. Auctor ille, cuius ope fatemur Palaeographiam conspicuum inter archaeologicas disciplinas locum sibi vindicasse, graecos characteres Codicum manu scriptorum et Diplomatum impensius, quam privatarum chartularum aucupatus fuit; in prioribus enucleandis, et discriminandis totus prope fuit; quamobrem etsi Romae in Basiliano Coenobio graecas complures invisit Calabriae membranas, pauca tamen inde characteris specimina deprompsit.

Tres membranae in Syllabo editae sub numeris LII, LXXX et LXXXVIII exscriptae fuerunt ex apographis earumdem confectis et traditis Coenobio Cavensi a Paschale Baffio, quia pro deperditis habita fuerant ipsarum autographa. Haec vero reperta ibidem postea sunt in pluteis, ubi vestigantis diligentiam effugerant. Quia vero in autographo, cuius apographum editum fuerat sub numero LII nostri Syllabi, characteris forma notatu digna visa est, ex eo desumptum est ectypum cusum in IV tabula characterum.

Sub primo specimine characterum, quos tabula I exhibet, visitur ectypum quoque sigilli, quod in Archivo Casinensi pendet ex membrana, unde primum illud specimen est depromptum. Ex reliquiis litterarum, quae nunc vix inspiciuntur, facile coniici potest consueta talium sigillorum inscriptio, videlicet in facie antica: ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ ΣΩ ΔΟΥΛΩ: idest, Domine auxiliare servo tuo. In postica vero facie: ΜΙΧΑΗΛ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ ΠΑΤΡΙΚΙΟΣ ΚΑΤΑΠΑΝΟΣ ΙΤΑΛΙΑΣ: Michael Anthypatus Patricius Catapanus Italiae.

Ad tabulas specimina characterum exhibentes accedit octava, ubi prostant sex ectypa sigillorum. Duo quidem ex istiusmodi sigillis, nempe primum et sextum asservantur in Archivo Casinensi, ubi visitur quoque alterum sigillum impressum in calce autographae membranae, cuius apographum habes in hoc Syllabo sub numero VII una cum sigilli ectypo. Membrana vero, ad quam spectat sigillum primum, consignata heic occurrit numero XII. Cuius vero membranae fuerit sextum sigillum, non constat.

Ex quatuor reliquis sigillis tria, scilicet secundum, quartum et quintum extant in Archivo Neapolitano, et nihil compertum habetur de membranis, ad quas unumquodque pertinuit; tertii vero superfuit tantum ectypum a Iosepho Genuensi, quem supra meminimus, editum in calce dissertationis (1) ab eo lucubratae de Diplomate, quod noster Syllabus exhibet sub numero XLIV. Eorundem vero sex sigillorum inscriptiones, quarum literae pleraeque ob vetustatem prope evanuerunt, interpretati sumus in haec verba:

1. ΚΕ ΒΟΗΘΗϹ ΤΩ ϹΩ . . . idest ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΗΣΟΝ ΤΩ ΣΩ (ΔΟΥΛΩ): Domine auxiliare servo tuo—† ΓΡΗ. ΟΡ R Α. . . . Ο Κ ΚΑ . . . ΑΝΩ Ι . . ΙΑϹ Ο . . . ΑΝΗΙ . . ΗϹ: idest ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΒΑϹΙΛΙΚΩ ΑΣΠΑΘΑΡΙΩ (πρωτοσπαθαρίῳ) ΚΑΙ ΚΑΤΑΠΑΝΩ ΙΤΑΛΙΑΣ Ο ΤΡΑΧΑΝΙΟΤΗΣ: Gregorio Imperiali Protospathario et Catapano Italiae Trachanioti.

2. † ΔΕϹΠΟΙΝΑ ϹΩΖΟΙ ΘΕΟΔΩΡΟΝ ϹΙΝ Θ . . . (θεῷ): Regina una cum Deo servet Theodorum.

3. † ΚΕ ΒΟΗΘΗ ΤΩ ϹΩ ΔΟΥΛ: idest ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΗ ΤΩ ΣΩ ΔΟΥΛΩ: Domine auxiliare servo tuo — † ϹΤΕ † ΚΑ ΠΡΘΣ ϹΤΡΑΤΗΓ ΛΟΓΓΙΒΑ . . ΙΑϹ: idest ΣΤΕΦΑΝΩ ΚΑΤΑΠΑΝΩ ΠΡΩΤΟΣΠΑΘΑΡΙΩ ΣΤΡΑΤΗΓΩ ΛΟΓΓΙΒΑΡΔΙΑϹ: Sthephano Catapano Protospathario Stratego Longobardiae.

(1) *Illustrazione di un Greco Diploma che si conserva nell' Archivio Generale del Regno.*

4. MP ΘΥ — † KE RO PΩNΓEPI KOMIC KAΛΛΑΥPHAC KE CHKHΛIAC KE TΩN XPHCTHANΩ ROHΘOC: idest MHTHP ΘEOΥ—KΥPIE BOHΘHCON PΩNΓEPIΩ etc. Mater Dei — Domine auxiliare Rogerio Comiti Calabriae et Siciliae et Christianorum adiutori.

5. Inscriptio est eadem, quam exhibet antecedens sigillum.

6. XPΥC BB—TΩ CΩ ΔOΥΛΩ IΛΛPHΩ: idest XPICTE BOHΘHCON TΩ CΩ ΔOΥΛΩ IΛΛPHΩ: Christe auxiliare — Servo tuo Hilarioni.

Nostra tertii sigilli interpretatio quoad vocem *Longobardiae* discrepat ab interpretatione tum viri doctissimi Francisci Avellini (1), tum Genuensis modo laudati, et Salvatoris Cirilli (2). In litteris Λογ eorum prior legendum esse Λοκρου, reliqui duo Λογιώ sibi persuaserunt. At eorum interpretationi coniectura quaedam, nostrae vero suffragatur auctoritas monumentorum, quae heic habes edita, ubi diserte nuncupati Strategi aut Catapani Longobardiae occurrunt Graecorum Duces, quibus nostrae olim provinciae obtemperarunt, idque Peregrinius, Troylus, aliique rerum nostrarum scriptores probe adnotarunt.

XIII.

Superest demum, ut de earumdem membranarum utilitate aliquid praemoneatur. Id argumenti ne primoribus quidem labris, ut dici solet, delibandum nobis foret, si habenda esset ratio dumtaxat eorum, qui hoc aevo apud nos antiquitatis studia consectantur ea prope cupiditate, qua Muratorius saeculo superiore, et Pertzius saeculo nostro in ea incubuerunt. At longe plures numero sunt, qui hodie nihil antiquum amplexantur et fovent, nisi condocefacti prius sint aliquid inde fructuosum posse comparari.

Non ita quidem nos perperam iudicamus, ut omnibus hisce membranis eam tribuamus praestantiam et utilitatem, quibus praeditae sunt tot aliae vetustatis reliquiae, unde non parum lucis saeculis tenebricosis affunditur. Nam perpauca heic occurrunt diplomata, quibus Imperatores Graecorum, aut nostri Reges et Toparchae donationes et privilegia in Ecclesias, et Coenobia contulerunt. Reliquae membranae exhibent donationes privatorum hominum, testamenta, tabulas nuptiales, venditiones sive aedium, sive praediorum, et sententias, quibus Iudices lites modo inter privatos, modo hos inter et Monasteria obortas diremerunt. At perperam iudicaverit qui ex huiusmodi diplomatis et chartulis nihil erui, quod aevi sequioris historiam queat aliqua ratione illustrare, obstinate contendat. Secus omnino sese rem habere nuper testatus est Ioseph de Blasiis Historiae Antecessor in Regio Neapolitano Archigymnasio, qui cum aliquot membranas vix a nobis editas inspexisset, nactus ibi est pleraque scriptoribus antehac ignota, eaque usurpavit (3), ut iisdem exornaret historicam lucubrationem suam de Barensium adversus Graecum Imperium seditione, et de adventu Nortmannorum.

(1) *Biblioteca analitica anno VII. num. IV. pag. 101.*

(2) *Lettera sopra un molibdobullo Greco.*

(3) *La Insurrezione Pugliese e la Conquista Normanna nel secolo XI, vol. I. pag. 26 et alibi.*

Qui temporum praeteritorum annalibus evolvendis animum advertunt, eos magis delectat ediscere rerum publicarum vicissitudines, ancipitem bellorum fortunam, acies praelio fusas, aut internecione deletas, urbes modo expilatas, modo a fundamentis erutas, seditiones civium in cruenta luctuosaque bella intestina erumpentes, Reges e solio miserandum in modum deturbatos. At spectacula haec et alia id genus, quae in monumentis historiarum quam saepissime occurrunt, solane digna sunt, quorum commemoratione posteri detineantur? Vitane, quam maiores privatim exegerunt, nihil habet, quod doceri cupiamus? Certe quidem aevo, quo nos in vivis agimus, genus illud scriptionum, cui Romanensium Historiarum nomen inditum fuit, non mediocri voluptate perfundit lectitantes ea potissimum de causa, quod privatarum rerum narrationibus affluat, et interiorem vitam hominum, domesticaque palam facit negotia. Iam vero tabulae, quibus contractus, conventiones, bonorum alienationes, aliaque huiusmodi committebantur, non exiguam profecto exhibent partem rerum, quae privatam vivendi rationem respiciunt. Quamobrem nemo eas iure contemnet, ac repudiabit eo magis, quod in his quicquid de vita privata edocemur, non commentitium est, neque ex poetica fingendi arte proficiscitur, sed e documentis quae ineluctabili praesidio veritatis innituntur. Heic vero e re nata aliud nobis obversatur momenti longe gravioris argumentum, cur omnibus sit persuasum nostras membranas haudquaquam accensendas vetusti aevi quisquiliis, quas non immerito quisquam explodat, aut exsibilet. Constat enim nullam Historiae de rebus Neapolitanis partem magis carere monumentis, quam quae ad Graecos nostrates pertinet, toto eo temporis spatio, quod Aevum Medium vocitatur. Fatemur quidem non defuisse Chronographos aliquot, qui per ea tempora rerum nostrarum aliquid posteritati prodiderunt, et a Muratorio inter rerum italicarum Scriptores et ab aliis veterum annalium Collectoribus editi fuerunt. Sed qui cupidus addiscendae Historiae Graecorum in nostris regionibus eos evolverit, tam pauca inveniet, ut quanto uberiore rerum notitia pascere animum sperabat, tanto ieiunior inde discedere sibi videatur. In tanta igitur monumentorum inopia fasne cuiquam erit aspernari graecanicas hasce membranas? Ecquis tam inimicum vetustati, et communi sensu tam destitutum animum geret, ut eas censeat deferendas, ut ait ille, *in vicum vendentem thus, et amomum, Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis?* At longe aliter sentiet Iurisperitus, qui heic dignoscet ac meditabitur, quanam apud Graecos Calabrenses ratione consueverint lites dirimi, nuptiae contrahi, testamenta exarari, praedia vel donari vel divendi praesertim a Graecis mulieribus, quae sub perpetua et ipsae tutela vitam agebant, emphyteuticae aliaeque iniri stipulationes ad provehendam culturam agrorum et inprimis olivarum, quod arborum fructiferarum genus in Iapygia et Calabria ea tempestate insigniter accuratum fuit, et a posteris deinceps maiorum suorum vestigia consectantibus ita excultum propagatumque fuit, ut opes inde cumulatiores in eos redundarint. Rei porro nummariae studioso erit sane periucundum expendere nomina et aestimationem nummorum, quorum multiplex genus sibi haec monumenta perlegenti occurrit, ac praecipue *Michelati*, nummi byzantini ab Imperatore Michaele nomenclationem mutuati, qui vel sub Nortmannorum principatu, prout ex membranis sub numeris I, II et III partis prioris Appendicis fit testatissimum, inter Graecos nostrates obtinuerunt perinde, atque nummi Arabum ad Svevorum aetatem usque recusi

et usurpati vulgo fuerunt, quamvis Graecorum Principum et Arabum dominationi finis iamdiu fuisset impositus. Exploratio vero huiusmodi nummorum iis, qui Oeconomica hoc aevo praestantissimae cuique disciplinae optimo iure aequiparata persequuntur, viam muniet expeditiorem ad incundam temporum nostrorum comparationem cum vetustioribus de pretio tum praediorum, tum aliarum rerum, quas membranae commeminerunt.

Chartulae spectantes ad Coenobia, quarum maior est numerus, habent praeterea quiddam omnino peculiare, cur magni faciendae sint. Primum quidem non pauca inde licet haurire, quibus instituta Graecorum Coenobiorum illustrantur. Deinde consulendo huiusmodi chartularum perennitati, fiscalibus quoque consulitur rationibus. Nam cognitissima res est, quicquid olim eorumdem Coenobiorum fuit, postquam ea fuerunt vacuefacta, aut abolita, Fisco adiudicatum esse, et pleraque Coenobia in Abbatias evasisse, quae arbitratu Regis impartirentur, idcirco subiectae potestati, quae vulgo *Patronatus Regius* appellatur. Non semel contigit, ut bona Abbatiarum homines avidi dolo malo sibi adrogaverint. Ubi vero haec usurpatio innotuerit, quo tandem pacto iura fiscalia praevalere in iudiciis, et possessiones ab usurpatoribus vindicari poterunt, nisi documenta afferantur? Tum vero fieri potest, (et revera saeculo proxime praeterito factum est plerumque), ut chartulae, de quibus verba facimus, tela quodammodo suppeditent, quibus sua Fiscus iura tueatur, et bona iniquis possessoribus erepta postliminio ad se revocet. Quamobrem dubium esse nemini potest, quin Coenobiorum monumenta, a quibus fortasse nonnulli abhorreant, sarta tecta servanda sint, et non parum detrimenti ex eorum interitu Fisci rationibus sit pertimescendum.

Utcumque vero genus hoc utilitatis, de quo loculi sumus, aestimari velit, illud quidem ambiguum non est, nempe plurimum emolumenti posse ex hoc Syllabo ad disciplinam philologicam dimanare. Nos quidem fatemur exotica et barbara vocabula, soloecismos, aliaque dictionum portenta in plerisque membranis coacervari. At sermo quantumvis inficetus et horridus nunquam est eiusmodi, ut in eo philologis non sit immorandum. Primum enim iuvat inde addiscere quantum discriminis, quoad dicendi perspicuitatem, latinas inter et graecas nostras chartulas intercedat. Illarum enim sententiae tanta plerumque obvolvuntur caligine, ut, quibus ibi de rebus sermo sit, nemo nisi magno labore assequatur. Contra e chartulis graecis facile eruitur, quid sibi velint. Graecanico igitur ingenio vel per deteriora saecula non omnis defuit perspicuitas illa, quae in sexcentenis litterarum monumentis ex vetustiorum graecorum ingenio profectis immane quantum explendescit.

Nec vero exigua aut contemnenda vocabulorum accessione noster hic Syllabus Glossarium mediae et infimae Graecitatis potest locupletare. Cangius optimo sane iure conquestus fuit, quod sibi Lexicon eius Graecitatis contexenti defuissent diplomata et privata documenta. Huic doctissimo et indefesso deterioris aevi exploratori e nostratibus graecis eorumdem temporum monumentis vix innotuit unum modo Diploma Rogerii Siciliae Regis, quod apud Ughellium deprehenderat. Inde haustam suo in Glossario retulit vocem Εὐριάτικον, cui *damni* significationem cum Ughellio tribuit; sed uterque perperam. Nostrates enim Graecos eo nomine denotasse oppidum Calabriae *Briaticum* liquet ex compluribus heic membranis, ut in Syllabi huius Indice adnotatum est sub voce *Briaticum,*

quam consule. Quod si ob oculos universa haec nostra documenta habere Cangio licuisset, certe quidem quantivis ipsa pretii aestimasset, utpote incremento doctrinae philologicae non mediocriter profutura, et praesertim quod ex hoc membranarum genere graeca dialectus Calabriae posset internosci, et a dialectis caeterarum Graeciae Transmarinae provinciarum discriminari. Non de veteribus nos heic loquimur dialectis, nimirum Attica, Ionia, Dorica, et Aeolica. Quanquam enim prior earum Neapoli, tertia vero in Calabria obtinuerit, id quidem aevo contigit antiquiore, uti patet ex Martorellio (1), Mazochio (2) et Iuvene (3), quorum prior de Neapolitano Atticismo, alter de Dorismo Heracleensi, tertius de Dorismo Tarentino disseruerunt, et duo postremi ex Dorismi reliquiis suum quisque Lexicon non ita magnum posteris tradiderunt. Sed postquam Romani Graecia tum Magna, tum Transmarina potiti fuerunt, omnes veterum dialectorum varietates, ut ait Salmasius (4), abolefactae sunt, et graeci sermonis facies unam tantummodo faciem, eamque magis magisque in dies corruptione tabescentem induit. Tum vero aliae prodierunt dialecti, quarum Simeon Cabasilas aevo suo septuaginta numerabat apud Cangium (5). Inter has sequiorum temporum dialectos recenseetur Graeca Calabriae dialectus, quam nos arbitramur posse ex hac membranarum collectione dignosci.

Licet vero deessent omnia, quibus nos hunc Syllabum non sinistre exceptum iri confidimus, nemo tamen inficias ire posset, quin ipse demum habendus sit tanquam egregium monumentum, quo graecarum litterarum studia praesertim in hac extrema Italiae regione nefas esse intermitti meminerimus. Nam per ea tempora, quae barbararum nationum irruptiones migrationesque subsecuta sunt, facula quaedam Graecitatis, ut supra dictum est, utque series haec ipsa graecarum membranarum testatur, apud nos extincta omnino non fuit, immo citeriori aevo profectum hinc fuit, ut passim Itali ad memoriam et cogitationem veteris graecanicae urbanitatis et gloriae revocarentur. Quae sane res excitare nos vehementer, et maiori quadam cupiditate inflammare debet, ne quemadmodum maioribus nostris pulcrum fuit hoc decus quaerere ac tueri, sic nobis turpissimum sit aspernari et amittere. Ad commendationem enim posteritatis, et ad amplificationem rerum italicarum nihil potest excogitari, aut animo fingi accommodatius prae litteris atque disciplinis veterum Graecorum, quae, ut Boucheroni (6) verbis utamur, ab illustri populo profectae non solum mentes ad elegantiam, et venustatem informant, sed animis etiam sunt incitamento ad praeclara quaecumque suscipienda.

(1) *Thec. Calam. cap. V, part. V, § VI.*

(2) *Comm. in Tabulas Heracleenses p. 119 et 120.*

(3) *De antiquitate et varia Tarentinorum fortuna, in Delectu scriptorum Rerum Neapolitanarum pag. 374 ad 382.*

(4) *Lib. de Hellenistica pag. 215.*

(5) *Praefat. ad Glossarium Graecitatis p. VII.*

(6) *Oratio de Litteris Graecis anno MDCCCXXXVII habita in Auditorio Maximo Regii Taurinensis Athenaei.*

I.

(An. Chr. 885) — Mense Martio — Indict. III — Trani.

Gregorius Imperialis Protòspatharius ecclesiastica praedia posita in agro Barensi, Uriensi, Tarentino, aliisque in locis Principum Longobardorum imperio subiectis, et tradita sibi a Casinensi coenobio libellaria novem et viginti annorum concessione, eidem coenobio reddit.

Preceptum gregorii primicerii imperialis Sancto Benedicto.

Gregorio primicerius imperiali protospathario. et baiulo. clarifico me. hemptam habere rebus qui fuit ecclesie beatissime dei genitricis Mariae quae sita est in loco. cannito. et per loca pertinentibus prenominate ecclesiae. seu et rebus sancti vincentii. quam et iterum beate dei genitricis mariae quae est aedificata orietane finibus. ut ista quas rebus haberet super nominato gregorio primicerio et bajulo omnibus diebus vitae suae et rebus sancti Benedicti prefati nostri cenobii ubicumque habuerit aut inventa fuerit sive in bari. aut in orie. seu et in taranto. sive per singula loca ut ipse qui suprascriptus gregorius primicerius simulque bajulo haberet et dominaret illam usque ad viginti novem anni. sed ipse qui supra gregorio primicerio et bajulo simulque imperiali protospathario pro redemptione et salute animae suae reddidit insuper nominate quattuor ecclesie ipsa super nominatis rebus quomodocumque illam habuisset. sine sua qui supra vel cuiuscumque contradictione. et si qualiscumque homine voluerit contradicere aut retornare vel removere haec quae secundum dei timore egerat vel fecerat haberet judicium cum illo in diem judicii ante tribunal superni judici et sit particeps jude traditori et haberet maledictionem a trecenti decem et octo patres et pro confirmandum ipso suo brevilegium predictum gregorium primicerium et bajulo qualiter reddiderat ipsa rebus insuper nominata venerabilia loca. fecerat bullare ipso brevilegio cum plumbo bulljtyrio suo. fuerat fuerat scriptum mense martio. indictione III. et taliter vidi et scripsi. ut supra hanc recordationem ego landolfus diaconus atque notari et interfui in super nominata civitas que supra trane.

Ego qui supra gregorius primicerius imperiali protospatharius et bajulus. in hanc carta me subscripsi.

Ego gaiderisi imperialis protospatharius ita novi.

(Ex Regesto Petri Diaconi in Archivo Casinensi — Fol. LXV, n.° 137.)

II.

(891) — Mense Februario — Indict. IX.

Leo VI Imperator Casinensi coenobio universas confirmat possessiones, quas in Longobardiae themate idem coenobium obtinebat.

Preceptum leonis Imperatoris de omnibus rebus Sancti Benedicti.

Sicut nunc et de hinc sit ea imperialis secundum et ante quam regnarem nobis annuntiatum est. ut observetur ea cum omnibus in circuitu habentibus et tenentibus suis. et quantis sub ea vero villis subsistunt sint sine calumnia atque sine damno. et ex ipsa angustia servientium imperialium atque damna sive participatione et monachi qui ibidem degunt. sine contrarietate et cogitatione sint. ut orationes quas pro imperio nostro fundunt cotidie ad deum pergant. Nemo enim ex his omnibus qui pro tempora debent esse in langobardia stratjgy. sive propriis seu trumarchis vel protospathariis. archiepiscopis, episcopis et reliquis in ea provincia habitantibus. Sive pro quocumque servitio imperiali veniunt ut sint sine timore . sive potestatem habeant in ipso habitaculo et in circuitu ejus. et res que sub ea est. Et monachi per nullum modum injustum habeant. sive temptandi vel dammandi. sive angustiandi. seu diminuandi. aut in ea applicandum. Volumus autem sicut dictum est modum. ex omnibus et de omnibus quae damnantur ex imperialibus beneficiis et angustiis. nisi ut ea observetur libera sine impedimento. Sufficiant omnes solum mostrandum. et ostensum nostrum fidelem sigjllum. factum per mensem februarium. nona indictione. In anno sex milium quadrigenti quinquagjnta novem. In quo et nostrum fidelem deo missum assignatum est dominium.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXVII verso, n.° 149).

III.

(892) — Mense Iunio — Indict. X — Beneventi.

Sympathicius Imperialis Protospatharius, in aula Beneventana degens, Ragemprando coenobii Casinensis abbati confirmat monasteria tum S. Sophiae una cum rebus eiusdem in S. Ioanne de valle Polluci extantibus, tum S. Mariae de Plumbariola, et S. Mariae de Cingla prope flumen Vulturnum.

Preceptum simbatjcii imperialis protospatharii de rebus S. Benedicti. et monasterio S. sophiae in benevento. Ragemprando abbati.

In nomine domini. Ego simbatjcio imperialis protospatharius. et stratjgo. macedonie, tracie. cephalonie. atque longibardie. Dum residerem in dei nomine intus palatio beneventi. Entilma facio tibi ragemprando venerabili abbati monasterii S. Benedicti qui aedificatum est castro casino. Insimul et tibi erisso medico et preposito. monasterii sanctae sophiae qui aedificatum est intus beneventum qui subjecta est cenobio sancti Benedicti. Similiter et monasteria puellarum. Sancta maria de plumbariola. Simul et sancta maria de cingla. qui residet juxta fluvium vulturnum. Ubicumque fuerit de ista predicta quattuor monasteria. rebus servos. vel ancillas. Non sit quiscumque homo qui audeat aut presumat facere aliquit contrarietatem. aut lesionem causam de predictis monasteriis. Simulque et res sanctae sophiae que habet in sancto iohanne de valle polluci. et similiter de asculo. vel in quacumque terra seuque civitates habuerit rebus et loca dominatio sanctorum imperatorum. Ut nullam applicationem. aut fortiam faciant ibidem servi de sanctorum imperatorum. nec in monasterio. seu cellis. vel cellulis. sive curtis et omnibus pertinentiis vestris. neque de cunctis. servis. et ancillis. Aut de vestris

subjectis. quibus in casis de vestris pertinentiis sedeunt. Et nullam dationem. aut tributum. sive portaticum. aut portunaticum. vel ripaticum. a vobis. vel a monachis vestris. atque servis. et ancillis vestris. Sive ab omnibus hominibus qui in vestris monasteriis subditi vel commenditi sunt. ut nullus hoc presumat ex idem aliquit tollere vel contrare res. domos. servos. vel ancillas. tam omnia et in omnibus quibus in predictis monasteriis concessa sunt a regibus francorum. sive a principibus longobardorum. vel per precepta signata. et omnia que per cartis vel offertionis. sive per emptionis. seu qualitercumque concessum habetis. vel amodo et in antea quocumque modo fuerit concessum. ut amodo et semper pro statum sanctorum imperatorum et illorum mercedem. vos et vestri successores. omnia que superius legitur. firmiter possideatis et securiter. Et nullus homo presumat de sua civitate monachos qualicumque a majore usque ad minimum. de predictis monasteriis de suis habitationibus foras eos ejcere. aut qualibet nova consuetudine in eosdem monachos. vel in ipsa cenobia. et earum pertinentiis facere pro eo quod vos die noctuque pro sanitate et prosperitate sanctorum imperatorum. et pro omnium illorum exercitum in mercede eorum dominum deum exoratis. et innotescimus vobis christianis omnibus qui fideles estis et honoratis. sanctissimis imperatoribus. episcopos omnes domino servientes. A protospathariis. spathariis candidatis et spathariis. cartulariis. et protonotarei thromarcis. armeni. greci. seu et longjbardi. gastalldeis. seuque omnibus hominibus a majore usque ad minores qui fideles sunt deo et sanctorum imperatorum. videntes et cognoscentes istam nostram entjlmam et sic ipsa pleniter deservetis et firmiter adimpleatis sicut supra continet. et quomodo pro statu sanctorum imperatorum ad haec perscripta quattuor monasteria firmavimus. et qui istam entjlmam non observaverit eam non adimpleverit. sciat se esse damnatum. contemptor et offensor deo et sanctorum imperatorum. et dei ira. et nostra super se induceret. et magnum patjbulum. quod vero hanc entjlma nostra bullamus cum bulla nostra plumbea. Mense junio. decima jndictione.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXV, n.° 136)

IV.

(899) — Mense Maio — Indict. II — Cupersani.

Medalspus Imperialis Spatharius, dum Cupersani ad causas definiendas degeret, controversiam, inter Theodinum S. Benedicti praepositum et Maigelgarium obortam de quodam horto et duobus puteis S. Benedicto a Pandone donatis, diiudicat.

Praeceptum medalspi spatharii de terris in copersano.

In nomine domini nostri iesu Christi dei eterni tertiodecimo anno imperii domni leoni et alexandri sanctissimis imperatoris nostris. Mense majo secunda indictione. Dum quadam resedente diem medalspus imperiali spatharius candidatus casale copersano ad causis diffiniendum; tunc quidem nostra venit presentia prepositus sancti benedicti nomine teodinus una cum anningo suus advocator et ceperunt causare adversus hominem nomine maigelgari ex uno hortale et duo putea propinquo casale compersano pertinentes sancti benedicti quibus pandone; ante os annos pro redemptionis suae animae in eo superius nominato loco offeruit tunc ego qui supra imperiali spatharius candidatus statim interrogavi is dictus magelgari quid loqueris de hac re ille quidem respondit et dixit domine non facio deus nisi pandone que superius nominat iste prepositus et dicens quod ipsum hortale cum ipsa putea offero tunc habuisset in supradicto monasterio. veritas est quia habios meus magelgari ipsum hortale cum ambo ipsa putea et datum habui hoc ordine usque dum spatium ipsius fuerit frugiare ilud pos discessum vero illius revertere ad heredem abii mei hoc gestum elegerunt sibi pariter pugnam et sancta dei evangelia ibidem astabat ut sacramenta resivi. de hac re multi quidem exiebam et dicebat nos scimus quia causa monasterii hujus est; dum ego praedictus imperiali spa-

tharius candidatus sum locutus fui ipsius magelgari non audis quae isti adversus te testificat. ille statim manifestavit et dixit veritas et negare non possum; quia causa superdicti monasterii est dum hoc intelleximus per nostrorum supradictorum judicium retradere fecimus ipsius praepositi una cum suus advocatus ipsum hortale cum ipsa putea secundum ipsius magelgari manifestationem. qui finis habet ipse hortale de duobus lateribus causa vel monasterium tertio latere terra fere quarta quidem pars via pergit publica; et unde pro securitate beati benedicti quam et de teodinus prepositus hoc nostrum edemisimus judicatum; quam te ermecausus diaconus et notarius scribere demandavimus intus casale cupersano. Signum † manudalsponi imperialis spatharius candidati qui in supra.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXVI verso, n.° 143.)

V.

(911) — Mense Maio — Indict. XIV.

Ioannacius Imperialis Protospatharius Wamelfrido praeposito, vices Leonis abbatis obeunti, confirmat quicquid in civitate et finibus Asculi ad S. Benedicti monasterium pertinebat.

Praeceptum joannacii imperialis protospatharii de rebus S. Benedicti in asculo. Leoni abbati.

In nomine dei salvatori nostri jesu christi vicesimo quinto anno imperii domni leoni et domni alexandri sanctissimis imperatoribus mense majo. quartadecima indictione. entelma facta a me johannacio imperiali protospathario et stratigo langobardie. et data a nobis tibi wamelfrid monachus et prepositus. ut per istam nostram entelma liceat te abere et dominare inclita rebus et proprietate sancti benedicti confessoris christi quantam abet pertinentem in civitate asculo et in finibus ejus ubi ordinatus es ab ipso venerabile abbate domnum leonem. tam infra ipsa civitate casis et casiljs vel terris quam et a foras. vinee. et territorie. et omnia ex predicto monasterio pertinentes ut ubi exindem dederis case ad residendum aut terre ad terratjcum. aut ad pastinare. sic tibi det justitiam tuam sicut tibi placitum fecerit. et si aliquis sine tua volontate aut casam edificaverit in terram vestram aut vineam plantaverit. aut seminaverit. liceat te illum incljtum tollere et revocare in potestate predicti monasterii sancti Benedicti. sine omne contradictione cujuscunque et vos exindem oretis ad sanctos imperatores per quem omnia vestra abetis concessam. et precipio vobis omnibus protospathariis. spathariis candidatis. et spathariis. quam et castaldeis. et comites curtis et domestici et omnibus honorati et cunctis judicibus qui hanc nostram entelma cognoveritis ut firmiter eam opservetis et de omnia eorum judicetis. quiscumque eorum injustus fecerit. et qui aliter facere presumpserit et in quocumque eorum causa contrarietatem fecerit sciant se esse periturus et malum a nobis patere qualem non potet sustinere. et obligamus eos componere ad sanctos imperatores auro libre due et pro confirmandum ista nostra entelma bullavimus ipsa cum bullotirio nostro plumvio. mense majo. indictione quartadecima.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXV verso, n.° 138.)

VI.

(956) — Mense Decembri — Indict. XV.

Marianus Calabriae et Longobardiae Strategus Aligerno abbati S. Benedicti facultatem tribuit perquirendi atque sibi vindicandi res, quae eius coenobio ereptae in alienam migraverant potestatem.

Sigjllum mariani antjpatj patricii imperialis; Aljgerno abbati.

Sigjllum factum a mariano anthipato patricio. et stratjgo calabrie et langobardie. Et datum vobis Aljgerno venerabilj abbati sancti benedicti. Liceat te ambulare in tota thema langobardie. et perquirere omnem ereditatem predicti monasterii. et nullam contrarietatem patiaris a quolibet judice de ipsa thema. sed perquire ipsius monasterii hereditatem. et recollige eam justa et pertjnente ratione ad ampliam vero certificationem omnium et firmitatem. cum plumbea bulla nostra, istum presentem sigillabimus sigillum nostrum. et concessimus predicto abbati. In mense decembrio indictione quintadecima.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXIX, n.° 153.)

VII.

975 — Mense Maio — Indict. III.

Michael Catapanus Italiae monachis S. Petri in civitate Tarenti, qui conquerebantur de Ursoleone et Ioanne transitum per illorum domos sibi arrogantibus, confirmat privilegium olim datum a Constantino Imperiali Spathario et Stratego Longobardiae, ne quis monasterium illud vexare auderet.

† Μιχαὴλ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ κατεπάνω Ἰταλίας ἀπελθὼν προεύξασθαι εἰς τὸν ναὸν τὸν ἐπονόματι τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων πέτρου τὸν ἐν τῷ κάστρῳ τάραντος εἰς μοναστήριον ἀφιερωμένον προσῆλθον ἡμῖν οἱ μοναχοὶ τῆς τοιαύτης μονῆς. δικαιώματά τε καὶ ὑπομνήματα ἐπιφερόμενοι Κωνσταντίνου βασιλικοῦ σπαθαρίου ἐπὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου καὶ στρατηγοῦ λαγουαρδίας καὶ μιχαὴλ πατρικίου καὶ κατεπάνω Ἰταλίας, τοῦ ἀείδηλου· περὶ τῶν πλησιαζόντων τῷ μοναστηρίῳ οἰκιδίων ἀπόρων καὶ δοθέντων παρὰ τῶν δηλωθέντων ταῦτα στρατηγοῦ καὶ τοῦ πατρικίου τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ. διακαλοῦντες ὡς ἐνοχλοῦνται παρὰ τοῦ οὐρσολέοντος, καὶ ἰωάννου τοῦ οἰκογενοῦ τῆς μοναχῆς κάνδιδας εἰς τοιαῦτα ἄπορα οἰκίδια: ἃ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ οἰκείοις ὀφθαλμοῖς ἐθεασάμεθα. καὶ εὕρομεν ὅτι μάτην ἐνοχλοῦνται· καὶ προστάττομεν τοῦ λοιποῦ μηδένα τῶν ἁπάντων παρενοχλεῖν τοὺς μοναχοὺς ὡς καλῶς τὰ ἄπορα εἰληφότας παρὰ τῶν πορευμάτων τινων καὶ ἡμεῖς τὰ δικαιώματα ἐπικυροῦντες τὸ παρὸν ὑπόμνημα ἐξεθέμεθα εἰς πίστωσιν καὶ ὑγιαινὴν ἀσφάλειαν τῶν ἐντυγχανόντων. καὶ δικαίωσιν

† Michael Anthypatus, Patricius et Catapanus Italiae quum venissem, ut orarem, in templum, quod sub titulo sancti et principis Apostolorum Petri prope monasterium est consecratum in civitate Tarenti, accesserunt ad nos monachi eiusdem monasterii, afferentes privilegia et praecepta Constantini Imperialis Spatharii ab aureo triclinio et Strategi Longobardiae, nec non Michaelis Patricii et Catapani Italiae semper illustris, de propinquis monasterio domunculis transitus servituti non obnoxiis, et oblatis eidem sanctae Dei ecclesiae ab hic memoratis Stratego, et Patricio; conquerentes se turbari ab Ursoleone, et Ioanne verna monialis Candidae in praedictis domunculis transitus servituti non obnoxiis. Quae (*privilegia*) et nosmetipsi propriis oculis inspeximus, et invenimus quod iniuste vexarentur, et mandamus ne deinceps iidem monachi a quoquam perturbentur, quandoquidem rite easdem habitationes omni transitus servitute immunes acceperant. Nos vero privilegia ipsa confirmantes, praesens condidimus praeceptum ad fidem et firmam securitatem legentium, ac monachorum iustificationem, signatum

τῶν μοναχῶν· σφραγισθὲν τὴ διαμολύνδω καὶ συνήθει σφραγίδι ἡμῶν μηνὶ μαΐω ἰνδικτιῶνος τρίτης ἔτους ϛυπγ'.

nostro plumbeo et consueto sigillo, mense maio, indictione tertia, anno 6483.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis—n.° 1.)

VIII.

981 — Mense Aprili — Indict. IX — Tarenti.

Leo Aechmalotus, eiusque filii Christophorus et Calocyrus donant monasterio SS. Petri et Pauli in civitate Tarenti dimidium vivarii, quod a vivario Curticis protopapae non aberat.

† σιγνον χειρος λεοντος αιχμαλωτου υιου ιαννητζη.
† σιγνον χηρος χριστοφορου.
† σηγνον χήρος καλοκυρου.
† Εν ονοματι του πατρος και του υιου και του αγιου πνευματος. ἡμεῖς οἱ προγεγραμμένοι ὅ τε λεων ἀιχμάλωτος. ἅμα συν τοῖς δυσί μου τέκνοις χριστοφόρω καὶ καλοκυρῶ ἀνταδέλφοις κληρικοις, οἱ τοὺς τιμίους καὶ ζωοποιοὺς σταυροὺς ἰδιοχειρὸς πήξαντες. ἑκουσία ημῶν νουλῆ καὶ οἰκεῖα προαιρέσει. καὶ οὐκ ἐκ τινος τῆς οἱας δηποτ οὖν ἀνάγκης ἡ υἱας. ἡ δόλου φάκτου ἀγνοίας καὶ δικολογίας πάσης ἐκτὸς: ἀλλὰ καθως προγέγραπται. τῆ ἰδία ἡμῶν γνάμη. ἀφιεροῦμεν εἰς τὴν πάνσεπτον μονὴν τῶν αγιων καὶ πανευφημων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου. τῆς ἔνδον κάστρου τάραντος. ὑπερ λύτρου καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν ἡμῶν. ἅμα καὶ τῶν προκοιμηθέντων γονέων ἡμῶν· τοῦ υιυαρίου τὸ ἥμισυ τὸ ὄν καὶ διακείμενον. πλησιον τοῦ υιυαρίου τοῦ πρωτοπαπα κουρτίκη καθῶς ἐστιν αποκεχωρισμενον ἀπὸ τῆς λίμνης. μέχρι τῆς μεγάλης θαλασσης. εἰσὶν δὲ τὰ σύνορα αὐτῶ οὕτως· ἐπι μὲν τὸ μέρος τῆς ἀνατολῆς καὶ δύσης αἱ δύο θάλασσαι· ἐπι δὲ ἄρκτου. τὸ υιυάριον τοῦ κουρτίκη τοῦ προρηθέντος πρωτοπαπα. καὶ ἐπι μεσημυρίας. ἕτερον υιυάριον ιωάννου υἱου ὑρσολέοντος· εἰς τὸ εἶναι τὸ αὐτὸ υιυάριον ἀπὸ τῆς παρούσης ἡμερας καὶ ὥρας ἀφιερωμενον καθῶς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται εἰς τὸν πάνσεπτον ναὸν τῆς μονῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων πετρου καὶ παυλου εἰς τὸ ἀπὸ τοῦ παρόντος ἔχειν ἐπεξουσίως ἡ αὐτὴ μονὴ εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας καὶ διηνεκεῖς χρόνους: ἐὰν δε νουληθῶμεν ἡμεῖς οἱ προγραφέντες λέων καὶ χριστοφορος καὶ καλοκυρος ποτε καιρῶ ἡ χρωνω. ἤ τις τῶν ἐμῶν κληρονόμων καὶ διαδοχων. ἀνατρέψαι τὴν τοιαύτην ἀφιέρωσιν ἐν πρώτοις ἐσόμεθα καταδεδικασμένοι παρὰ πατρος

† Signum manus Leonis Aechmaloti filii Iannetzae.
† Signum manus Christophori.
† Signum manus Calocyri.
† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Leo Aechmalotus una cum duobus filiis meis Christophoro et Calocyro germanis fratribus clericis, qui honorandas ac vivificas cruces propria manu exaravimus, spontanea nostra voluntate, et propria deliberatione, neque ex alicuius unquam coactione, vel vi, vel dolo, absque omni facti ignorantia et contentione, sed, sicut suprascriptum fuit, propria nostra sententia, offerimus venerabili monasterio sanctorum, omnique praedicatione dignorum Apostolorum Petri et Pauli, quod situm est intus civitatem Tarenti, pro redemptione ac remissione peccatorum nostrorum, et insimul praemortuorum parentum nostrorum, dimidium vivarii, quod extat et positum est iuxta vivarium protopapae Curticis, sicut est seiunctum a lacu usque ad magnum mare. Sunt autem fines ipsius huiusmodi: a parte quidem orientis et occasus duo maria; a septentrione vivarium Curticis supradicti protopapae; et a meridie alterum vivarium Ioannis, filii Ursileonis. Ut sit ipsum vivarium a praesenti die et hora oblatum, sicut et superius dictum est, venerabili templo monasterii sanctorum Apostolorum Petri et Pauli; ut a praesenti ipsum monasterium in sua potestate habeat in omne posterum et perpetuum tempus (*praedictum vivarii dimidium*). Si vero voluerimus nos antedicti Leo et Christophorus et Calocyrus aliqua occasione vel tempore, vel aliquis ex meis heredibus et successoribus, talem oblationem subvertere, primum erimus condemnati a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et a domina nostra et sancta Dei Genitrice,

και υιου και αγιου πνευματος· καὶ παρὰ τῆς δεσποίνης ημων καὶ αγίας Θεοτόκου. καὶ παρὰ τῶν ἁγίων τριακοσιων δεκαοκτῶ αγιων πατρῶν. ἔξειν δὲ καὶ ἀντιδίκους ἐν ημέρα κρίσεως τοὺς αγιους ἀποστόλους καὶ τὴν κατάκρισιν ἰουδα τοῦ ἰσκαριωτου· δίδειν δὲ καὶ εἰς τὴν υκσιλικὴν σάκελλαν χρυσου νομίσματα λς' διὰ τὸ αὐτὸ προονομασθὲν ἥμισυ υιυάριον τὸν ελαχῶτα τοῦ μέρους ὅπερ ἐμερήσαμεν μετὰ τοὺς εγκληρονόμους μου, εκ τῶν πραγμάτων αυουλου ἰωάννου εἰς τὴν προρηθεῖσαν ἐυαγεστάτην μονὴν κατὰ παρουσίαν ἀξιοπιστων μαρτυρων επι της υασιλειας υασιλειου και κωνσταντινου μεγαλων υασιλεων ημων καὶ αὐτοκρατορων καὶ πρὸς ἀσφαλειαν ἡμῶν εποιήσαμεν τὴν παρούσαν και παρ ημων γειναμένην ἀφιερωσιν. γραφεν δια χειρος γρηγοριου κατεπιτρόπου κορτίκη πρωτοπαπα ταυουλαριου καστρου τάραντος μηνὶ απρηλιω ινδικτιωνος Θ'. ετους ϛυπθ'.

† Ἐγω αρτικος πρωτοπαπα παρευρεθεις επι την τοιαυτην αφιερωσιν καὶ αναγιους μαρτυρ υπέγραψα ἰδιοχειρός.

† σήγιον στεφανου υιοῦ ἰωαννου ιερεως μαρτυρ ειπεγραψα ηδιοχειρί.

† υωαντης υος ουρσηλεοντος μαρτυρον υπεγραψα υδηοχηρος.

† Κωνσταντίνος ἐλεει Θεοῦ πρεσυυτερος μαρτυρ υπεγραψα ιδιωχειρος.

† ιωαννης ελεη Θεοῦ πρεσυυτερος μαρτοις υπεγραψάν ιδιοχειρος.

† ἀρεσκῆς κληριξ μαρτυρ ὑπέγραψα ἰδιοχειρος.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.° 2.)

et a trecentis decem et octo sanctis Patribus; et habeamus etiam adversarios in die iudicii sanctos Apostolos, et condemnationem Iudae Iscariotae: nec non dare debeamus Imperiali Camerae sex et triginta aurea numismata ob praedictum vivarii dimidium, quod obtigit antedicto venerabili monasterio ex parte bonorum avi Ioannis, quam divisimus cum meis coheredibus, praesentibus fide dignis testibus, imperantibus Basilio et Constantino magnis imperatoribus nostris et autocratoribus; et pro securitate nostra condidimus praesentis et a nobis factae oblationis instrumentum. Scriptum manu Gregorii procuratoris Corticis protopapae tabularii civitatis Tarenti, mense aprili, indictione IX, anno 6489.

† Ego Articus protopapa qui interfui huic donationi, et cognitus testis propria manu subscripsi.

† Signum Stephani filii Ioannis presbyteri testis propria manu subscripsi.

† Ioannes filius Ursileonis testis subscripsi propria manu.

† Constantinus divina misericordia presbyter testis propria manu subscripsi.

† Ioannes divina misericordia presbyter testis propria manu subscripsi.

† Aresces Clericus testis propria manu subscripsi.

IX.

984 — Mense Ianuario — Indict. XII.

Munsurus, Nicolaus et Ioannes partiuntur cum Simeone monasterii S. Petri praeposito vivarium, cuius dimidium a Domnella moniali fuerat eidem monasterio donatum.

† σειγνον χειρος νηκολάου μοῦνσουρι.

† σείγνον χειρος ιωαννου υιου μοῦνσουρι.

† σείγνον χειρος νηκολάου γαμυρος μοῦνσουρι. ἀμφωτεροι οἰκειτωρες καὶ κληρῶνώμοι κάστρου τερεντοῦ. Εν ονοματι του πατρος και του υιου καὶ τοῦ αγιου πνέυματος. ἡμῆς οἱ πρῶἀνἀφερωμενοι· ὁ τε μουνσουρις, καὶ ιωαννης, καὶ νηκωλαος, οἱ τοὺς τημήρους, καὶ ζῶὀπιοὺς σταυροῦς ἑδήα χειρὴ πήπηξαντες. τὴν παρουσαν ἔγγραφην σὶνυειυαστηκὴν ἀσφάληα. ἀλλήλεγνῶς καὶ τελήαν ἀπο-

† Signum manus Nicolai Munsuri,

† Signum manus Ioannis filii Munsuri.

† Signum manus Nicolai generi Munsuri, amborum inhabitantium et heredum in civitate Tarenti. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos praedicti Munsurus, et Ioannes, et Nicolaus, propria manu exarantes venerabiles ac vivificas cruces, praesentem scripturam securitatis inter nos initam et perfectam partitionem conficimus a praesenti die et hora cum Si-

κῶπην φενὼμεθα ποιῶντες ἀπο τὴν σήμερον ἡμερας καὶ ὥρας. μετὰ συμεῶν τοῦ θεῶφεῖλεστάτου οἰγουμένου μῶνεὶς τοῦ ἀποστῶλου πετρου. ὕπερ τὸ καθίμησοι ἡγοῦν τοῦ υειυαρηου τὸ ἅπερ καὶ ἦν πρῶὰφεὶερῶσασα ἡ μοναχεῖ δωμνέλλα ἧς τον πανσεπτὸν ναῶν μονῆς. τοῦ κῶριφαῖου πετρου· τὸ καὶ ἐκλειρωνόμησεν ἡ αὐτὴ μοναχὴ δωμνέλλα ἐκ τοῦ μακαριῶτάτου μερκουριου τοῦ θειου ἡμῶν. τοῦ μη ἔχην ἡμᾶς τους πρωγραφεντας ἐξουσία ποτε κερῶ ἢ χρόνω ποιήσε ἐκκλησην ἡ τε ἀγωγην ζητῶν τὴν οἷἂν οὖν· ὑπερ τὸ ὕμησοι τοῦ αὐτοῦ προριθέντος καὶ πρῶγραφεντος υῆυαριου· Ἰ δὲ πολλάκης φῶραθωμεν ἡμὴς ὗ προανάφερωμενοι ἀνάτρέψε τὴν παροῦσαν καὶ τελήαν ἡμῶν συμυειυασην. ποτε καὶρῶ ἢ χρῶνω. καθ οἰμῶν ηγοῦν τὸ θεῶφεῖλεστάτο ἡγουμένω. τὸ κυρῶ συμεῶν ἢ κατα της μονὴς τῶ κῶρυφέω πέτρω. ἵνα πρῶ μὲν πάντων ἐσμὲν καὶ κατήραμένοι. παρᾶ πατρος υιου καὶ ἁγίου πνευματος. καὶ ὲς παραυατε των τημιων καὶ ζωὸποιῶν σταυρῶν. ἦν περ καὶ τη ἡμῶν υουλεῖ· καὶ ἡδήα γνωμη ἰδιαῖς χερσην ἐποιήσαμεν· ὁσωντος ὁμῶλῶγουμὲν ἵνα ποτε καὶρω ὀφειλη τής τὸν εμῶν κληρῶνωμων. Ἰ δῆἀδόχων ἢ κατηῶντων ἢ τε τὸν ἐναῖτερωόντον· ἢ ὑπουλημέος τής. ἡ τε τοῦ παρανέμου ἰοὗ δήποται τρῶπο. ζητόν, ἢ ἐνεγκαλῶν. καὶ οὗ δηἐγδηκήσωμεν καὶ δηᾶφειδεύσωμεν ὗπερ τὸ ὕμησοι τοῦ υηυαριου. συμεῶν τὸ ριθεντα ηγουμενον ἡγοιν καὶ την τοιαὕτην μονην, ἥνα ζημηρύμεθα εἰς τὸν δημωσιον νῶμήσματα τρὴᾶκωντα ἕξ. ἀπόλλη ημας καὶ το ὕμηση τοῦ αυτοῦ πρόνῶμασθεντος υειυαρίου· δηὰ τὸ οὕτος ἀρεσθειναι καὶ σῦνυειυασθήναι ἡμὰς. κατὰ παρουσία τῶν παρευρέθεντων μαρτύρων. ἐγράφη ἡ τοιαὕτὴ συμυείυασης δηα χειρὸς κουρτήκη πρωτοπαπᾶ καὶ ταυουλαρίου κάστρου τερεντοῦ. μηνεῖ ἰαινουάρίω ἰνδικτιῶνος δῶδεκάτης ἔτους ϛυιϛ'.

† ιηκητεις μαρτηρον υπεγραψα υδηοχηρος.

† στεφανος πρεσυυτερος μαρτυρ υπεγραψα ηδια χειρη.

† σίγνον χειρος γεωργίου ἐκ πρωσωπου τερεντος παρεὑρεθεντος ἐπῆ τη τοιαυτη συνυηυάση τον μεν τήμηον σταυρον ἐποίησα ἡδία χειρι το δε ὕφος δια χειρος του γραφοιτος.

† λεων ελεὲι θεοῦ πρεσυυτερος παρευρεθεις εις την τοιαυτην σιμυιυασιν υπεγραψα μαρτυρ.

† Κοισταντίνος ἐλεει θεοῦ πρεσυυτέρος παρευρεθεις εις την τιαυτην σιμυιυασιν υπεγραψα μαρτυρ.

† σιγνον χειρος καλοκυρου κλιρηκου μαρτυρος.

† σιγνον χειρος λεοντος υιος καλοκυρου κτειτωρος της ταραιτος παρευρεθεις επι την τοιαυτην ἀσφαλειαν

meone piissimo praeposito monasterii Apostoli Petri, de medietate videlicet vivarii, quam monialis Domnella obtulerat venerabili templo monasterii principis (*Apostolorum*) Petri, et quam ipsa monialis Domnella a beatissimo Mercurio avunculo nostro in hereditatem acceperat: ut nos antescripti nunquam facultatem habeamus occasione vel tempore aliquo revocandi, vel qualemcumque abductionem quaerendi de medietate ipsius antedicti et suprascripti vivarii. Si vero saepe deprehensi fuerimus nos supradicti subvertentes praesentem et perfectam nostram conventionem, occasione vel tempore aliquo, ex nostra videlicet parte adversus piissimum praepositum, aut ex parte monasterii adversus Petrum (*Apostolorum*) principem, primum omnium maledicti simus a Patre, Filio et Spiritu Sancto, utpote qui venerandas ac vivificas cruces violaverimus, quas nostra voluntate et proprio consilio propriis manibus fecimus. Item declaramus ut si qua occasione quis e meis heredibus vel successoribus vel posteris vel extraneis vel suppositis, illicita quavis ratione, litem intenderit vel in iudicium vocaverit, et nos non defenderimus et protexerimus de medietate vivarii praedictum Simeonem praepositum ipsumque monasterium, mulctemur Publico Aerario sex et triginta numismatis, amittamus et medietatem eiusdem antedicti vivarii, cum ita nobis placuerit pactumque inter nos fuerit. Coram testibus qui forte interfuerunt scripta est haec conventio manu Curticis protopapae et tabularii civitatis Tarenti, mense ianuario, indictione XII, anno 6492.

† Nicetes testis subscripsi propria manu.

† Stephanus presbyter testis subscripsi propria manu.

† Signum manus Georgii, qui personaliter Tarenti interfui supradictae conventioni, venerandam quidem feci crucem propria manu, textum autem (*scripturae*) per notarium.

† Leo divina misericordia, qui supradictae conventioni interfui, subscripsi testis.

† Constantinus divina misericordia presbyter, qui huic conventioni interfui, subscripsi testis.

† Signum manus Calocyri clerici testis.

† Signum manus Leonis filii Calocyri municipis Tarenti, qui supradicto securitatis instrumento interfui, venerandam quidem feci crucem propria manu, textum autem (*scripturae*) per notarium.

τῶν μὲν τημιεν σταυρον ἐποίησα ἰδία χειρι το δι ὕφος
δια χειρος του γραφοντος.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.° 3.)

X.

(999) — Mense Novembri — Indict. XIII.

Gregorius Imperialis Protospatharius et Catapanus Italiae Trachaniotes donat monasterium S. Petri Christophoro Spatharocandidato pro rebus ab eo strenue gestis adversus Agarenos, ut ipse eiusque filius Theophilus hac donatione, donec in vivis agant, perfruantur, et monasterium exornandum curent.

Σιγίλλειον γενόμενον παρὰ γρηγορίου. βασιλικοῦ πρωτοσπαθαρίου καὶ κατεπάνω ἰταλίας τοῦ τραχανιώτου· καὶ ἐπιδοθὲν ἡμὶν· χριστοφόρω· σπαθαροκανδιδάτω· τὸ καλουμένω βοχομάκη: μηνὶ νοεμβρίω· ἰνδικτηῶνος, τρεῖσκαὶδεκάτης.

† ἐπειδήπερ· εὕρωμεν· σὲ τὸν εἰριμένον χριστοφόρον· πιστὸν· καὶ εὐγιόμονα δούλον τοῦ βασιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου· καὶ ἡμῶν· καὶ εἰς τᾶς δουλείας τῆς ἁγίας αὐτοῦ βασιλείας ὑπεράγονιζομένου καὶ... πολεμῶν τοὺς ἀθλείους ἀγαρηνοῦς· καὶ πολλᾶς καινοτομείας· καὶ ζημίας ὑποστάντα· καὶ μέχρη θανάτου σεαυτὸν πρωνηύμενον... ἡμεῖς υλέποντά σοι τοιούτον ἶναι ἱκανὸν κατὰ πάντα· δεδωκαμεν εἰς ἀνταμιψιαν... μοναστήριον τὸν ἅγιον πέτρον· καθῶς ἐστὶν ἐξ ολοκλήρου μετὰ καὶ τοὺς εξκουσάτους αὐτοῦ· καὶ τῶν τριῶν πλυαριων καὶ τα υιυαρια τοῦ κατέχειν· καὶ δεσπόζην αυτω μέχρη τέλους ζωῆς σοῦ τὲ χριστοφόρου καὶ θεοφίλου μοναχοῦ· τοῦ σοῦ γνησιοῦ· ἡοῦ, καὶ περὶποιήσαι· καὶ καλλιέργῆς αὐτῶ· καὶ ἔχης αὐτῶ εἰς διοίκησιν· καὶ χρείαν ἡμῶν ἀπερικόπως· γράψωμεν δὲ καὶ πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέαν περὶ τούτους ὅπως τὴν παράδοσιν τοῦ τοιούτου μοναστηρίου δέξαι τημείωνα χρισουύλλειαν, ἵνα υλέποντες καὶ ἕτεροι· τὸ ὁμόωζήλω· πρωπορεύονται, καὶ εἰς τᾶς δουλείας τῆς ἁγίας αὐτοῦ βασιλείας ὑπεραγονίζονται. Ὅθεν εἰς περὶσσωτέραν πίστωσιν καὶ ἀσφάλειαν τῶν ἐντιγχανόντων, τὸ παρὸν ἡμῶν σιγίλλειον υουλόσαντες διὰ μολύυδου βούλη τῶ ἰδίω υουλοτηρίω· καὶ τῆ οἰκεία χειρὶ ὑπογράψαντες ἐπιδέδωμεθα μηνὶ καὶ ἰνδικτηῶνη τῆ προγραμμένη.

† γριγωριος πρωτοσπαθαριος και κατεπανος ηταλιας ο τραχανηωτης.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.° 4.)

Sigillum factum a Gregorio Imperiali Protospathario et Catapano Italiae, Trachaniote, et datum vobis Christophoro Spatharocandidato, vocato Bochomace, mense novembri, indictione decimatertia.

Quandoquidem invenerimus te dictum Christophorum fidelem et probum servum sancti nostri Imperatoris et nostrum, quippe qui pro sancto eius Imperio decertaveris, et.... pugnaveris adversus aerumnosos Agarenos, multasque rerum novarum molitiones et damna sustinueris, et mortis discrimen adieris,... nos, videntes te talem esse ad omnia aptum, dedimus in remunerationem.... monasterium sancti Petri, prout est ex integro, cum excusatis, et tribus naviculis, et vivariis ipsius; ut illud possideas atque inibi domineris usque in finem vitae tui ipsius Christophori et Teophili monachi, tui filii legitimi, illudque tuearis, et pulcre ornes, atque administres, eoque sine molestia utaris. Scribemus autem et ad potentem et sanctum nostrum Imperatorem de his, ut donatio huiusmodi monasterii recipiat honorandam auream bullam, ut et ceteri videntes (*hanc remunerationem*) pari antecellant alacritate, et strenue in famulatum sancti eius imperii decertent. Unde ad pleniorem fidem et securitatem legentium, praesens nostrum sigillum cum bulla plumbea bullatum proprio bulloterio, et propria manu subscriptum, dedimus, mense et indictione suprascripta.

† Gregorius Protospatharius et Catapanus Italiae, Trachaniotes.

XI.

(999) — Mense Decembri — Indict. XIII — Asculi.

Gregorius Protospatharius Imperialis, adstantibus sibi in consilium Trifilio Imperiali Topoterite et quibusdam Turmarchis atque Iudicibus, lata sententia, vindicat monasterio S. Benedicti quamdam in oppido Asculi domum.

Praeceptum gregorii Imperialjs protospatharii de domo in asculo.

Secundum decembri mensis; tertiadecima indictione agentem, inveniente nos in civitate asculensis, astantes nobis trifilius imperiali topoterti, et leo turmarcha. filio romualdi; et argyro turmarcha; musandi et maraldi judices, hos predictos de civitate bari; et rossemannus de civitate asculo; et petrus de civitate benusia. Compellatio fecit ademari prepositus de monasterio Sancti Benedicti, quod situm est in montem casinum super iohanne nepti abellari de civitate asculo dicentem; ut haberet una casa laborata super et subter pertinentiis ejusdem venerabili loci Sancti Benedicti intus civitatem asculo pro quo habemus in ecclesia receptionis ejusdem cenobii. et quod fuit in prepositum ab ipso prenominato monasterio ordinatus annis plurimis quemdam muscatus nomine; et vendidit is dicta casa super et subter quomodo est fabricata ad accepta nepote sua. Accepit ab ea libre argenti duas sicut scriptum emptionis ejus contjnet, quem his dictus muscatus ipsius firmatum habuit. et non emat antjre in prefato loco. Et ipsa predicta monacha iterum vendidit ipsa predicta casa ad supernominatus ioanni nepote belari in solidos XV. Continet ita quae subtiliter et ipsa cartula comparationis prenominati muscati quod ad ipsa. accepta abuit facta. ut propter inopia maxima ubi cecidit ipso prefato monasterio pertinentiis Sancti Benedicti; propter hoc illam venumdamus nos itaque facientes legere ipsa cartula; et sic de ea cognoscentes veritatem; ut ipsa predicta casa pertinentia esseret prefati loci venerabilj et absque legem hec venundasset. his dictus muscatus atque proprietatis causa venundasset illa ad his dicta nepote sua; abstulimus eam odie a iohanne nepote belari. Et tradidimus ipsa ad aldemarium prepositum Sancti Benedicti; Confirmantes nos ipsa; ad sancta dei ecclesia. ad tenendam illam et dominandam absque contrarietate cujusque sicutj proprium fuit de ipsa sancta ecclesia. et quod proprietatj causa venundasset ipsam his dictus muscatus ad accepta nepote sua. secundum antio legis ita est ut ecclesie cause nemo audeat vendere pro nulljs modis minuandi eorum cause; Maxime cum nec aliquid antire in ipso prefato monasterio admisisset ipse predictus muscatus ut secundum legem hec faceret. sed ista prefata securitate; emisimus. Ego gregorius imperiali protospatharius et catepano Italje trachaniotj; Et pro firmissima credulitate bullavimus illam tibi cum bulla plumbea cum proprio nostro bullotjrio, et propriis meis manibus subnexi. Mense et indictione supra nominata.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXVI, n.° 140.)

XII.

1000 — Mense Februario — Indict. XIII.

Gregorius Protospatharius Imperialis possessionem praediorum in civitate Lesinae prope flumen Lauri, in civitatibus Asculi, Canusii et Minervii, et in agro Tranensi, coenobio Casinensi confirmat.

Κατα τῶν Φεβρουάριον μήνα, τῆς ἐνεστωμένης τρισκαιδεκάτης ἰνδικτιωνος, ἐν ἔτι ϛφη', ἔγκλησην ἐποιήσατο προς ἡμᾶς. μαύρος πρεσβύτερος, ὁ καὶ οἰκονόμος μονῆς τοῦ ἁγιοῦ βενεδίττου του μοῦντε κασσίνου του

† Secundum februarii mensis cum tertiadecima indictione. Anni sex milia quingentos octo. Compellatio fecit nobis maurus monachus ex monasterio sancti benedicti de monte casinum juxta Capuanam urbem,

κάτα κάπουης; λέγον οὗτος, ὁς ὁτι εἰς διάφορα κάστρα τα ὑπο του θέματος ἰταλίας κατέχει· καὶ δεσπόζη· ἔκ παλαι τον χρονον, ἡ εἰριμένη ἡμῶν μονὴ ὁ ἅγιος υενεδίττος, καὶ κατακρατοῦσην ἀυτὰ τυραννικῆ χειρὶ διάφορα πρόσωπα; ἐν ὦ καὶ χαρτόις δικεομάτον ἐνὸς ἑκαστου ἡμὴν ὑπεδίκνοιεν, ὅπερ καὶ αποστείλαντες, πέτρον κόμιτα κόρτης τῆς τάξεος ἡμῶν, εἰς το κάστρον λύσινα, ἐν ὦ κατύχει ἔξοθεν της πόρτης, ἡ ειριμένη μονὴ ναὸν τῶν ἅγιων υενεδίττον, συν καὶ της διακρατίσεως αὐτοῦ· καὶ του καταλοίματος οσπιτίου ἔσοθεν του αὐτοῦ κάστρου λυσίνων· καὶ ἐριμάμπελα καὶ χωραφιαίους τόπους: ὁμοίως καὶ εἰς τὸν ποταμῶν τον καλοῦμενον λάυρην, το υιυάριον ἐν ὦ ἐκήσαι εἴσταται, ἄλλα καὶ τὸ ἕτερον υιυάριον τὸ λεγόμενον του ἁγίου υενεδίττου. και ὑπο την διακράτισην τοῦ κάστρου ἀσκοῦλον εἰς το χωρίον το καλοῦμενον λαννιάνον περιαύλοια χωραφιέοι τόποι, καὶ πιγάδιον, καὶ εἰς τὸν τόπον τῆς μαλσάνας ἕτερα περιαύλια χωραφιάοι τόποι· καὶ εἰς τὸν τόπον τὸν λεγόμενον τοῦ ἁγίου ιωαννου, το ροῦττα, περιαύλια χωραφιάοι τοποι· και εἰς τὸν τόπον του ἁγίου δεκουριτζίου χωραφιάοι τόποι· καὶ ἔσοθεν τοῦ κάστρου ἀσκοῦλον, ανωγω κατόγεων ἤκοιμα, ὅπερ καὶ ἀπεχαρίσατο εἰς την ειριμένην μονὴν του ἁγίου υενεδίττου ὁ μοσχάτος, ὁ του ρότρου, ὁ ἀσκουλίτης, ὑπερ ψυχηκῆς αὐτοῦ σωτηρίας; ὁμοίος καὶ εἰς το κάστρον καινοῦσιον, εἰς το παλαιό καστρον πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος εὐφημίας· ναὸν των ἅγιων υενεδίττον; καὶ ὑδρόμυλον, καὶ χωραφιέους τοπους· καὶ εἰς τὴν διακράτισην του κάστρου, μενρυίνου σπίλεον καὶ ἐκκλησίαν, τον ἅγιων σόστην· καὶ χωραφιαίους τοπους; καὶ ὑπο του κάστρου τράνας, εἰς το χωρίων ἄνδρας ερημάμπελα ἔχων καὶ ἐλαιὰς δενδρι κε', καὶ εἰς το ρυάκην τὸ καλοῦμενον των καλεγήρον, χωραφιέους τόπους; διὰ τοῦτο, καὶ ος ταῦτα πάντα, ἀκριυὸς καὶ ναμίμος ἐρευνίσαντες, καὶ εὑρόντες ὅτι ἔκ παλαι τῶν χρόνων, τῆς ριθείσης μωνῆς του ἁγίου υενεδιττου κατακρατοῦντε· καὶ δεσπόζωντε. καὶ ἑνὸς εκάστου ἔγγραφον δικέομα ἡ τοιαῦτη μωνὴ κατέχη· καὶ ὅτι δυνάτῆ χειρὶ εφευρότες σήμερον, ὅτι κατεκρατοῦσαν ἀυτὰ· διά τοῦτο καὶ ανελαυομεθα, από τὸν τοιοῦτων προσώπον και ἐπαρεδώκαμεν προς την τοιαύτην μωνὴν· του κατέχην καὶ δεσπόζην ταῦτα πάντα, κατα την ἐξαρχῆς αὐτὸν διακράτισην καὶ δεσποτίαν, καὶ την δύναμην τῶν χαρτόων δικαιομάτον αὐτων. ὅθεν πρὸς περισσοτέραν πίστοσην, καὶ υευίαν ἀσφάλιαν τῶν ἐντυγχανόντον, τὸ παρὸν ὑπόμνημα ἐμοῦ γριγορίου υασιλικου

dicendum, ut a plures homines et civitates que sunt pertinentiis italie predicto monasterio hereditates habet, et per veteres annos dominavit. his dictus monasterius. et modo tenunt illas plures. homines injuste et per vim unde et per singulos quosque cartulas nobis monstravit. Quam et direxit de presentiis nostris petrum komis curti. dignitati nostre. In civitate ljsina. ut a portas civitatis a foras ubicumque dominium abuit, his dicto templo sancti benedicti. Cum quanto dominio illuc abet. et de intus ipsa civitate casas dirutas et vineas desertas. et territorie. et in flumine qui nominatur lauri ipsa piscara que ibi abuit, et alia piscara qui nominatur sancti benedicti. Et in pertinentiis de Civitate asculo in villam que cognominatur lanniano Clausurie territorie putea. Et in locum qui dicitur melessecna clausurie et territorie et putea. Et in locum qui dicitur Sancti iohanni in ruliana clausurie et territorie. et in locum qui dicitur sancto decurentio terrjtorie. et intus ipsa civitate asculo casa solariata que ante hos annos donatam abuit muscatus filio rotari in ipso prefato monasterio pro redemptionis anime sue. Similiter et in civitate Canusia in ipsa civitate que veterem videtur esse juxta ecclesiam beate eufimie martjrjs templum beati benedicti. Et molinum da aqua. et territorie. et in pertinentiis de civitate minervine speluncam ubi est ecclesiam sancti salvatoris et territorie; et in civitate tranensis. et in villam que est de civitate ipsa que cognominatur andre. vinee deserte et olivetalie biginti septem. et in ipso rivo qui vocatur de ipso monacho territorie; probterea hec omnia subtiliter nos perquirentes et per legem. invenimus quod antiqua esset dominatio prefati monasterii. et pro unaquaque dominatio cartula ostendebat. et ut dixi qui ipsas res possidebant per vim ipsas tenebant pro inde astulimus ab ibsis et tradidimus ipsas ad ipso prefato monasterio. ut dominet hec omnia sicut ab antiquitus dominavit. et secundum textum ipsius cartule. Et pro securitate. et veritati textum kartule hujus. A me gregori imperiali protospathari et katepano italie trachanioti hunc nostrum emisimus judicatum bullantes eum cum bulla nostra plumbea quam et manibus nostris no subscribsimus et rescrivere illum fecimus pro hopus sancti monasterii latinum in meuse et indictione supranominata.

πρωτοσπαθαριου καὶ κατεπάνω ἰταλιας του τραχανιότου. υουλλόσαντες διαμολύυδου υουλλι το ἰδιο υουλλοτηριο, καὶ τη εἰκεία μου χειρὶ καθυπογράψας, καὶ ερμηνέψαντες ἀυτό κάτοθεν λατήνα, εἰς δικέσσην την πολλάχὸς ριθείσαν μονὴν ἐπεδώκαμεν μηνι και ινδικτιωνι τη πρωγεγραμμενη.

† ἐγω γριγωριος πρωτοσπάθαριος και κατεπανω ηταλιας ο τραχανηωτης.

(Ex originali membrana bilingui Archivi Casinensis — n.° 5.)

EIUSDEM RECENS VERSIO

Februarii mense, instante decimatertia indictione, anno 6508, querelam fecit coram nobis Maurus praepositus et oeconomus monasterii S. Benedicti Montis Casini prope Capuam, dicens quod dictum nostrum monasterium S. Benedicti ab antiquis usque temporibus habeat in diversis civitatibus thematis Italiae (*possessiones*) earumque sit dominus, et ipsas detineant tyrannica manu nonnulli homines; et insimul chartulas instrumentorum pro unaquaque nobis ostendit. Quamobrem misimus Petrum Comitem Cortis ordinis nostri in civitatem Lesinae, in qua dictum monasterium possidebat extra portam templum S. Benedicti cum eius pertinentiis, et hospitali diversorio intus eamdem civitatem Lesinae, et vineas desertas et praedia: similiter et ad flumen, quod vocatur Lauri, vivarium unum quod inibi extat, sed et alterum vivarium quod nominatur S. Benedicti: et in pertinentiis civitatis Asculi, in agro qui vocatur Lannianus, septa, praedia et puteum: et in loco Malsanae alia septa (*et*) praedia: et in loco dicto S. Ioannis de Rutta septa (*et*) praedia: et in loco S. Decurrentii praedia: et intus civitatem Asculi domum cum aedibus superioribus et inferioribus, quam Moscatus, filius Rotri Asculanus, pro spirituali salute ipsius dicto monasterio S. Benedicti donavit: similiter et in civitate Canusii, in Castro veteri, iuxta templum magnae martyris S. Euphemiae, ecclesiam S. Benedicti, et molendinum aquarium, et praedia: et in pertinentiis civitatis Minervii speluncam et ecclesiam S. Salvatoris, et praedia: et apud civitatem Tranensem, in agro Andrae, vineas desertas habentes arbores olivarum quinque et viginti: et ad rivum nominatum Calogerorum praedia. Propterea haec omnia diligenter et ex lege investigantes, et invenientes quod ab antiquis usque temporibus a dicto S. Benedicti monasterio (*ea*) possidentur, ac in eius sunt potestate, et pro unoquoque (*praedio*) scriptum instrumentum idem monasterium habet, et insuper deprehendentes quod praepotenti manu ea nunc detineantur, idcirco ipsis detentoribus abstulimus, et praedicto monasterio reddidimus, ut habeat et possideat haec omnia, sicut ab initio possedit et tenuit et ex vi instrumentorum. Unde ad pleniorem fidem et firmam securitatem legentium, praesens monumentum mei Gregorii Imperialis Protospatharii et Catapani Italiae, Trachaniotae, bullatum plumbea bulla, proprio bulloterio, et propria mea manu subscriptum, et latina donatum interpretatione, quae inferius legitur, in iustificationem saepius nominato monasterio concessimus, mense et indictione suprascriptis.

† Ego Gregorius Protospatharius et Catapanus Italiae, Trachaniotes.

XIII.

1005 — Mense Aprili 15 — Indict. (III).

Constantinus presbyter ecclesiae S. Nicolai Theodoro Cenapiari filio praedium infra monasterium S. Nicolai trans torrentem situm vendit tarenis aureis duobus.

† σηγνο χηρος Κοσταντινος πρεσβητερος του αγηου νικολαου.

Εν ονόματι τοῦ πατρος, καὶ του υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος, ο προγεγραμμένος Κονσταντινος πρεσβυτερος ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιον σταυρον ἰδιοχειρος ποιήσας σὺν τῶ οἰκεῖω μου ὀνόματι, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον ἁπλὴν τε καὶ ἄδολον, υευαῖαν τε καὶ τελεῖαν διάπρασιν ποιοῦμαι, εἰς ἡμὰς Θεοδωρον τοῦ κηγαπιᾶριν, δι ἧστε ὁμολόγησα καὶ ὁμολογῶ πεπρακκαῖνε αὐτό ἀπεντεῦθεν ηδει τό χωράφιον τό ὄντα καὶ διακείμενον ἐπὶκατωθεν τῆς μονῆς, τοῦ ἁγίου νικολαου πέραν τοῦ χειμάρρου τοῦ ἐξερχοντος ἴσα τῆς αὐτὴς, μονὴς, εις χρεισοθαρίκ δύο, τό ἅπερ καὶ ἔχω ἀγωρασμενον ὑπο τοῦ δωρωθέου του υωρωνήτου ἐστιν δὲ ὁ περιόρισμός τοῦ ἀυτοῦ, χωραφιου, κατὰ μὲν, ἀνατολὰς, τό ρυακην τον καταυαίνοντα ἕως τοῦ προειρημένου χειμάρρου, κατα δε δυσμᾶς ἡ ὁδός η καταυαίνουσα, ἕως τοῦ αὐτοῦ χειμάρρου· κατα δὲ ἄρκτρον ο προγραφης χείμαρρος, καὶ κατα μεσυμυρίαν εἰς τὴν κωρυφὴν τοῦ χωραφιου ὁ σήκιος· πέπρακα δὲ αυτο το χωραφιον του προειρήμένου Θεοδώρου εἰς τάρία δύο σιν ἡμερωδένδρων, καὶ ἀγριωδένδρων, καὶ πάσης εἰσόδου καὶ ἐξόδου, οἰκεία μου βουλὴ, καὶ ἰδία τὴ προαιρέσει, καὶ οὐκ εκ τινος ἀνάγκεις, ἡ υίας, ἢ δόλου, ἡ χλεύης ἡ..... ἢ ἐκ στρατιωτικὴς δουλεῖας, ἢ τοῖς οἶας..... τοῦ ἔχειν αὐτον ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τὸ διήνεκὲς, πουλεῦν, χαρίζειν, καὶ εἰς ἰδίους κληρονομους διαδιδῶναι εἰ δὲ ποτὲ καιρῶ, η χρονο φωραθὴ τι κατα τῶν ἡμῶν σινκληρονόμων..... γραφὲν δια χειρὸς νικητα..... μηνὶ ἀπριλιου ιε' ἔτους ϛφιγ' παρουσια . . . . αξιοπίστων μαρτυρων † ιψαντος μαρτυρ υπεγραψα ἰδια χειρι † Κωνσταντινος τρυλλης μαρτυρ υπεγραψα τὸν τίμιον σταυρον.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 1.)

† Signum manus Constantini presbyteri sancti Nicolai.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Constantinus presbyter, qui venerandam ac vivificam crucem propria manu exaravi, simul cum proprio meo nomine, hanc scriptam, simplicem, puram, firmam et perfectam venditionem facio tibi Theodoro Cenapiari filio, qua declaravi et declaro vendidisse tibi ipsi iam nunc praedium situm et positum infra monasterium sancti Nicolai trans torrentem praetereuntem idem monasterium, pretio tarenorum aureorum duorum; quod (*praedium*) emi a Dorotheo Boroniti filio. Fines vero eiusdem praedii sunt: ad orientem est rivus qui descendit usque ad praefatum torrentem; ad occidentem via, quae pergit usque ad eundem torrentem; ad septentrionem torrens suprascriptus; et ad meridiem, praedii summitatem versus, Sicnus. Vendidi autem ipsum praedium praedicto Theodoro pretio tarenorum duorum cum arboribus sativis et agrestibus, et omni ingressu et exitu, propria mea voluntate, propriaque deliberatione, et a nemine coactus nec vi, nec dolo, nec fraude, nec..... nec militari servitio, nec qualicumque..... ut possideat ipsum iam nunc et in perpetuum, vendat, donet et suis heredibus tradat. Si vero olim aliqua occasione vel tempore deprehensum fuerit aliquid a meis coheredibus..... Scriptum manu Nicetae.... mense aprili, die 15, anno 6513, coram.... testibus fide dignis.

† Hipsantus testis propria manu subscripsi.

† Constantinus Trulla testis subscripsi venerandam crucem.

XIV.

1011 — Mense Octobri — Indict. X — Salerni.

Basilius Protospatharius et Catapanus Italiae Casinensibus coenobitis eum Salerni commorantem adeuntibus confirmat possessionem hereditatum, quae eorumdem coenobio obvenerant Lesinae, Canusii, Minervii et in aliis Apuliae civitatibus, ac vindicatae fuerant ab iniquis possessoribus auxilio Catapani Gregorii Trachaniotae.

Preceptum basjlii imperjalis protospatharii de possessionibus Sancti benedicti in apulja. et Sancto Benedicto in canusia.

Basiljus protospatharius et catepano italje, de mesardonia. Cum esset me in terram principibus atque in civitate salerno applicatum; venerunt ad me monachi de monte cassenum; de monasterio sancti benedicti. et monstraverunt mihi traditionem de diversis hereditatibus; qui sunt in terram apulie. que ante multos annos in suis tenebat dominibus; predicto monasterio. unde ab ipso anticessori nostro trachanioti catepano; fuerunt liberate ipse hereditates; ab his qui per fortia tenebant eas. et tradidit eas ad partem predictj monasterii. sicut ipsa carta traditionis renuntiat. In quo videntes quia pro justo judicio tradite sunt ipse hereditates ad monasterio; prosecutavimus ipsa lege trachanioti, et firmamus quod bene axit. et precipuit atque tradidit. Sunt enim ipse hereditates posite in civitate ljsena; foris urbis. ecclesiam sancti benedicti cum sua pertjnentja. et vineas desertas et territorie et de intus ipsa civitate casas dirutas. et flumine qui nominatur lauri. ipsa piscara qui ibi abuit. et alia piscara qui nominatur sancti benedicti. Et in pertinentiis de civitate asculo. in billam qui cognominatur lanuano. clausurie territorie putea. et in locum qui dicitur melessecna. clausurie et territorie et putea. et in locum qui dicitur sancti iohannis in ruliana. clausurie et territorie. et in locum qui dicitur sancto decorentio territorie. et intus ipsa civitate asculo casa solariata. que ante hos annos donatam habuit muscatus filius rotri in ipso prephato monasterio. pro redemptionis anime sue. Similiter et in civitate canusa. in ipsa civitate que vetere videtur esse juxta ecclesiam beate euphimie martiris templum beati benedicti. et molinum de aqua. et territorie. et in pertinentiis de civitate minervine speluncam ubi est ecclesiam sancti salvatoris. et territorie et in civitate tranensis in villam que est de ipsa civitate qui cognominatur andre vinee deserte et oljvetalje vigjntjseptem. et in ipso rivo qui vocatur de ipso monacho territorie propterea hec omnia precipimus nos ut teneat et dominet ipso predicto monasterio in incessabile et cotjdiano dominio. a nullo homine impedientj seu retjnentj aljquit et pro securitate et veritatj textum hunc nostri firmamentum propriis nostris manibus subscripsimus quam et cum bulla nostra plumbea signavimus eum et rescribere illum fecimus pro quibus sancti monasterii de greco in latino. et dedimus mense octuber. Indictione decima. Anni ab initjo mundi sex milja quingentos vigjntj.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. L. n.° 112.)

XV.

1015 — Mense Ianuario 12 — Indict. XIII.

Nicon monachus et Ursulus Turmarcha eius filius aliique donant castrum, dictum Petram Coeci, et S. Ananiae monasterium Lucae eiusdem praeposito, et statuunt ut in ipsius castri suburbio seculares possint aedificare, et habeant perfugium adversus Ethnicorum incursiones.

σι†μιον χειρος νικονος μοναχου καὶ τυφλού ὁ επιλεγομενος....

† σιμιον χηρος ουρσουλου τουρμαρχου υιου του νικονος μοναχου.

† σιμειον χηρος νικητου υιου του μακαριωτατου αρχιδιακονος.....

† σιγνον χειρος νικολαου υιου ουρσουλου....

† σιγνον χιρος μιχαηλ υἱὸς του μακαριωτατου παντολεοντος.

† Ἐν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος τῆς τρισύποστατου παντοδυνάμου· θεοτητος μιᾶς εξουσίας καὶ βασιλείας τῆς παναχράντου δεσποίνης ημῶν θεοτοκου καὶ παντων τῶν ἁγίων βασιλευοντων των θεοστερικτων βασιλειων ημῶν υασιλειου καὶ κονσταντινου καὶ σεργίου τοῦ ἁγιωτατου καὶ οἰκουμενικου πατριαρχου. καὶ βασιλειου τοῦ πανευφημου υασιλικοῦ πρωτοσπαθαριου καὶ κατεπανου ἰταλίας του μεσαρδωνίτου· τούτων ἁπάντων ε.... ὁτατον πνευματι μὲν. οὐ σαρκικὸς δε. φενωμεθα ἡμῆς νίκων μοναχος· καὶ ουρσουλος τουρμαρχης ὁ υἱος μου· καὶ οἱ λυποὶ. οἵτηνες καὶ τοὺς τιμίους σταυρους συν τοῖς ὀνόμασιν ἀνωτέρω ὑπεγραψαμεν παραδίδωντες ἐκ τὸν θεὸν καὶ ησε σσαι λουκαν κυβερνητην· καὶ ειγουμενον τοῦ ἁγίου ἀνανίου. ὠπὲρ εστὶν τοὺ κυρ ζαχαρία· ὁς ἱριται ἀφηεροίμεθα τὴν πέτραν τὴν λεγαμένην του τυφλοῦ μετὰ καὶ χωραφίων· ὧν εξ αρχης καὶ ἄνωθεν εδεσπόσαμεν· εκ προγώνον ἡμῶν ἐστὶν δὲ ὁ περίορισμὸς τῶν χωραφίων· ἀπὸ τὸν χήμαρρων τὼν μέγαν τὸν πρὸς δισμὰς τοῦ ριθέντος καστελλίου· καὶ ὡς ανέρχεται τὸν μηκρὸν ρυακίτζιν του ἁγίου πέτρου· καὶ ἀποδίδει εἰς τὸν ἅγιον ἄγγελον· καὶ κωπτη ὁ δρωμος της χέτης· καὶ ἀποδίδει ης τὸ δξῦν βουνὴν ἀπάνω του βαρβουτζουλου· καὶ κατέρχεται ὁ χήμαρρως πλησιάζων εἰς τὸ αμπέλην τοῦ κυρ ουρσουλου καὶ ἀπόπληρουτε τὼ ὁρωθεσίον εἰς τὸ προγεγραμμενον μέγαν ρυάκειων. ὁμοίως δὲ καὶ τον ἅγιον ἄνανίαν τῶ μοναστήρηον· μετα τὼν ὁρωθεσίων αυτου· ὠνπερ ἐξ αρχης ἐδέσποζεν καὶ

Si†gnum manus Niconis monachi et coeci cognomento...

† Signum manus Ursuli Turmarchae filii Niconis monachi.

† Signum manus Nicetae filii beatissimae memoriae archidiaconi.

† Signum manus Nicolai filii Ursuli (*Turmarchae*).

† Signum manus Michaelis filii Pantaleonis beatissimae memoriae.

†In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, trium personarum, omnipotentis divinitatis, unius potestatis et regni, purissimae Dominae nostrae Deiparae, et omnium Sanctorum. Regnantibus piissimis Imperatoribus nostris Basilio et Constantino, temporibus Sergii sanctissimi et oecumenici Patriarchae, et Basilii inclyti imperialis Protospatharii et Catapani Italiae Mesardonitae. Nos omnes.... Nicon scilicet monachus et Ursulus Turmarcha meus filius, et reliqui qui et sanctae crucis signa cum nominibus supra subscripsimus, spiritus non carnis ductu, concedimus Deo et tibi Lucae gubernatori et praefecto (*monasterii*) S. Ananiae, quod est domini Zachariae, ut dictum est, offerimus Petram quae dicitur Coeci cum eius tenimentis, quae a principio et antiquitus possedimus, tradita nobis a nostris maioribus. Sunt vero eorum fines: a torrente magno qui est ad occidentalem partem dicti castelli, et ut ascendit parvus torrens S. Petri, et vadit ad S. Angelum, et dividitur a via Serrae, et pergit ad montem Acutum supra Barbutzulum, et descendit torrens iuxta vineam domini Ursuli, et desinunt termini ad suprascriptum torrentem magnum. Similiter et S. Ananiae monasterium cum positis ipsius terminis, quod a principio possedit et tenuit, ut, Deo volente, prospere agat ecclesia, et divinis officiis vacet, pro remissione peccatorum nostrorum. Situm est autem hoc monasterium a regione maris. Praeterea offerimus et praedictum castellum, ut et am et seculares tecum aedificent et

εκρατη. ἵνα Θεου καιλεύωντος εὐθηαστὴ η εκλησία καὶ λητουργίται· ὑπερ αφέσεως τὸν αμαρτιῶν ημῶν· εστιν δὲ τω τοιοὔτων μοναστηριον εἰς τὸ προσωπον τῆς θαλάσσης· ὁμοίως δὲ καὶ τώ ριθεν καστέλλιον· ἵνα οἰκωδωμίσις· καὶ οἱ κοσμικοῖ μετα σοῦ· καὶ ἵνα ἔχουσιν το ἐξωκάστελλον καταφύγιον· ὡτὰν δὲ καρέλθη η επιδρωμη τὸν εθνῶν, ἵνα εισέρχωνται· καὶ κατοικούσιν ὅπου ἂν ετι εἰς ταχος ἀφικανται· εποὶ δὲ ὁ ριθὴς κυβερνητης καὶ ηγουμενος ἴναντηεῖς καὶ εκκλησιαν ης τὸ ἀυτὼ καστελλιον· καὶ συνάξης καὶ καλογήραις ωσους θέλεις καὶ βουλεσι· ἵνα ψάλουσιν καὶ δωξολογούσιν καὶ υπερεύχωνται· καὶ ημᾶς καὶ τοὺς γονης ημῶν εμε δὲ τον γεροντα... αβλεπον καὶ μόνον ἀπὸ τῆς ἐν χριστῶ ιδη μελλούσης οἰσιέναι ινδικτιῶνος· ὥταν αγειρις καὶ συνάξης καὶ καταστήσις· καὶ αδελφοὺς ἵνα ἡμη καὶ ἐγῶ ὁς εἰς τὸν αδελφων· καὶ αποτροφουμαι μέχρι υἱου ζωείς μου· τάυτα δε παντα ἵνα καὶ ημῆς οἱ προγεγραμμενοι στέργωμεν καὶ φυλάττωμεν· ἀδιάπτωτα καὶ ἀπαρασάλευτα από τοῦ νὺν καὶ εἰς τοὺς εξῆς ἅπαντας καὶ διίνεκεῖς χρόνους· ης αναφέρεστον σου δεσποτίαν του ἔχην σε εξουσίαν καθηστάναι ηγούμενον καὶ διάδωχον ὡν ἂν θέλης καὶ βούλης· ὁμοίως τὼ αὐτώ καὶ ὁ μετα σὲ καὶ ἐος σὶντελίας· η δε καὶ εκ του γένους ημῶν τις ἀποκαρὴ εἰς τὸ αυτῶ μοναστίριον· καὶ ευδωκημίσοι ἔργω καὶ λόγω· καὶ ὑπὸ τὸν αδελφων αγαπιθὴ εστώ ἐν προτοιμῆση ταῦτα δὲ παντὰ προς τὸν θεον καὶ ης σὲ λουκὰν κυβερνήτην παραδίδωμι· ἐαν δε τίς ποτε φανει του μέρους ημων ἡ ἴδιος ἀνατρέπων ταυτα ἵνα διεκδικουμεν εμῆς καὶ ποιοῦμεν τὸν λόγον οτι ου κατα βίαν· η δώλω ἀλλ ιδια ημῶν προερέσει καὶ ουκ εκ τηνος ἀνάγκης το παράπαν· η ραδιουργίας· η φάκτου αγνοίας ὦ μη δώη ο κυριος πεποιήκαμεν· ὅστης δὲ τὸν αμφωταίρων μερῶν ημῶν μεταμελος γένιται· εἰς την καλος εκτηθησαν ταύτην ημῶν ἀφηέρωσιν· ἵνα παρέχει ης το βασιλικὸν υιστηάριον νομίσματα λ'· καὶ τας εξοδους καὶ τας κενοτομίας εις το δηπλάσιον εἰθ ούτως στέργη καὶ εμμενειν τὴν τοιαὔτην δωρεὰν ἀπαρασάλευτον εις τὸν θεὸν· καὶ εἰς τὸν ἅγιον νικολαον τὸν μελλωντα εκησε οἰκωδωμίσθαι· καὶ ησε σσε λουκὰν τὸν ανοτερω προρηθεντα εγράφη παρουσια καὶ επόψεσιν αξιοπιστων μαρτυρων ὸν καὶ τα ὀνόματα μετά τὸν ἰδίων ὑπόγραφῶν καὶ σημίων διλωθήσωνται· διὰ χειρος εμοῦ λεοντος νοταριου καστρου ουρτζουλου ετους ϛφκγ'· ινδικτιωνος ιγ'· μηνὶ ἰαννουαριω ιβ' ημερα †.

† Ιωανης ταξιαρχης του καπηγρασα μαρτυρ υπεγραψα ιδηοζηρος.

habeant confugium in suburbio; cum autem gentium incursiones fiant, intrent et habitent quocumque properantes advenerint; et insuper ut tu dictus gubernator et praepositus aedifices etiam ecclesiam in eodem castello, et congreges quoque monachos quotquot volueris, qui sacra officia et laudes Deo concinant, et preces fundant pro nobis et nostris genitoribus; et ut etiam ego senex... oculis captus et solus, ab indictione, quae, Deo dante, iam appropinquat, cum congregati fuerint fratres tua opera, et, rebus bene constitutis, simul habitare coeperint, tunc sim tamquam unus ex fratribus, et cum ipsis convivam toto meae vitae tempore. Haec omnia nos suprascripti confirmamus et rata habemus, firma et inconcussa, amodo et in perpetuum in tua potestate nunquam auferenda, ut liceat tibi monasterii praefectum et successorem constituere quemcumque volueris, idemque liceat futuris monasterii praefectis in perpetuum. Quod si quis ex nostra generatione in praedicto monasterio in monachum tonsus fuerit, et probitatem et re et verbis praeseferat, et a fratribus diligatur, is potior habeatur. Atque haec quidem omnia Deo et tibi Lucae monasterii praefecto concedimus. Si autem, tempore procedente, quisquam ex nostra cognatione aut privatus (*aliquis*) irrita haec facere praesumpserit, nos tuam defensionem teneamur suscipere, et huiusmodi concessionem tibi vindicare, quam non vi aut dolo, sed sponte, nullaque necessitate adducti, aut fallacia, aut facti ignorantia, quod Deus avertat, fecimus. Quemcumque autem nostri ex utraque parte huius bene constitutae nostrae oblationis poenituerit, solvat Imperiali Vestiario solidos aureos triginta, et sumptus et innovationes in duplum; et nihilominus rata, firma et inviolabilis maneat huiusmodi concessio facta Deo et S. Nicolai ecclesiae in dicto castello construendae, et tibi Lucae suprascripto. Scriptum praesentibus et adstantibus fide dignis testibus, quorum nomina ex propriis subscriptionibus et signis apparebunt, manu mea Leonis notarii civitatis Urzuli, anno 6523, indictione XIII, die 12 mensis ianuarii.

† Ioannes dux militaris manipuli de Capigrasa propria manu subscripsi.

† Constantinus locumtenens Capigrasa propria manu subscripsi.

† Paschalis locumtenens Capigrassa testis propria manu subscripsi.

† κονσταντινος τοποτηρητης ο καπηγρασης τη ηκρα χειρι υπεγραψα.

† πασχαλιος τοποτηρητης ο καπιγρασσας μαρτυρ υπεγραψα ιδιοχιρος.

† υονος υιος κανδιδου μαρτυρ υπεγραψα ιδιοχειρος.

† θεοδωρος τουρμαρχης..... πολιτης μαρτυρων υπεγραψα ηδιοχειρος.

. . . . . νηκοδημος . . . .

† Bonus filius Candidi testis propria manu subscripsi.

† Theodorus Turmarcha... civis testis propria manu subscripsi.

. . . Nicodemus . . .

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 2.)

XVI.

(1016) — Mense Augusto — Indict. XIV.

Basilius Mesardonites Catapanus Italiae declarat accepisse nummos aureos sex et triginta a Cinnamo Calligrapho pro tributo castelli Pelagiani.

† υασίλειος πρωτοσπαθαριος καὶ κατεπανος ἰταλίας ὁ μεσαρδονίτης ἔλαβον παρὰ σοῦ κιννάμου καλλιγράφου· τὴν συνήθειαν καστελλίου πελαγιάνου τῆς τεσσαρες καὶ δεκάτης ἰνδικτιωνος χρυσια διαχαραγματα νομισματα τριακοντα ἑξ· καὶ ταῦτα τὰ τριακοντα ἓξ νομίσματα λαυὶν· καὶ τελείως πληρωθεὶς τὴν συνήθειαν καστελλίου πελαγιάνου τῆς τεσσαρες και δεκάτης ἰνδικτιωνος· ἐποίησά σοι τὴν παροῦσαν τελείαν καὶ πληρεστάτην ἀπόδειξιν· τῇ οἰκεία μου χειρὶ ὑπογραφεῖσαν· καὶ τῇ διὰ μολύβδου συνήθει υούλλη σφραγισθεῖσαν· μηνὶ αυγούστω ινδικτιωνος δι'.

† Βασιλειος πρωτοσπαθαριος κι κατεπανος ἰταλιας ο μεσαρδονῖτις.

† Basilius Protospatharius et Catapanus Italiae, Mesardonites, accepi a te Cinnamo Calligrapho tributum de castello Pelagiano indictionis decimae quartae (*nempe*) numismata sex et triginta ex auro cusa; et cum haec triginta sex numismata acceperim, et mihi omnino satisfactum sit de tributo castelli Pelagiani indictionis decimae quartae, feci tibi praesentem perfectam et plenissimam apodixam, mea propria manu subscriptam, et consueta bulla plumbea signatam, mense augusto, indictione quartadecima.

† Basilius Protospatharius et Catapanus Italiae Mesardonites.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis—n.° 6.)

XVII.

(1018) — Mense Februario — Indict. 1.

Boianus Italiae Catapanus ex iussione Constantini Imperatoris praecipit, ne quis auferat bona ecclesiarum, et praecipue S. Benedicti, praeceptaque ab aliis Anthypatis et Protospatharii in eamdem rem data confirmat.

Confirmatio omnium preceptorum que patricii et protospatharii fecerunt. Ex jussu constantini Imperatoris.

Per scriptum jmperialjs jussionis preceptum recepimus nos bojano observandum a sanctissimis imperatoribus constantjno. ut non eamus ad auferenda bona ecclesiarum et precipue sancti benedicti sicut scripta sigilla kalokyri antjpatj patricii simbatjcii patricii. gregorii. medalspi. falci. pothi. delfina. genesii. romani antjpatj patricii. iohannis antjpatj patricii ammiropolj. theodori protospatharii. alexii protospatharii. xifi. et reljquorum. sed magis ex precepto jmperatorum jnterdicimus et confirmamus omnibus qui sub sancto jmperio sunt. ut nemo potestatem habeat quamcumque temptationem. aut diminutionem. sive damnum seu ingardiam. vel jmitatum ad preferenda tollenda. aut molestiam aliquam inferendam amodo et in antea in eodem monasterio sancti benedicti et omnibus possessionibus ejus. Hec et nos sicut a sancto jmperatore preceptum est observamus, et ut ab omnibus observetur precimus. Ut illic deo servientes; sine turbine pro magnitudine sancti jmperii deum exorent. Si quis pro uno solo verbo vult os aperire. sive adducere contrariam locutionem presumptionis aut damni seu ex rebus ejus diminuere temptaverit; et non cum tjmore et tremore observaverit, ut contemptor sancti imperii durissimas penas et capitis excidium sustineat. ut hec pena sustineant qui sine doctrina sunt. Illi vero qui prudentes sunt. vigjlent ut custodiant preceptum sancti jmperii. quem fecit de prephato monasterio. et nos dedimus mense februario. Indictione prima.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXIX verso, n. 156.)

XVIII.

1019 — Mense Iunio — Indict. II.

Finium agri Troiani descriptio facta a Basilio Boiano Protospathario Catapano Italiae.

† Των απο της δεσποτειας των αρειανιτων κομητων ευπροαιρετως αποσπασθεντων φραγγων. και τω μερει του κραταιου και αγιου ημων υασιλεως προσρυεντων. και εις το εξ αμνημονευτων χρονων συμπτωθεν. παρ ημων τε ανακαινισθεν και κατοχυρωθεν καστρον ο φασι τρωας τη ενουση ημιν σπουδη και εντρεχεια κατασκηνωθεντων. εξαιτησαμενων απο των πλησιαζοντων αυτοις λοιπων. τα του τοιουτου καστρου συνορα εκκοπηναι. και το ους αυτοις υπεκλιναμεν. και παροντος ιωαννου πρωτοσπαθαριου του της ἀλφεράνας· βυζαντίου τοποτηρητοῦ αδελφοῦ ἀυτοῦ. λεοντος του μαραλδου. στεφάνου χαρτουλαρίου τοῦ ματερίτου. πασσαρι και βιζαντίου των κομήτων της κορτης. μαραγδου δομεστίκου τοῦ θεματος και ετερων πολλῶν.

Quum Franci, qui de dominatu erant Comitum Arianensium, ab iisque sponte desciverant, partes potentis et sancti nostri Imperatoris secuti, in civitatem, ab antiquissimis temporibus destructam et a nobis magno studio et celeritate restauratam et bene munitam, quae Troia vocatur, transmigraverint, petierintque ut a reliquis eorum finitimis praedictae civitatis termini discriminarentur, aures iis praebuimus, et praesentibus Ioanne de Alferana Protospathario, Byzantio eiusdem Protospotharii fratre et vicario, Leone de Maralda, Stephano Chartulario Materae, Passare,

† † † Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ του υιου καὶ τοῦ αγίου πνευματος. σιγνον χυρος γουδελμος τόν φαυαλόν καὶ ο ἀδελφός αυτοῦ ρουκερυος ο τον τημήον καὶ ζωοπήον σταυρων ὑδια χύρυ καθαφένομαι τη σημερον ἡμερα μυνὶ ιουνυο ης τας ιέ. καὶ φενομεν ὑμον αφιεροννω τον πανσεπτόν ναόν τοῦ αρχυστρατιγου μιχαηλ ης τον πανσεπτον ναον τις αγιας τριαδος της καυας μετα σι τά αμπέλυα καί τά χῶράφία καί τα ἰμερῶδενδρύα καί ολον τω κρατος αυτοῦ απο τής στμερων ἡμερα ηνα τα εχυ ω εγουμενος καί υνα τὰ εχυ οἷς την εξουσίαν αυτοῦ νῦν καὶ οἷς τους απαντας και διηνεκεις χρονους, καὶ εγὸ γούδελμος τον φαυαλον ηνα τον υοηθήσω το μοναστηρῦ ος τον πλεον δινομε πασας τας ιμερας της ζωης μου καὶ εαν αρα φανω πωτε καιρῶ καὶ χρονω ζυτοῦντα το μοναστυρύον ὕτε εγο ητε αδελφον υτε αλλος της πρῶτος εστω αναθεμα παρα πατρος καὶ υιοῦ καὶ αγίου πνευματος. καὶ των δωδεκα αποστώλων καὶ τον τρύακῶσιον ί καὶ οκτω θεοφορων πατερων κλυρονομῶ καὶ την αγχωνα του υουδα παρρουσιαν μαρτυρων. γραφεν δια χυρος λουκίδού υιου ανδρεου ηερεος της μυρομανᾶς † λεος υισκομης μαρτυρ † γροσσος ηερεός μαρτυρ † ιωαννης ω κρυσπος μαρτυρ † χαρυερτος μαρτυρ † ιωαννης του κυλεντου μαρτυρ † υασιλυος της κυριας κουλουμυας μαρτυρ ετει ϛχ' ηνδικτιωνος β'.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 12.)

† † † In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Signum manus Guilielmi de Fabali et fratris eius Rogerii.(*Nos*),qui sanctam et vivificam crucem effinximus propria manu hac die XV mensis iunii, declaramus offerre venerabilem ecclesiam supremi Ducis Michaelis venerabili ecclesiae S. Trinitatis de Cava cum vineis et terris et arboribus fructiferis et omnibus pertinentiis eius ab hodierna die; ut ea possideat hegumenus, habeatque in sua potestate amodo et in perpetuum, et ego Guilielmus de Fabali monasterio subveniam pro meis viribus omnibus diebus vitae meae. Si vero aliquando apparuero monasterio litem illaturus sive ego, sive frater meus, sive quisquam alius, primum maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et a duodecim Apostolis, et a tercentis octo et decem divinis Patribus, et pro hereditate habeat laqueum Iudae. Praesentibus testibus, scriptum manu Lucidi filii Andreae sacerdotis de Myromanna. † Leo Vicecomes testis. † Grossus presbyter testis.† Ioannes Crispus testis. † Charbertus testis. † Ioannes de Cilento testis. † Basilius de domina Columba testis. Anno 6600, indictione II.

LVI.

1093 — Mense Ianuario — Indict. (I) — Styli.

Comes Rogerius declarat Theodotam filiam Gannadei legitime possidere nonnulla praedia, quae iniuste sibi vindicasse a Simeone ceterisque eius fratribus accusabatur.

† Κατα ἴαννουαριον μηνα. τοῦ ἔτους ϛχα' ἰνδικτιωνος ε'. Ὄντος καμοῦ κόμητος (ρουκερίου) εἰς τό στύλον ἦλθον πρός με ὅτε σειμίον καὶ ὁ χαμενιας σὺν των ἀδελφῶν αυτὼν εκάγωντες ἡμὶν τὴν θυγατέρα γαννάδέου

† Mense ianuario, anno 6601, indictione V. Cum ego Comes Rogerius degerem Styli, ad me accesserunt Simeo et Chamenias cum fratribus suis, nobis accusantes filiam Gannadei Theodotam, quod iniuste ipsa

τὴν Θεοδωτὴν ὡς ὅτι ἀδίκος ἐκατήρπαξεν αὐτων ἡ αὐτὴ Θεόδωτη τὴν ὑποστασιν τοῦ πιλλικκηάνου. Ὅθεν εκ τουτου ἐπροσταξα καγὼ κόμιτα ρουκέριον τὴν Θυγατερα γαννάδεου τὴν Θεόδωτην τὼ κριτηριω ἡμὼν ἀχθήναι· ἀχθεντος δὲ αὐτὴς καὶ ερωτιθεντος παρ εμου καὶ τὼν ἀρχοντων μου ἡ ἄρα οὕτως ἔχει ὡς ἡ ἐνάγωντες φασκουν. ὅτι ἐκατήρπαξε επ αὐτὼν τὴν τιαὕτην ὑπόστασιν τοὺ πιλικκηάνου. ἡ δὲ γυνὴ ἀντέφη λέγων μὴν εν τη αυθεντία μου οτι ουτε μιαν δυναστείαν ουτε κατ αρπαγμα επι αυτὼν εἰς τα τηαὕτα χωραφια μενων· ὁ πατήρ μου ο γαννάδεον ἐκεινος αὐτα ἐπροδεσποσεν καὶ ἐκρατησεν ὡς αυθέντης καὶ ἀρχων καὶ εἰς προίκαν μοι αὐτὰ απέδωκε· ταῦτα δὲ αὐτὴς εἰποντος επώρισάμεθα τὸν σειμίον τοῦ ὑποδείξαι ἡμὶν μαρτυρας ὅτι μετὰ την θανὴν γαννάδεου ἐκατήρπαξε ἡ Θεοδώτη τα τηαῦτα αὐτῶν χωραφια καὶ ἵα χαὔνη ἡ γυνὴ. οὗτοι δὲ οἱ ἐνάγωντες οὐκ ἴσχυσαν τοὔτο ὑποδείξε. οὔτε ἐγγράφω οὔτε ὑπο μαρτυρων. τοὔτων δε ἀπορισάντω. ἐπροσέφερεν ἡ Θεόδώτη τοὺς ἄρχωντάς μου ἐνόπιον ἐμοῦ κομητος ρουκεριου. λέγω δὲ τὸν ἐπισκοπον τὸν μεσημεριον. καὶ τὸν μαλεῖνον πρωτοσπαθαριον καὶ τον ἔρμιννων καὶ τοὺς λοιποὺς ἄρχοντας στυλου καὶ ερώτησα αὐτοὺς καὶ ωρκισαν ἵνα ἡμὶν εἴπον τὴν αλήθειαν τοτί γινώσκωσι εκ τὰ τηαυτα χωράφια τὰ λεγώμενα τοῦ πιλικκηάνου αὐτὴ δὲ ἀποκριθέντες μοι ἐξ ενος στόματος ειπον ἐν αληθεια καὶ φανερῶς τὰ τηαῦτα χωράφια ἔκπαλε τὼν χρονων ἐκράτησε καὶ ἐδεσποζεν αὐτᾶ ὁ γαννάδέος καὶ οὐ δεσποτας ἠκουσαμεν τους θυγατέρα εναγοντας ὁ ταῦτα ἀκοῦσας καγὼ κομητα ρουκέριος καὶ μαθὼν τὴν ἀλήθειαν πάρα τῶν εμων αρχόντων απέδωκα τὰ τηαῦτα χωραφια προς τὴν Θεοδώτην τῆν θυγατέρα γαννάδέου καὶ υπὲρ τοὔτο προστάττω απαντας τοὺς ὑπο τὴν ἐξουσίαν μου στρατηγοὺς καὶ υεσκομίτας· ἵνα ὅπου δ ἂν εἰσιν τὰ κρατήματα γαννάδέου πάρεξ τῶν εμων κουλτουρων καὶ των αρχόντων μου. ἵνα εχωσιν αὐτα ἡ θυγάτηρ γαννάδέου ἡ Θεόδωτη καὶ ἡ ἀλφάρα ἐξῆς λέγω δὲ τὴς διἀκρατησεως μοῦ καλαυριας ὅπου δ ἂν εἰσὶν. καὶ διὰ τουτο καὶ προστάττω ἐποίσης τω παραποδωτικὼ δικαίωματι καὶ σιγιλλιω του μίτινα τον εἶπο τὴν χεῖρα μου ἐξουσιάζωντον ἐνόχλησιν ποιησοι σι· καὶ οὐ μικρὰν τὴν ἀγανάκτησιν παρ εμου ὑποστεῖσιται μή νι τινα ικειουτω απο παροῦσαις αὐτάδελφαις χωραφια καὶ αμπελα μίαν ἡμεραν καὶ μιαν νύκτα ἵνα ἔχουν αὐτὰς παροῦσαι αδελφαι τὸν σειμιόια καὶ τοὺς

Theodota ab eis usurpaverit possessionem Pillicciani. Quamobrem ego Comes Rogerius iussi filiam Gannadei Theodotam ad meum tribunal adduci. Cum autem ipsa adducta et interrogata fuisset a me meisque proceribus, num ita se res haberet uti accusatores asserebant, quod ab ipsis huiusmodi possessionem Pilicciani usurpaverit, mulier respondit dicens coram me domino: Pater meus Gannadeus, cum nullo praepotenti imperio, nec usurpatione (*rerum*) ad eos (*accusatores spectantium*) in antedictis praediis maneret, eadem tenuit et possedit ut dominus et arbiter, ac mihi pro dote tradidit. Haec autem cum ipsa dixisset, mandavimus Simeoni, ut per testes demonstraret, post mortem Gannadei Theodotam usurpavisse praedicta eorum praedia, ut mulier convinceretur. Accusatores vero non potuerunt id probare neque scripto neque testibus; sed cum carerent his, Theodota adduxit proceres meos coram me Comite Rogerio, nempe episcopum Mesimerium, et Maleinum Protospatharium, et Erminnum, et reliquos proceres Styli; et interrogavi eos, et iurarunt se nobis dicere veritatem de eo quod cognitum haberent quoad praedia quae dicuntur Pilicciani. Illi autem mihi respondentes una voce pro veritate et luculenter dixerunt: Praedicta praedia ab antiquis usque temporibus possedit et tenuit Gannadeus, et numquam audivimus accusatores filiae fuisse dominos (*eorumdem praediorum*). Hisce auditis ego Comes Rogerius, cum veritatem a meis proceribus cognovissem, reddidi haec praedia Theodotae filiae Gannadei, et propterea mando omnibus, qui sub nostra sunt iurisdictione, Strategis et Vicecomitibus, ut ubicumque extant possessiones Gannadei extra praedia mea meorumque procerum, ea in posterum habeant filia Gannadei Theodota et Alphara, nempe in ditione mea Calabriae ubicumque sunt. Quare item praecipio hac adiudicationis sententia et sigillo, ne quis meorum officialium molestiam tibi inferat, in indignationem nostram vehementem (*si secus fecerit*) incursurus; neque quisquam sibi vindicet a praedictis sororibus praedia et vineas, ne una quidem die et nocte, quae ipsae sorores possideant, et potestatem habeant expellendi Simeonem

αὐτοῦ αδελφοὺς ἀπεδιόξοντα αὐτοὺς εκ τῆς τιαυτης ὑπόστατεως. ἔστερξα δὲ καὶ εκύρωσα τῇ δικμολιυδω μου βούλλη. μηνι καὶ ινδικτιωνι τοις προγεγραμμένοις.

† ρουκέριος κάμης καλαβριας καὶ συκελίας.

et fratres eius a supradictis bonis. (*Hanc*) autem (*sententiam*) confirmavi et roboravi mea plumbea bulla, mense et indictione antedictis.

† Rogerius Comes Calabriae et Siciliae.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 4.)

LVII.

1093 — Mense Maio — Indict. I.

Rogerius Calabriae et Siciliae Comes describit fines cuiusdam praedii prope Stylum positi, quod Leoni Catananci donaverat.

μηνι μαιω ινδικτιωνος α' ετους ϛχα'.

† Σιγίλλιον γενάμενον παρ εμου ροκερίου κομητος καλαβριας καὶ συκελιας· Καὶ ἐπίδωθὲν εἰς σὲ· λεοντα κατανανγκη· Επίδὶ ἐτὶθήσαμεν· τοὺ σινοριάσιν σοι χωραφιον ὅπερ σὶ δέδωκα επικάτω του στύλου. διὰ τὸ μὲ ἔχιν ὡς φίλον· καὶ ἀμπελόνας. Ὁ καὶ πεπίεὶκα. ἔστιν δὲ ὁ σινόριάσμὸς· ἀντὶ σίνορον τοῦ ἁγίου λεοντιου· ἐκ τῶ ὀνβριτον πιγάδιν καὶ καταβέι τὸ ριάκι. καὶ ἀπόδίδη εἰς τὸν πόρον τοῦ ἁγίου λεοντιου· καὶ ὑπαΐ τὸ μονοπατιον κατὰ ἀνατολάς καὶ ἀπανδιδὴ· ὑποκάτο τὸν χοραφίων τοῦ ἀρέθου· ὅπὸὺ ὑπαρχει ἡ ἀμπίδια· εἰς τὶν στράταν καὶ ἀναβένι το σινορον τοῦ ἀρέθου· εἰς τὸ υουνίτζην καὶ συνκλὶ εἰς τὸ λιθαρί σου συν το ἀγριλλιον εἰς τὸ αντισύνορον τοῦ ἁγίου λεοντιου καὶ καταβένι τό ριάκι· κατὰ ἄρκτρον ἄχρι εἰς τὸ αμπέλι τοῦ ἁγίου λεοντιου· καὶ συνκλίη εἰς τὸ οὶμυριτον πιγάδιν Οὗτος δὺ διεχορίστη ὕντος μου εἰς το λιυάδι τῆς μαγιδας ἀπερχομένου μου· εἰς κουσεντιαν· καὶ εσφραγισθη τι δια σινιθη μου κηροβούλλη μηνι καὶ ενδικτιωνι τοις αιοτέρω γεγραμμενοις † ρογέριος

πιῆν δὲ σε καὶ τὴν εκκλησιαν· εἰς τα τιαυτα χωραφια καθως σε επροσταξαν ὅσους δὲ ξενους δυνηθης συναθροισιν ὀθνείους να μι εχειν ἀνεγκλημα εχιν σὲ καὶ αυτοὺς ακολίτως ἀπο των στρατηγων· καὶ υισκομητων· καὶ τρεμαρχων ταυτα σὶ ἀπεχαρισάμην· ἐνόπιον ρουμβέρτου βουρελλου.

† σιγιλλιον γεναμενον terra de Catananchi.

Mense maio, indictione I, anno 6601.

† Sigillum factum a me Rogerio Calabriae et Siciliae Comite, tibique Leoni Catananci traditum. Cum statuissem fines ponere praedio, quod una cum vineis dedi tibi in parte Styli inferiore, quia te ut amicum habeo, quod et feci, fines sunt: e regione finium sancti Leontii, iuxta aquae pluvialis receptaculum, et descendit rivulus et vadit ad transitum sancti Leontii, et ducit semita ad orientem, et pergit infra praedia Arethi, ubi est vineola secus viam, et ascendit finis Arethi ad collem, et clauditur ad saxum tuum cum oleastro ad oppositos fines sancti Leontii, et descendit rivulus ad septentrionem usque ad vineam sancti Leontii, et clauditur ad aquae pluvialis receptaculum. Sic igitur divisum est, cum essem in prato Maidae profecturus Consentiam; et signata fuit (*haec chartula*) consueto meo cereo sigillo, mense et indictione suprascriptis. † Rogerius.

(*Cura*) autem tu et ecclesia ut in hisce praediis, sicut praecepi, quotquot potueris peregre advenientes congreges, (*qua in re*) culpae non sis obnoxius, eosque habeas sine molestia Ducum et Vicecomitum et Turmarcharum. Haec tibi gratiose concessi coram Roberto Burello.

† Sigillum factum.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 5.)

LVIII.

1093 — Mense Septembri — Indict. (II).

Alexander de Claromonte eiusque frater Riccardus offerunt Deo et S. Mariae de Zosimo monasterium S. Onuphrii in agro civitatis Nohae.

† συγνος χειρος αλεξανδρου κληρομοντε.

† συγνος χειρός ρικαρδου αδελφου αυτοῦ.

Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ αγίου πνειματος· ἡμεῖς οἱ προγεγραμμειοι ὅτε ἀλέξανδρος καὶ ρικκάρδος αδελφος μου. οἱ τὸν τυπον του τιμιου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ καθὑπογράψαντες τὰ δε ὀνοματα υμῶν και τα επόνυμα γραφέντα δια τοῦ νοταρίου φενώμεθα ἀφιεροῦντες εις τον θεον και εις την παναχραντον αυτοῦ μητερα εἰς τὴν ἁγίαν θεοτοκον του κυρ ζώσιμου· την μονην τοῦ ἁγίου ὀνουφρίου τὴν ἐπονομαζομενην τοῦ καιποσύρτου την ἅπερ κεῖται εἰς τὴν διακράτησιν τοῦ θεοτηριτου κάστρου νοῶν. εἰς την τοπωθεσιαν τοῦ ποταμοῦ σαρμεντου και πάσαν τὴν διακράτησιν της προλεχθήσης μονῆς τοῦ ἁγίου ονουφρίου τῶν τε αμπελιων χωραφιων μύλων. εστιν δε ο περιορισμός τοῦ επικρατήματος τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου ονουφρίου κατὰ μὲν ἀνατολᾶς ηλίου εστίν ὁ ποταμος τοῦ σαρμέντου καὶ ἀναδίδοι εἰς τὸ ῥυακὴν τοῦ φαρακλοῦ και αναυεννει τὸ ἴσον καὶ ἀποδίδοι εἰς τὴν πηγην τῆς πλάκας· καὶ από τῆς προρηθὴσης πηγῆς ανκυάινει τὸ ἴσον καὶ ῥύπτει εἰς τὴν σέρρα τῆς παλουμβάρας καὶ βαίνει τὸ ἴσον καὶ ῥύπτει εις τὸν ποδα τοῦ ὄρους κοσπιλλινγγου καὶ ἀπορύπτει απεκειθεν εις τον ῥυάκην τοῦ κλατζα μαλα καὶ κατάιαίνει εἰς τὸν προρηθεντα ποταμὸν τοῦ σαρμεντου. την επικρατησιν καθῶς προεγράψαμεν ταύτην διδωμεν εις τὴν ἁγίαν θεοτοκον τοῦ κυρ ζώσιμου. καὶ βοσκειν δε τὰ κτίνη αυτῶν ἀκολῦτως εἰς πάσαν αλλην επικράτησιν χωρας νοῶν. καὶ κκτακόπτειν ταυτα δε αφιεροῦμεν περὶ ψυχῆς ημῶν σωτηρίας καὶ των ἡμετέρων γωναίων καὶ πάντων τῶν χριστιανῶν ἵνα ἡμᾶς ἔχουν ἐν ταῖς προσευχαῖς τῶν μοναχῶν αυτῶν καὶ τῶν ἀδελφῶν πάντων μεχρι τερματων αἰωνων καὶ ἵνα καλιεργήσουσιν την ἁγίαν τοῦ θεου εκκλησίαν καὶ σικίσουν την αγίαν τοῦ θεοῦ μωνὴν· καὶ εἀν δὲ φανὴ τις ποτε καιρω η χρονω ινα τοὺς εναντιῶσι και κακοποιήσει ἡ καταλῦσαι τὸ τοιοῦτον χαρτιον ἡ εμποδιάδησαι τὴν τοιαυτην ἀφιέρωσιν τὸ ἅπερ αφιερώσαμεν ἡμεῖς εἰς τὸν θεον καὶ εις τὴν παναχραντον αὐτοῦ μητερα μη γένοιτο ἵνα πλη-

† Signum manus Alexandri de Claromonte.

† Signum manus Riccardi fratris eius.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Alexander, et Riccardus frater meus, qui signum venerandae et vivificae crucis exaravimus, nostra vero nomina et cognomina manu notarii, offerimus Deo, eiusque purissimae Matri Sanctissimae Deiparae de Cyr-Zosimo, monasterium S. Onuphrii dictum de Camposyrto, quod est in pertinentia civitatis Nohae a Deo servatae iuxta flumen Sarmenti, cum omnibus possessionibus ad praedictum monasterium S. Onuphrii pertinentibus, vineis, agris, molendinis. Sunt autem fines pertinentiae monasterii S. Onuphrii huiusmodi: ad orientem flumen Sarmenti, et vadit ad rivum Pharacli, et ascendit recta, et pergit ad fontem de Placa, et a praedicto fonte ascendit recta, et declinat in Serram Palumbarae, et vadit recta, et iungitur cum radicibus montis Cospillingi, et deinde adiacet rivo dicto Clatza Mala, et descendit ad praedictum flumen Sarmenti. Hanc possessionem, ut supra diximus, concedimus S. Deiparae de Cyr-Zosimo, itemque (*potestatem damus*) lignandi et sua armenta pascendi sine impedimento in omni alia pertinentia agri Nohae. Huiusmodi autem oblationem facimus pro salute animae nostrae nostrorumque parentum, et omnium christianorum, ut nostri commemoratio fiat in orationibus monachorum ipsorum, et omnium fratrum usque ad seculorum finem; et ut pulcrius exornent sanctam Dei ecclesiam, et amplificent sanctum Dei monasterium. Et si quis aliqua occasione vel tempore apparuerit, qui eis adversetur et male faciat, aut hoc instrumentum infringere velit, aut esse impedimento huiusmodi concessioni, quam nos fecimus Deo eiusque purissimae Matri, absit ut Deus eius voluntatem impleat, sed sit ut Dathan et Abiron et Core, quos terra dehiscens absorbuit, et sit maledictus a Deo omnipotente, et a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, et habeat laqueum Iu-

ρῶσει κύριος τὸ θέλημα αυτοῦ αλλ ἐστω ὡς δαθάμ καὶ ἀνηρῶ καὶ κορέ ὃυς χάνασαν ἡ γή κατεπιεν αυτοὺς καὶ εστω αναθεμα παρὰ θεου παντοκρατορος καὶ τῶν τιη' ἁγίων θεοφορων πατέρων καὶ την αγχονην ιουδα τοῦ προδοτου καὶ ἐχει μερος μετὰ τοὺς κράζοντας τὸ αρων αρων σταυρωσον καὶ εστω ξενος ἐκ τῶν αγαθων ὧν ἡτοιμασεν ὁ θεὸς τοῖς αγαπῶσιν αυτον. καὶ εἰθ ουτως μένει ὀχυρα καὶ βεναια καὶ ἀπαρασαλευτος ἡ παρ ημῶν γεναμενη ἀφιέρωσις καὶ ἡ γραφὴ ἥ τις εγένετο κατενωπιον τῶν ευρεθεντων αξιοπιστων μαρτυρων εγραφη ἡ τιαὺτη ἀφιέρωσις δια χειρος νικολαου νοταριου υιου χρυσοιωαννου ἐν ετει ϛχβ' ινδικτιωνι γ' μηνι σεπτεμυριω εις την σαββατου ημεραν ωρα ϛ' ινδικτιωνος της προγραφεισης·

† ἀλφέρις εξουσιαστης κυρ αλεξανδρου μαρτυρω τον τιμιον σταυρον.

† χαρυερτος του μαρωλλου μαρτυρω τον τιμιον σταυρον.

† γοττωφρεδος μαρτυρ δια τον σταυρον.

† αργὴρος κρητῆς μαρτυρω τον τιμιον σταυρον.

† κανδίδος γαμβρος χρυσοιωαννου μαρτυρ δια τον σταυρον.

dae proditoris, et partem cum iis, qui clamaverunt: Tolle, tolle, crucifige eum; et expers sit bonorum quae praeparavit Deus diligentibus ipsum; et nihilominus rata, firma et inconcussa permaneat haec nostra concessio et instrumentum, quod conditum est in praesentia fide dignorum testium qui interfuerunt. Scripta est haec oblatio manu Nicolai notarii filii Chrysoioannis, anno 6602, indictione III, mense septembri, die sabati, hora VI, indictione suprascripta.

† Alferis ex proceribus domini Alexandri testis sum per venerandam crucem.

† Charbertus de Marollo testis sum per venerandam crucem.

† Gothofredus testis sum per crucem.

† Argyrus Iudex testis sum per venerandam crucem.

† Candidus gener Chrysoioannis testis sum per crucem.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 13.)

LIX.

1094 — Mense Septembri 15 — Indict. III.

Comes Rogerius donat Brunoni ceterisque eius sodalibus eremitis tum homines, quorum indiculus in hac membrana consignatur, tum Gannadei molendinum in Arsaphiae territorio situm.

† τοῦτο εστὶν του κατόναμα τὸν ανθρωπων στυλιτων οὶς δεδουκα εγω κομης ρουκεριος εις τον πνευματικὸν μου πατηρ κυριον υρούνουν καὶ εις τοὺς λυποὺς αδελφους τοῦς ερημιτᾶς του γραφεν σετ.μυριου εις τας ιε' ινδικτιωνος γ' ἔτους ϛχγ'. — υασίλιος μακέδων — ὀγιτζους — ὀλίυας — ο λεντυτζις — γεὼργιος αρδιυαστος — γρηγοριος καλογεριτζης — υασίλιος της κομητους — θεωδορος αδελφος αυτου — νικολαος ο υουκοτταις — καὶ γαλατος ο τουρνιχος εισι ι' ταυτος τους ανθρωπους στεργω εἰς τιν αγιαν εκλυσιαν καὶ εις τοὺς αδελφους μετὰ παντα τα δεσποζομενα αυτοὶς τιν σὶμερον κυνιτὰ καὶ ακυνιτα καὶ ὁς καθὼς εισὶν τὶν σὶμερον γινεξὶν καὶ τέκνις αυτὸν ενα μὶτὶς πος ενοχλὶσι μὶτε εγγ-

† Hic est indiculus hominum Styli, quos ego Comes Rogerius dedi spirituali meo patri domino Brunoni et ceteris fratribus eremitis, scriptus die quinta decima septembris, indictione III, anno 6603 — Basilius Macedo — Ogitzus — Olivas — Lentytzis — Georgius Ardibastus — Gregorius Calogeritza — Basilius de Comite — Theodorus frater eius — Nicolaus Bucottas — et Galatus Turnichus, sunt decem. Hos homines confirmo sanctae ecclesiae et fratribus cum omnibus rebus ad ipsos nunc pertinentibus, mobilibus et immobilibus, et sicuti nunc extant, cum mulieribus et filiis ipsarum, *eo quidem pacto*, ne quis unquam vobis molestiam, damnum vexationem-

γισι μιτε παρασαλεισι καὶ ο μικραν τὶν αγανακτυσιν παρ εμου σχὺ δυδουμὶ δὶ τοὶς αδελφοις καὶ τὸν μυλον του γανναδεου επι εκ τιν διακρατησιν τὶς α σαφυας εστίν προς δὶ περὶσσουτεραν ασφαλὶαν εσφραγὶσθη τὴ διαμουλιυδο μου υουλλη μηνι καὶ ινδικτιωνι τοις προγεγραμμενοις.

que inferat; et (*si hoc fecerit*) non parum indignationis a me feret. Dono insuper dictis fratribus etiam molendinum Gannadei, quippe quod extat in agro Arsaphiae. Ad maiorem vero securitatem signata est (*praesens scriptura*) mea plumbea bulla, mense et indictione suprascriptis.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 6.)

LX.

1097 — Mense Februario — Indict. V.

Indiculus hominum, quos Comes Rogerius donat Eremitis Styli commorantibus Arsaphiae.

† τούτο εστίν τοῦ κατονομαν τὸν ανθρὼπων οὶς εδοκα εγῶ κομης ρουκέριος εις τὸυς ερημιτας του στυλου οἱ κατοικουντες εις τὶν αρσαφυαν. μηνος φευρουὰριου ινδικτιωνος ε'.

ιωάννης μακρὶς — γεόργιος αδελφος — σησίνιος αδελφος — υουλεντος υιὸς σισηνη — γεοργιος αδελφος — παυλος του μαὸσουρι — κόνστας του πρεσβυτερου μολου σὺν του αδελφου — τα παιδια ιωαννου ατζημαννου — θεὸδορος ογιτζος — πέτρος ατζημανναν συν τὸυ αδελφου — κόνστας ατζημαννας — λεων υουκὸυτιας — ο πρεσβυτερος νικόλαος του καραμαλου — πανταλέων γαλὶανος — υασίλειος σικελὸς — νίκολαος υιὸς αυτοῦ — νικόλαος καραμαλος — λεων ὸ κανήτζας — ιωαννης ἀρδαβαστος — λεων ποιμαρίση — λεων ο ἀρδαυάστος ιωαννης υιὸς αυτοῦ — οἱ πεδες μάνδαρανη — οὔρσα τοῦ κοφορινου σὶν τὸν παιδων αυτῆς — οἱ πεδες τοῦ λικαστου — πέτρος σκόγκτος — θεοφανίος του μασκούληστου — νικόλαος ὸ μαγλουφας — η χηρα τοῦ μουσόρη — σεργιος υιὸς τοῦ αρκουμενου — χρίσονας τοῦ μουσουρη — η χηρα του αργιλλοῦ μετα παιδιτων — η χηρα του σικλοὸ μετα παιδων — η χηρα του σκιλαρη — ηρίνη του σκοτου μετα πεδων — μαρία τοῦ νικιτου μετα πεδων — οἱ παιδες τῆς θεκτιστης — μαρίνα μοναχη — μαρία υουκατισα μετα πεδων — βασιλοῦ σιν τὸν παιδων — ὸ πρεσβυτερος καλὸς σὴν τοῦ αδελφου τοῦ θεὸδορου — γρίγοριος καλογέριτζης — κονστας λημὰς — θεοδορὸς ερδαυαστος — γεοργιος α-

Anno ab incarnatione. domini. Millesimo. nonagesimo. VI. indictione. V. Ego rogerius calabrie comes et siciliae deo et beatae mariae semper virgini. et. Magnifico. Brunoni. et fratri lanuino. et ceteris fratribus de heremo eorumque successoribus ibi deo famulantibus concedo imperpetuum possidenda ea que in superiori grega Karta posita sunt. pro dei amore atque pro peccatorum meorum remedio. dono ad habendum villanos in territorio stili. Nomina vero villanorum grece suprascriptorum quos fratribus supradictis dono haec sunt. Iohannes macri. Georgius frater eius. Sisinnius frater eius. Volentas filius Sisinni. Georgius frater eius. Paulinus. Costa de presbytero mule cum fratre suo. filii iohannis de achimanna. Theodorus gicius. Petrus acimanna cum fratre suo. Costas acimanna. Leo bucutias. Presbyter nichola caramallo. Pantaleos galianos. Basilius sicelos. Nicholaus filius eius. Nichola caramallo. Leo canicia. Iohannes ardavastos. Leo pumarisis. Leo ardavastos Iohannes filius eius. filii mandarani. Ursa de copsorino cum filiis suis. filii de licasto. Petrus de scoto. theophani masculistius. Nichola manglufas. Vidua de mosura. Sergius filius arcumanni. Grisonas de musuri. Vidua de argilla cum filiis suis. Herini de sicelo cum filiis suis. Basilius de scolari. Herini de scoto cum filiis suis. Maria de nuchita cum filiis suis. filii theoctisti. Marina monachi. Maria bucutilla cum filiis suis. Basila cum filiis suis. Presbyter calo cum fratre suo theodoro. Gregorius calogericius. Costa livas Theodorus ardavastos. Georgius frater eius. Nichola bu-

δελφος — νικόλαος νουκουτίας — υασιλειος τοῦ μακεδου μετα αδελφου — θεόδορος λεντιτζήος σην του αδελφου — αρκουδιος γιτζο σὶν τον παιδων — υασίλειος κουφός — μιχαηλ τοῦ περδεκαρου — υασιλειος ο κόνταρατος — ἀρκουδιος καὶλλαριος — γαλατος σὶν τοῦ αδελφου — κονστας νηαλατης — αρκουδιος αδελφος τού ηγουμένου τοῦ αγιου γεωργιου — μολὲς με τους υιοῦς αυτου — αρκουδιος πλατζαρας με τον αδελφον θεοδωρον — στέργω δε συ καὶ μετα τοῦτον ολούς τούς ξενους τοῦς ερχαμένους εἰς τὶν χοραν τὸν ερημιτων τοῦ εχην σάς αυτοῦς ακολιτως. διότι εχουν ακοιμανδευθὴν ηρε σας· τοῦτου παντος εδοκα εις τοὺς ερημιτας στυλου υπερ ψυχικης μου σωτηρὶας καὶ τὸν γονεον μου καὶ οἴδιον μου· ἔχην σας αυτοὺς ακολιτως· ου ποτε στρατηγων υισκομητων τουρμαρχων· καὶ λιπων παντων εξουσιαστὸν· πρὸς δε περισσουτεραν ασφάλιαν· ευουλλωθη τὸ διαμολυιδο μου υουλλη μηνι καὶ ινδικτιωνι τοις ανοτερω γεγραμμενοις. Εν ετει ϛχε' ετει.

cutias. Basilius machedo cum fratre suo arcudio. Theodorus lenticius. Arcudius gicio cum filiis suis. Basilius cufo. Michael perdicaris. Basilius conteratus. Arcudis de cellari. Galat cum fratre suo leo. Costa niblat. Mule cum filiis suis. Arcudi plastara cum fratre suo theodoro. Concedo etiam eis advenas qui se voluerint eis commendare. Quod actum est teste et concedente. Adelaide. coniuge. mea et Malgerio filio meo. Willelmo. de alta villa. Iosberto de luciaco. Roberto borrello. Pagano de gorgiis. Rogerio de stilo. Iohanne prothonotario de traginiis. Nichola de mesa. Giraldo capellano meo. et Fulcone fratre eius capellano meo. Hugone de melfia. Jeremia de sancto egidio capellano meo. Hanc autem donationem meam si ego aut comitissa post mortem meam aut aliquis heres meus aut quelibet alia persona violare aut decurtare temptaverit. nisi ad condignam satisfactionem venerit coram heremitis. anathemate feriatur insanabili.

(Ex originali membrana bilingui Archivi Neapolitani — n.° 7.)

EIUSDEM RECENS VERSIO

† Hic est catalogus hominum, quos ego Comes Rogerius donavi Eremitis Styli qui habitant Arsaphiae, mense februario, indictione V.

(*Quum in antiqua versione nihil immutatum sit quoad hominum datorum nomina, ipsa heic omittuntur.*)

Confirmo autem vobis vel praeter hoc omnes advenas venientes in regionem Eremitarum, ut eos habeatis sine cuiusquam impedimento, quia commendati vobis fuerunt. Haec omnia tradidi Eremitis Styli pro spirituali salute mea meorumque parentum et propinquorum, ut ipsa habeatis sine molestia Strategorum, Viccecomitum, Turmarcharum, ceterarumque omnium potestatum. Et ad maiorem securitatem (*hoc privilegium*) meo plumbeo sigillo signatum est, mense et indictione supradictis, anno 6605.

LXI.

(1097) — Mense Iunio — Indict. V.

Alexius Comnenus mittit ad Oderisium abbatem Casinensem libras octo solidorum michelatorum et pallium triacontasimum pro precibus, quibus eius incolumitatem a Deo deposcebat.

Epistola eiusdem imperatoris (*Alexii ad Oderisium abbatem*).

Quae per praesentes nuntios vestros misse sunt littere vestrae. allate sunt imperio meo. honorantissime abbas cenobi Sancti benedicti de monte casino, et perlecte sunt ei, et ea quae continebant scripta intellexi, et dilexi circa eum vestram bonam dispositionem, quoniam dum non vidissetis imperium meum, summopere oratis pro eo. Viscera habentes circa eum. et in hoc aspicitur vestra virtus quae extat in vobis, quoniam et pacem praecepto dei observatis. cum imperium meum quem numquam vidistis. taliter ex

intimo cordis diligitis. et oratis; quanto magis in illis quos vidistis atque cognoscitis. pacem proximi observatis. imperium meum debebat in hac praesenti estate descendere apud durachium. ad videndum comites qui in laggobardia sunt. et pactum ponere cum eis. de his quae scripserunt imperio meo atque mandavere. ipsi vero atque romani. sed accidit imperio meo infirmitas maxima. Idcirco prolongatum est aptum tempus. et ad praesens dimisit descendere apud durachium. Si dederit deus incolomitatem imperio meo; ibit in alio tempore. in principio aestatis. deo prosperante. Sed tamen vos orate imperio meo. et deus dispensabit quod proficuum est imperio meo. ac vobis omnibus. Missae sunt vobis causa memoriae ab imperio meo libre octo solidorum michalatorum. et pallium triacontasimum super altare vestrae ecclesiae. Missa est Mense junio. jndictione quinta a constantinopoli.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXVII verso, n.° 148.)

LXII.

(1097) — Mense Augusto — Indict. V.

Alexius Imperator laudat abbatem Casinensem ac reliquos coenobitas, et precationes, quibus sospitatem eius a Deo flagitant, sibi pergratas esse declarat.

Epistola eiusdem imperatoris. ad eundem abbatem.

Et ab omnibus qui de ipsis partibus veniunt nobilibus ac virilissimis comitibus atque ducibus immo et ab ipsis honorandis praesulibus; certificatum est imperium meum serve dei propinque prudentissime ac sapientissime abbas de monte casino; de vestris maximis virtutibus. Et qualiter semper indesinenter opus habes operari omnia quae deo acceptabilia sunt. et non solum vester labor talis est; sed disciplinae atque ammonitiones vestrae circa eos tales sunt; acceptabiles deo et homines illuminantes. et quamvis minime te specialiter aspexit imperium meum. et satiatum est de vestris sanctis orationibus; sed ita dispositum est circa vestram venerabilitatem; quasi vos propriis oculis aspexisset cotidie. et loqueretur vobiscum indifinite. Et vult quatinus ad memoriam eius veniam cum vestras sanctas atque venerabiles orationes funditis ad deum. Et per vestras honorabiles literas sepius scribite nobis declarantes de vestris actibus et de his qui sub vobis sunt atque de ipsis partibus. De his autem quae de peregrinis dicendum est; qualiter deus prospere se habuit circa nos et circa illos usque ad praesens; novit imperium meum quod audistis a plurimis. Audiens autem apertius et ab istis nuntiis nostris. Missa est. Mense augusto, jndictione quinta a sanctissima urbe constantinopoli.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXVII verso, n.° 147.)

LXIII.

1097 — Indict. V.

Dotali instrumento denotantur bona mobilia et immobilia, quae ex parte Alpharanae et Ioannis inter se nubentium datum iri spondebatur.

† Ἐν ονοματι τοῦ πατρος και του υιου και του αγιου πνευματος. παναγια θεοτοκε, σὴν τὸ μωνογενει σου υἱῶ καὶ θεῶ ημων ευτυχὸς βοὴθει ἡμῖν. ἐσιν τὰ οφοὶλοντα δοθηναι παρ ἐμοῦ υασιλιου προς τὴν εκ

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Sanctissima Deipara simul cum unigenito tuo Filio et Deo nostro feliciter nos adiuva. Haec sunt, quae ego Basilius daturum me spondeo divinitus mihi concessae

θεοῦ δῶθεντα μοὶ συνγενοισσα ὀνόματι αλφαρανα· διδωμι δε αυτη ὁθωνὴν καὶ μοναπλω. καὶ σκουλαρικοιον. καὶ καλλιγια. καὶ μανδιλη. καὶ λογων μεν θεορεθρου β' μοδια χωραφιων εις τὴν τόπωθεσηαν του καλαυροῦ. πλησιον πρεσβυτερου σπανοῦ. τό δε εμῶ αδελφω απο οσπιτιων χωραφιων αμπελιων· ἡμεροδενδρίων ορους μυλων την μεριδα εκ της πατρικης καὶ μητρικης κληρονομιας κατ αδελφον. καὶ τὰ ελεη του θεου.

† (παναγια τριας ο θεος ημων βοηθει ημιν. εισιν τα οφειλοντα δοθηναι παρ εμου) . . . . προς τον (εκ θεου μελλοντα γενεσθαι γαμ)βρων ονοματι ιωαννην διδωμι δε αυτω κρευαντοστροσιν εχοντα σαγιδας β' και προσ(κεφαλαιον . . . . . σαγκοιν. καὶ στεγατον καὶ τι)γανην καὶ πελεκην ομοιως. . . . . (δια φορεσηαις καὶ απο) οσπιτιων χωραφιων αμπελιων ἡμεροδενδριων . . . . . .(την μεριδα) εκ της πατρικης καὶ μητρικης (κληρονομιας κατ αδελφην. καὶ τα ελεη του θεου· εγραφη) ὑ παρουσα πριξ δια χειρος. . . . . πρεσβυτερου θεοφανιου προσταξαιως του κυριου ευστρατιου καὶ κριτου. . . . . ινδικτιωνος ε'. ετους ϛχε'. . . . . .

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 15.)

mei fratris uxori nomine Alpharanae. Do ipsi tunicam, et indusium, et inaures, et calceos, et mantile, ac ratione donationis ante sponsalia praedium duorum modiorum, situm in loco ubi dicitur de Calabro, iuxta bona presbyteri Spani. Do autem meo fratri de aedibus, agris, vineis, arboribus fructiferis, monte et molendinis fraternam portionem paternae et maternae hereditatis, et Dei misericordiam.

† Sanctissima Trinitas, Deus noster adiuva nos. Haec sunt quae ego . . . . daturum me spondeo Ioanni, qui divinitus mihi futurus est gener. Do ipsi lectum habentem duo stragula, et cervical, ... et culcitam, et patinam, et sartaginem, et securim; similiter . . . . . pro indumentis, et de aedibus, agris, vineis, arboribus fructiferis. . . . . portionem paternae et maternae hereditatis sororiam, et Dei misericordiam. Scriptum est praesens dotale instrumentum manu. . . . . presbyteri Theophanii de mandato domini Eustratii et Iudicis. . . . indictione V, anno 6605. . . . . .

LXIV.

(1097) — Mense Septembri — Indict. VI.

Odo Marchisius Sergio monacho donat ecclesias sancti Phantini et sanctae Cyriacae, cum facultate aedificandi ibidem monachorum domos.

† Σιγιλλιον γεναμαίνον παρ αιμου οτου μαρκησι και επιδωθεν προς σε μωναχον σεργιὸν μινι σεπταίνυριω εις τας ια' ινδικτιωνος ϛ'

Επιδὴ εβρὸν σε ανδρα πιστὸν και φρονιμὸν ωιτα και εν ταις του θεου οδις περι πολεως υονατου· αγγελικο σχιματι ευκλεΐζομενὸς κατα τὼν αποστωλον παυλον τον λεγωιτα τις αγαπωσὴν των θεον παντα συνεργι εις αγαθον αγλαοφεγγῦς περιεπὸν και απαξ απλὸς πασὰν αρετην αγαθην εν σι ω φιλαγαθος θεος εδορισατο νου τε και πραξη και θαιορῖα ος εντεταλται εν τοῖς του ευαγγελου λογις πυὴν τε και διδασκειν σιλλιυδὴν δα μιτὴν εν σὶ τα παντα πεπληρονται· και δαιον εστὴν τους τὶς εκκλησιας τροφ.μοῦς επαγριπνῖν και φιλατγὴν ανεπιμὶκτὸν· πασις ακαθαρτου ε-

† Sigillum factum a me Odone Marchisio et traditum tibi monacho Sergio, mense septembri, die XI, indictione VI.

Cum exploratum mihi sit te esse virum fidelem ac prudentem, et in viis domini in ambitu civitatis Bonati monastica vita celebrari, secundum Apostolum Paulum, qui diserte ait: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; et uno verbo cum omnem eximiam virtutem tibi Deus bonis amicus elargitus fuerit, ut mente, actionibus et disciplina, quemadmodum praescriptum est in sermonibus evangelicis, opereris et sacras ad populum conciones habeas; in universum cum omnia in te sint perfecta, et cum oporteat pro ecclesiae alumnis advigilare, eosque

πιτης οπος υλαστανον κατα θεον αξηα πολληφορον αποδωσι τω κυριω τον καρπον τουτοις ουν τις υχυαισιν τον ευσεων μοναχον ευρον σε επακολουθουντα τι του θεου ημον προνοια και τι πραϊσυια της αχραντου θεοτοκου και αηπαρθενου μαριας και παντων των αγιων· και υπερ παρακλησεος ετισιν και τον εμον αρχοντων και δουλευοντων· εγδιδομαι προς σε τον πανσεπτον ναον του οσιου πατρος ημον φαντινου του σκηδου και τον πανσεπτων ναον της αγιας καλλινικου μαρτυρος κυριακης τον φιταλιτην του πιεισε εν αυτες κατικυμα τον μοναστων οσαυτος διδομαι σι αυτες συν των προαυληον αυτον οις τον αγιον φαντινον απο του σουρυιανου τον ωντα ις την επανου μεριαν της εκκλησιας και καταυεννι ει υαθια οπου υπαρχει τω αγηον ειδορ· και κατερχεται εις την μιξην τον νερον· και αναυεννι ο αρμος και ανερχεται μαιχρι της ροπας και υπαγι τα εισα το χαιταριν και συκλυι εις το προγραφεν σουρυιανον· ομιος και ις την αγιαν κυριακην απο την αγριμιλιαν ατινουσαν εις το επανοθαιν μερος τις εκκλισιας και καταυεννι τα ισα μεχρι του ποταμου και αναυεννη τα εισα του ικου της φιλλης της ταγγαριας. και ανερχεται εις τους αυουκκους ανω και συκλει εις την προγραφεισαν σαγριμιλιαν· ταυτα δορουμαι προς σε υπερ λιτρου και αφαισεος τον εμον αμαρτιων και τον εμον γονεον σιγγενον τε και αδελφων και τεκνις τεκνον μου ομιος δορουμαι σι και τουτο οσσους δ αν εχυς νοθιους φερειν εκ τας περιεξυς χωρας ανθρωπους λαικους μοναχους ιερις τε και καλογραιας του ιναι αυτους ανεπαφους εν τι αγια του θεου εκκλησια· ομιος και εκ τους μοναχους τους οντας εκ την εμην χωραν οσσους δινιθης φερην εχης σαυτους απεριποπος διχα πασις καινοτομιας μεχρι υιου ζοις σου του μι εχην εξουσιαν τινα του επαξαι τι προς σε· ει εις τους μετα σαι μαιλλοντας ιναι μιτε πεδον μου μιτε τις εκ του κατ εμου μεροις μιτε στρατιγος μιτε υισκομης μιτε τουρμαρχης· μιται ποιησε . . . . . μεχρι ουολου ενος· ει μι εις ομας και εις τους εμους διαδοχους τελλη σε τουτω· του μνιμωνευειν μας εν τοις ειερις διπτιχυς και ετερον αυθεντην μι γνωριζη ει μι αιμε και τους εμους διαδοχους· ου πραιπειν μοναχυς γνωριζην λαικην αυθεντιαν. επιδι προς περισσωτεραν πιστωσιν και ασφαλειαν αποδιξην εποιησα σοι τω παρον σιγηλλιον του εχη σε αυτω προς ενδιξην παντον ανθρωπον τεκνα τεκνων μου αχρι υιου ζοις σου ωστις δι φοραθη μαιτατρεπων το παρον σιγιλλιον ου μικραν

tueri immunes ab omni impura cogitatione, ut digna Deo germinantes, copiosum edant Domino fructum; cumque haec vestigia piorum monachorum te consectantem invenerim, providentia Dei nostri et auxilio immaculatae Deiparae et semper Virginis Mariae Sanctorumque omnium, et rogatu ac postulatione meorum procerum et famulorum, trado tibi venerabile templum sancti patris nostri Phantini de Scido, et venerabile templum sanctae et invictae martyris Cyriacae de Phitali (*cum facultate*) aedificandi ibidem monachorum domos. Item dono tibi praedicta (*templa*) cum suo utriusque ambitu; quorum qui ad sanctum Phantinum spectat (*incipit*) a Surbiano extante ad partem superiorem ecclesiae, et descendit vallis, ubi occurrunt Sancti Latices, et vadit ad confluentem Nigri, et ascendit Armus usque ad virgulta, et recta ducit ad verticem, et clauditur ad praedictum Surbianum. Ambitus vero sanctae Cyriacae (*incipit*) ab Agrimilia, quae respicit superiorem partem ecclesiae, et descendit recta usque ad flumen, rectaque ascendit domum Phillae de Tangaria, et pergit ad Abuccos superiores, et clauditur ad praedictam Agrimiliam. Haec dono tibi pro redemptione et remissione peccatorum meorum meorumque parentum et consanguineorum ac fratrum, et pro natis natorum meorum. Item dono tibi quotquot potueris peregrinos adducere ex circumposita regione homines, seculares, monachos, presbyteros et moniales; ut illaesi degant in sancta Dei ecclesia. Item et ex monachis qui sint ex mea iurisdictione, quoscumque arcessere potueris, habeas ipsos, amota omni molestia et detrimento, usque ad finem vitae tuae; et nemo habeat potestatem te tuosque successores vexandi, nec filii mei, nec aliquis ex parte mea, neque Strategus, neque Vicecomes, neque Turmarcha, nec faciendi . . . . . usque ad unum obolum, nisi mihi meisque successoribus hoc tu feceris: et nostri commemorationem facias in sacris diptychis, nec alium agnoscas dominum praeter me, meosque successores; nam dedecet monachos recognoscere seculare dominium. Ad pleniorem vero fidem et securitatis argumentum feci tibi praesens sigillum, ut habeas illud pro documento apud omnes homines, natosque natorum meorum, usque ad tuae vitae exitum. Si quis vero deprehensus fuerit eversor praesentis

τὶν αγανακτισὶν αφ ἡμου υποστισεται ει δε τις φωραθὶ εκ του κατ ἡμου μαιρους· εκ τον ἡμον διαδοχων ακυρωσε υουλλομενος το παρων σιγιλλιον εστω κεκατυραμενος παρα κυριου θεου παντοκρατωρος· και παρα τον αγιον και θεοιδειον αγγελον αποστολων μαρτιρον προφιτων εσιον διδασκαλων και αειδιμον γινεκον· κληρονομιν δ αυτον και τω αναθεμα παρα πατρος και υιοῦ και αγιου πνευματος και παρα τον τιή αγὶον πατρον τὶν λεπραν καρπουμενος γιεζὶ του παιδαριου γεναισθω κλιρος αυτου μαιτα του ιουδα του προδοτου και τον κραξαντων αρον αρον σταυροσων χανι ἐ γὶς και καταπιὶ αυτους ος δαθαν και αυιρῶ· και εξοριστος τὶς αγιας του θεου εκλησιας. . . . . .
. . . . . ειθ ουτω στεργὶν και εμμενειν το παρον σιγιλλιον υευαιον. . . . . .

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 8.)

sigilli, non parum indignationis a me foenerabitur; quod si ex parte mea, aut meorum successorum fuerit qui infirmare voluerit hoc privilegium, maledictus sit a Domino Deo omnipotente, a sanctis et divinis Angelis, Apostolis, Martyribus, Prophetis, venerandis Doctoribus et Mulieribus in omne aevum sanctitate praeclaris, nec non sortiatur anathema a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, a tercentis octo et decem sanctis Patribus, lepram lucratus Giezi puellae, et consors sit Iudae proditoris, et eorum qui clamaverunt: Tolle, tolle, crucifige; dehiscat sibi tellus, et absorbeat ipsum, sicut Dathan et Abiron, et seiunctus sit a sancta Dei Ecclesia . . . . . et nihilominus firmum et stabile permaneat praesens sigillum. . . . . .

LXV.

1098 — Mense Iunio 24 — Indict. VI.

Robertus, Guilelmus et Umfridas fratres de Caucigiano donant monasterio S. Mariae de Pertusia praedium situm subtus viam Consinam.

† σήμειον χείρος ρομυέρτος † σὴμειον χείρος γοῦἡδέλμος † σήμειον χειρὸς ὀνφρῆδα εἰοῖ τοῦ γοῦἡδελμος του καῦκιγιάνου· καὶ αὖθὲντις τοῦ κακιάνου· ὁ τὸν τίμιον καὶ ζῶόποιὸν σταυρον εποιήσαμεν ἰδια ἡμῶν υοῦλὴν· αμφὴἐρωσιν ἡμεῖς ει τρὶς εις τὴν αγίαν θεοτοκον τῆς περὶτοῦσας· τὸ χῶρὰφιον τὸ ἡτον τοῦ ιωαννου τοῦ αλητζη κάτο τὴν στράτα κόνσίνα· περὶ ψυχῆς τοῦ πατρός μοῦ καὶ τῆς μητρός μου· καὶ τῆς εμῆς ψυχῆς· τοῦ ἐχεται εξουσίαν οἱ αδελφοῖ τοῦ δοῦλεύιν εις τὴν μονὴν τῆς ὑπεραγίας θεοτοκου· γεήπονὴν· ὥς τὴν δεσποτίαν καὶ εξουσίαν παρ ἡμῶν ηλίφοται· ἐστιν δὲ περὶόρησμὸς τοῦ αὖτοῦ χωραφίου· ανατόλικὸν μέρος ει στράτα· η δεμόσία· καὶ ρίκτὴν η σέτα τῆς ὀλιθας· καὶ δηδι κάτο τοῦ λάγκου· καὶ ἡπαϊ το συνόρι τοῦ ὀκλιφάυα· καὶ ρίκτὴν εις τον λίθον μέγα· καὶ ἡπαϊ περὶ τὸ δρίε· καὶ δίδη ἄλλη λίθον στερέον· καὶ δήδι εις τὸν λίθον μέγα τὴν στράτα· καὶ ανκυαίνει ἡ στράτα· ἑως εἰς τὴν στράτα κόνσίνα· ἡ δ ὅπερ οὐκ ἡγοῦμεν φοραθή τὶς επενοχλὴ ἡμᾶς περὶ τὸ τιούτω χωραφίου· εν πρώτις εχει τὸ ανάθεμα παρὰ πατρος καὶ υιου καὶ αγίου πνειματος· καὶ τῶν ιβ'·

† Signum manus Roberti. † Signum manus Guilelmi. † Signum manus Umfridae filiorum Guilelmi de Caucigiano et domini Caciani. Nos tres, qui venerandam et vivificam crucem signavimus, de propria nostra voluntate offerimus S. Mariae de Pertusia praedium, quod erat Ioannis de Alitza, situm subtus viam Consinam, pro anima nostri patris, et nostrae matris, ac nostra ipsorum; ut fratres qui monasterio SS. Deiparae inserviunt, potestatem habeant terram colendi, utpote qui dominium et potestatem a nobis acceperunt. Sunt vero fines eiusdem territorii: ad orientem via publica, quae pergit ad Serram Olithae, et ad partem inferiorem vallis, et incipiunt fines Oclifabae, et pergunt usque ad saxum magnum, et inde usque ad quercum, ubi se offert aliud saxum stabile, et vadit usque ad saxum magnum, quod est iuxta viam, et ascendit via usque ad viam Consinam. Si vero, quod fore non putamus, molestiam quis afferre vobis quoad hoc praedium praesumpserit, in primis maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, a duodecim Apostolis, a tercentis

αποστόλων· καὶ τῶν τιή θεοφόρων πατρων· καὶ
ἔστο ξένος τῶν χριστιανῶν· καὶ ζημιοῦσθω εις τὸ πρε-
τόρι νομισματα λς'· καὶ ἄκων σιόπᾶν. Ἐν παρουσία
μαρτυρων † ελία υιος ότου του σάσσου μαρτυρ †
γιάκονου μαραλδου μαρτυρ † κοντίνου μαρτυρ † πρε-
σβυτερος κονσταντίνος του πρεσβυτερου δομίνικου μαρ-
τυρ † παπα λεὸ υισκομης μαρτυρ † εγράφη χειρὶ
νικήτου ἱερέος καὶ νοταριου μηνι ἰουνιος εις τάς κδ'.
ημερα πεμπτη· ετους ϛχϛ' ινδικτιωνι ϛ'· τὸ αυτω
χρόνο εκάθι ὁ κομης ρουγγέρης απάνο τῆς κάπουας †.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 16.)

octo et decem divinis Patribus, et separatus sit a christianorum communione; tum poenae nomine solvat Praetorio numismata sex et triginta, et invitus taceat. Actum coram testibus: † Elias filius Oti de Sasso testis. † Iacobus Maraldus testis. † Continus testis. † Presbyter Constantinus filius presbyteri Dominici testis. † Presbyter Leo Vicecomes testis. † Scriptum manu Nicetae presbyteri et notarii, die XXIV mensis iunii, feria V, anno 6606, indictione VI, quo tempore Comes Rogerius obsidebat Capuam.

LXVI.

(1098) — Mense Iunio — Indict. VI — Constantinopoli.

Alexius Comnenus Imperator spondet Oderisio abbati Casinensi se, non secus ac superioribus temporibus, opem laturum Francis, eique suum epiloricum deauratum ut pignus benevolentiae mittit.

Epistola alexii jmperatoris. ad oderisium abbatem primum.

Quanta imperio nostro scripsistis venerabilissime ac sapientissime serve dei abbas cenobi casinensis; didici. Declarabat autem vestra epistola honorem atque laudem imperi mei. et omnipotentis quidem atque misericordis dei nostri est in me et in subiectis nostris propitiatio maxima. et beneficia eius innumerabilia. Et ipse quidem per eius misericordiam honoravit imperium meum. atque exaltavit gratis. Ego autem non solum quod nil boni habeo in me. sed maxime quia super omnes homines pecco ad eum cotidie. ut longanimis atque misericors miseretur atque sustinet meam infirmitatem. vos autem ut boni atque virtute pleni indicatis me peccatorem sicut bonum. et vos quidem habetis proficuum adeo imperium meum cum laudatur dignum laudis opus non habens; in condempnationem suam laudes possidet. ut autem adiutorium praebeatis forte rogo; exercitui francorum designabat vestrae prudentissime apices. sit inde certa vestra venerabilis sanctitas. quoniam ita dispositum fuit super eos imperium meum. et ita omnibus modis adiuvabit atque consiliabit eos; et secundum posse suum cooperatum est in eis; non ut amicus vel cognitus sed ut pater. et tale expendium fecit in eis. quem non potest aliquis numerare. Et nisi imperium meum ita apertum fuisset in eis. et adiuvasset eos post deum. quis alter adiutorium praebuisset eis; et neque iterum piget imperium meum auxilium dare eis. et gratia dei bene prosperantur usque hodie in servitio quo inceperunt. et in antea prosperabuntur quousque bona intentio praecedit eos. Multitudo ex equitibus atque pedestribus ivit ad eterna tabernacula. horum alii interempti alii mortui sunt; beati quidem sunt ut in bona intentione somnum mortis dantes. propterea minime oportet nos illos habere ut mortuos sed ut vivos. Et in vitam aeternam atque incorruptibilem transmigratos. In exemplum vere fidei atque bone dispositionis circa vestrum monasterium imperii mei; misit unum epiloricum de dorso suo oxydeauratum. Missa est mense junio jndictione sexta. A sanctissima urbe constantinopoli.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXVII, n. 116.)

LXVII.

1099 — Mense Februario 19 — Indict. VII.

Robertus Caciani dominus fundum donat monasterio S. Mariae de Pertusia.

† σήμειὸν χειρὸς ρομυέρτος αὐθέντι τοῦ κακιάνου. ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν εποίσαν ἰδία ημῶν βοι .ὴν· ἐδωκὰν εγὼ ρομυέρτος εις τὴν ἁγίαν θεοτο- ν τὸ μοναστηρὴν τῆς περτοῦσας· τὸ χωράφιὸν τὸ ἡτον του ιωαννου τοῦ αλύτζη· περὶ ψυχῆς μου· ἐν στιχίμα τιοῦτω· τοῦ ἔχεται οἱ ἀδελφοι τοῦ δουλευειν εις τὴν μονὴν· γέηπονὴν· πολὴν· χαρίζὴν· ὡς τὴν δεσποτίαν παρ εμοῦ ἠλίφατε· ἐστιν δὲ περὶόρησμὸς· τοῦ αὐτοῦ χῶραφίου· ανατολικὸν ἡ στράτα ἡ δεμοσία· καὶ από ἄρκτρο οἱ αὐτοῖ μοναχοῖ· καὶ δίδη περὶ τὸ σινόρη τοῦ ὁκλοῖφάυα σέργι· καὶ αναυαίνει τὸ ριάκι ἕως το λιθον μέγα τὸ ριάκι· καὶ αναυαίνει περὶ τὴν δρίει καὶ αναυαινει τα λιθάρια σιναξαμέναι· καὶ δίδη περὶ τὰ δύὸ λιθάρια· τὸ ἑν λίθον κατὰ τὴν στράτα· καὶ αναυαίνει καὶ κλίνη τὸ αυτὸ χῶραφιον τῆς μοναχοῖς· ἡ δ ὅπερ ουκ ἡγουμεν φωραθὴ τίς επενοχλῆ ημᾶς περι τὸ τιοῦτω χῶραφίον· ἑν πρώτις ἔχει τὸ ανάθεμα· παρα πατρος καὶ υιου καὶ ἁγίου πνευματος· και των τιὴ θεόφόρων· πατρων. καὶ ἔστω ξένων τῶν χριστιανων. καὶ εις τὸ διμόσιον νομισματα λς'. καὶ ἄκον σιόπᾶν. ἑν παρουσία μαρτυρων † γοῦήδέλμος ὁ αδελφὸς τοῦ αυθεντι † ὀνφρῆδα αδέλφὸς αυτοῦ μαρτυρ † ελία υιος ὀτου τοῦ σάσσου μαρτυρ † πρεσβυτερος κωνσταντινος τοῦ πρεσβυτερου δομίνικου μαρτυρ † παπα λεο βισκόμης μαρτυρ † λεο απο κορνητου μαρτυρ † νικολαος υιος οὔρσου κουσεντινου μαρτυρ.

† εγράφι χειρὶ νικητου ἱερεος καὶ νοταρίου μηνα φευρουαριου εις τας ιθ' ημερα σαββατου ετει ϛχζ'. ινδικτιωνος ζ'. †

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 12.)

† Signum manus Roberti domini Caciani. Ego Robertus, qui venerandam et vivificam crucem signavi, de propria mea voluntate concedo pro anima mea monasterio S. Mariae de Pertusia territorium, quod erat Ioannis Alitzi, hac conditione, ut fratres, qui monasterio inserviunt, habeant potestatem (*illud*) colendi, vendendi, donandi, utpote qui huiusmodi facultatem a me acceperunt. Termini autem eiusdem territorii sunt: ad orientem via publica; ad septentrionem ipsi monachi, et vadit usque ad terminos Sergii Oclifabae, et ascendit rivus usque ad saxum magnum rivi, et pergit usque ad quercum, et ad maceriam lapidum, et erumpit ad duo saxa, quorum unum est iuxta viam, et ascendit ac claudit praedictum monachorum territorium. Si quis vero, quod fore non putamus, ausus fuerit vos molestare de huiusmodi territorio, primum maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et a tercentis octo et decem divinis Patribus, et separatus sit a christianis; solvat etiam Fisco publico numismata sex et triginta, et invitus sileat. Praesentibus testibus: † Gulielmus frater domini. † Umfridas eius frater testis. † Elias filius Oti Sassi testis. † Presbyter Constantinus filius presbyteri Dominici testis. † Presbyter Leo Vicecomes testis. † Leo de Corneto testis. † Nicolaus filius Ursi Consentini testis.

† Scriptum manu Nicetae presbyteri et notarii, die sabbati XIX mensis februarii, anno 6607, indictione VII.

LXVIII.

1099 — Mense Februario — Indict. VII.

Rogerius Italiae, Calabriae et Siciliae Dux donat monasterio Sanctissimae Deiparae de Turre nonnullos homines de Sancta Severina, Tropaea et Rocca Nicephori.

† σιγίλλιον γινάμενον παρα ρουκερίου δουκός ἰταλίας καλαβρίας καὶ σικελίας· καὶ ἐπιδοθὲν τῶ ἁγιοτάτω καθηγουμένο τῆς ὑπεράγίας θεοτοκοῦ τῶν ἐπονομαζωμένων τῶν τοὔρρων τω κατηχητιρίω τῶν ἐρεμιτων κυρω υροῦνο καὶ τοῖς αδελφοῖς τῆς ρηθεῖσης μονῆς μηνὶ φευρουαρίω ινδικτιωνος ζ'.

τῶ τῶν ἐνάρετων ἀνδρῶν ἐπακοῦυν· καὶ τὰς αὐτῶν. ἐτίσυς ἐκπληροῦν, σευάσμιόν τε και θεῖον· καὶ τῶ θεῶ ἐυαπόδεκτον καὶ λύαν παρα πάσυν ἁρμοδιόῆατον δι ὃ δὴ καὶ ὁ προλεχθῆς υροῦνος ὁ καθηγούμενος τῆς προγραφῆσης μονῆς τῶν ἐρεμίτων, ἠτήσατο τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν τοῦ δορήσασθαι εἰς τὴν μονὴν τῆς ὑπεράγίας θεοτοκοῦ τῆς τοὔρρης· ἀνθρῶπους εἰς τῶ ἐκδουλεῦῃν αὐτῆ καὶ εἰς τοὺς ἐν αὐτῆ μοναχοὺς· δι ὧν ὑπερ λύτρου καὶ αφέσεως τῶν ἐμῶν γονέων δοροῦμι καὶ ἀποχαρίζομι· προς τὴν προλεχθῆσαν μονῆν καὶ εἰς τοὺς ἐν αὐτῆ ἀδελφους ἀνθρῶπους ὧν καὶ τὰ ονοματα ἐνταὔθα λέξομαι· λεγο δί εἰς τὴν ἐπαρχίαν σκήλλακος· ἰῶαννης πλάκηδας· τοὺς υιοὺς γάυδιλα· οὔρσον του χρύσανθου· ἰῶαννης ὑπομνῆσκιος· λέῶν τοῦ ἁγίου φλόρου· οὔρσον τοῦ χρυσοῦ· λέον σευηριτάνος· ἐυσταθιος ἀδελφὸς λέοντος μακρῆ· οἱ πέδαις μουλὲ· οὗτοι οἱ προγραφένταις, ὡρμοῦνται ἐκ τῆς διακρατησεως ἁγίας σευηρινας· καὶ οὗτοι εἰσῦν ἐκ τῆς διακρατίσεως τροπαίας· κωνσταντίνος τοῦ παγκάλλου· νικηφωρος τοῦ περδευοῦα· νικόλαος παρτζελλοῦτζης· οὔρσος μανδιλάς συν τῶν τεκνῶν αὐτοῦ· νικόλαος τοῦ διάκου· τοὺς παῖδας τοῦ αλεκτοράκη· ἰῶαννης ρογός· κωνσταντίνος μανδιλάς συν τοῦ αδελφοῦ αὐτοῦ· καὶ οὗτοι ὑπηρχον ἐκ τῆς διακρατησεως ρῶκκας νικη-

Anno ab incarnatione domini nostri iesu christi millesimo nonagesimo nono. Ego Rogerius Dux Apulie. calabrie. sicilie. cognoscens. quod quicquid uni ex minimis domini servis pro ipsius amore impenditur ipse dominus non servo sed sibi factum acceptumque protestetur. dicens. quod uni ex minimis meis fecistis michi fecistis. unde etiam beato martino apparens. ut elemosinam quam pauperi martinus tribuerat. se ipsum accepisse monstraret; non in nitore gloriae sed in eadem paupertina veste astitit dicens. martinus adhuc catecuminus ac me veste contexit. simulque confidens me nullo modo perditurum sed in eterna retributione recepturum. si quid ecclesiis donavero maxime illis in quibus religiosorum fratrum conventum deo placide servientem cognovero; Anno ducatus mei quartodecimo. dedi ecclesie Sanctae Mariae quae in heremo sita est loco qui ab incolis turris dicitur. villanos quos apud squillatium habebam. maxime pro Dei amore. et partim pro donni ac magistri Brunonis qui tunc monasterio praeerat. reverentia et dilectione. quod ut ad peccatorum meorum remissionem. simulque ad patris mei matrisque meae et omnium parentum meorum salvationem proficeret. hanc inde scribere cartam feci. et nomina singulorum villanorum hic annotari precepi. hec sunt nomina illorum. Iohannes placidus. filii gadile. Ursus de crisanto. Iohannes epominisco. Leo de sancto flore. Ursus de criso. Leo soveritanus. Eustati frater leonis macri. filii mule. Hi in antea apud Sanctam Severinam manebant. Ceteri sequentes de torpeia fuerunt. Constantinus de pancallo. Nichiforo de perdevo. Nicolaus de sparthelutis. Ursus mandilat cum suis filiis. Nicolaus de diaco. filii alleptorache. Iohannes rogus. Constantinus mandilas cum suo fratre. Sequentes vero de Nichifola fuerunt Iohannes platogeni. Basilius scapu de horio cum suis infantibus. Cosmas cum suo filio. Hoc etiam presente Archiepiscopo regitano. Rogerio. sigillo meo et subscriptis testibus

Sunt vero fines eiusdem praedii: ad orientem via quae venit e Cyr-Zosimo, et pergit ad S. Paulum, et a quercu, ubi crucem fecimus, ut descendit serra ad eamdem partem orientis aream usque, quae est post duas serras, et ab area ut rursus vadit serra septentrionem versus, et iungitur deorsum cum via, quae venit a S. Petro de Mallia, ad quercum, ubi crucem fecimus in inferiori parte territorii, et sicut vadit dicta via a quercu usque ad locum, ubi deflectit parum ad partem occidentis, et vergit ad eamdem partem occidentis oblique deorsum, et ducit ad quercum ubi et aliam crucem fecimus in parte inferiori territorii fratris mei Constantini, et sicut descendit a quercu rivulus usque ad Spartum similiter occidentem versus, et a Sparto ut ascendit usque ad fraxinum, ubi crucem fecimus, et a fraxino ut ascendunt termini meridiem versus, qui dividunt ipsum territorium a territorio fratris Constantini usque ad superiorem partem territorii quod possidet Seremelus, et iungitur cum praedicta via, qua itur ad S. Paulum, et cum priori quercu, unde termini incipiunt, et clauditur territorium ex omni parte. Ut tu supradictus dominus Falcus ex hac hora, et in omnes insequentes annos et secula seculorum, habeas in potestate tua praedictum territorium, et omnia facias tamquam dominus, utpote qui dominium et potestatem a me accepisti. Quod si qua occasione vel tempore quisquam ex meis consanguineis molestiam de hoc territorio inferre tentaverit, sive filius meus fuerit, sive frater, sive quisquam ex parte mea, tenear obstare et vindicare te ab omni contraria persona: si vero hoc facere neglexero, sed, quod absit, facti me poenituerit, tenear poenae nomine solvere Fisco solidos sex, et tibi emptori duplum pretii; et nihilominus praesens venditio firma, stabilis et inconcussa remaneat, quoniam sic mihi placuit. Praesentibus fide dignis testibus, qui interfuerunt.

† Rhaus filius Ioannis faber ferrarius testis subscripsi.

† Andreas frater eius testis subscripsi. † Felix filius presbyteri Theodori Antiochi testis subscripsi.

† Leo consobrinus presbyteri Ursini de Noha testis subscripsi.

υπεγραψα.

† λεων ἀνηψιος τοῦ πρεσβυτερου οὐρσίνου τῶν νοῶν μαρτυρ υπεγραψα.

† ρικος της λαμυκρδας μαρτυρ υπεγραψα. † πετρος της ἀλτρονδας μαρτυρ υπεγραψα. † εγραφη ἡ παρούσα ὀνισία δια χειρος νικολαου νοταρίου εκ πρόσταξεως τοῦ κυρ ἡμοῦν στρατηγου μηνι μαιω εις τας δ' ἡμέρα. . . . . ζ' ινδικτιωνος ια' του ϛχκϛ' ετους.

† Rhaus de Lambarda testis subscripsi. † Petrus de Altronda testis subscripsi. † Scriptum est praesens instrumentum venditionis manu Nicolai notarii de mandato domini Ivonis Strategi, die IV mensis maii, feria... (*hora*) VII, indictione XI, anno 6626.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 22.)

LXXXVI.

(1118 — Indict. XI.) — Constantinopoli.

Alexius Comnenus Imperator mittit libras XXV (sic), et pallia novem ad Gerardum abbatem Casinensem, cuius et reliquorum monachorum laudes innuit.

Epistola alexii imperatoris. Girardo abbati.

Notum est sancto jmperio nostro venerabili et laudabili domino abbas monti casini eo quod sit repletus multa benignitate. et omnes fratres congregationis tuae etiam omnes laici veniunt ad consilium tuum et ad bonitatem tuam. et gratias deo qui in istis malis diebus invenitur tantam bonitatem in te. at laudabiles inveniuntur in te omnes qui voluntatem dei faciunt. Et in vestris partibus inveniuntur homines intellectuales. qui sunt in adiutorio anime et corporis. auditum est nostro imperio quod nobilissimus rex fecit cum nobiles homines de roma. et quod fecit ad sanctum papa et ad clero ejus. et cum hoc audisset factum angustiatus sum. sed quod placuit deo hoc factum est. Ipse inde iudicet. sed credimus quia de tam grandis causa deus aliquod iudicium debet ostendere. Ad salvationem omnium animarum et corporum quia deus intellegit omnia et gubernat totum mundum ipse faciat quod ei placet. Misi vobis casa memorie ab imperio nostro pallia octo. libbras XXV. et pallium super altare vestrae ecclesiae missa a sanctissima civitate constantinopoli.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXIX, n.° 151.)

LXXXVII.

1121 — Mense Aprili — Indict. XIV.

Nicolaus Mauroleo Iudex Sanctae Severinae sententiam confirmat, qua bona aviae cuiusdam Callutzi inter heredes dividebantur, et in quam idem Callutzi actionem instituerat.

† ὡς ἐπροσέκριθη τότε καὶ κατα νόμον ἐδικαιολογιθη, ἡ γεναμένη δίκη καὶ ἔγκλησης παρα τοῦ καλλούτζη τοῦ ἀρτίως πρὸς ἡμᾶς πάλιν εγκαλούντος· καλῶς ἔκριναν καὶ καλὼς αὐτῶ απόδωκαν μετ εγγράφου δικαιῶματος τοῦ ἔχειν το ἡμήσυ μέρος τῆς κυραρωδοὺς πῆς γυναικο προμάμμης αὐτοῦ· ἄλλα τότε μὲν, οὐχ ἐπήρχεν ἡ τῶν κοψορίνων ὑπόστασις καὶ

† Quemadmodum olim iudicatum fuit, et ex lege fuit lata sententia in lite et accusatione facta a Callutzi, qui nuper apud nos iterum actionem instituit, recte quidem iudicatum fuit, recteque ipsi scripta sententia concessum, ut haberet medietatem Cyrarodi mulieris aviae ipsius; sed tum quidem nondum Copsorinorum bona et hereditas divisa erant, et de-

κληρονομία μοιρασμένη· καὶ ὀνόμασαν καὶ ἐτύποσαν πρότην μοίραν τῆς κυραρωδοὺς ἐν τῶ δικαιῶματι καὶ τὰς ἀδελφικὰς ἄλλας μοίρας καθεξεὶς· μετέπειτα δὲ, ἐμοιρατθη ἡ επίκοινος αὐτῶν ὑπόστασις, καὶ ἐν τῶ κόδικη τοῦ μοιρογραφίου ὀνόμασαν καὶ ἔγραψαν πρότην μοίραν τῆς τοῦ θηλάκη γυναικὸς ἡθ οὑτος ἐτύποσαν καὶ ἔγραψαν ἄλλην μοίραν τῆς κυραρωδοὺς· καὶ τω τῶν ἑτέρων αδελφῶν μέρει καθὼς ἐγράφησαν καὶ ἐτάχθησαν· δι οὗ καὶ ἡ σειμήωσης αὕτη· σημένη τὴν καταλογὴν τοῦ προτέρου δικκιῶματος· δι ὅτι ὀνομαζεται ἐκεῖ πρότη μοίρα τῆς κυράρωδοὺς· του επαλιθέυειν τῶ δικκίωμα καὶ μὴ ψεκτον φανείσεται ὁ ρηθὴς καλλούτζιος ἔκ τοτε ἀδικούμενος καὶ ἐιαντιοῖμενος εἰς τὴν δικαίαν μεριδα τῆς γυνὴς αυτοῦ. παρὰ τοῦ μέρους τῆς κυρὰς ἀνὴς· πρὸς ἐμὲ κώνσταν νοτάριον καὶ στρατιγὸν ἁγίας σευηρίνας καὶ κροτόνης, καὶ πρὸς νικόλαον μαυρολεοντα τὸν κριτὴν καὶ προς τοὺς συνώντας ἡμῖν ἄρχωντας· τόν τε κυρόν νικόλαον τον γουρτούτον· καὶ τὸν κυρόν νικόλαον τὸν ἐλαδὰν καὶ τὸν κυρόν λέων τοῦ μαγίστρου. μιχαὴλ νοτάριον τοῦ μακέδου, ἀλέξιον τοῦ μαλακιανοῦ· καὶ λυποῖς· εν ταύτη πᾶσι τῆ ταξει τῆς προκαθεδρείας ὁ καλλούτζιος ἐγκάλεσεν ἡμῖν ἣν αδικίαν πέπονθε. ημεῖς δὲ τὴν ἔγκλησιν αὐτοῦ ἀκούσαντες, καὶ το προἐκτεθὲν αυτῶ δικαίωμα ἐπι χεῖρας ἡμῶν δεδωκὼς τοῦτω ἀναγνώσαντες, ἐγνώσαμεν κατα δικαιοσύνην αὐτῶ πεφυνῶτα· τῶ αὐτῶ καὶ ἡμεῖς ἐστέρξαμεν καὶ ἐμμείναμεν. διά τι. καὶ ἡ τῶν ἀρχόντων τάξεις. μετ εμοῦ τοῦ κριτοῦ εξήλθωμεν, εἰς τὴν ἔξω τῶν κοφορίνων κληρονομίαν, καὶ τῶ μέρος τῆς κυραρωδοὺς ἐμοιράσαμεν εἰς μέρει δύο, καὶ το κατα δυσμὰς μέρος το συνεγγύζωντα τοῦ θηλάκη ὡς κατέρχεται το μέσα ραχώνη τῶν δύο υαθύων καὶ δηδη εἰς τὸν οὔμβρον καὶ εἰς τὸ δειδρον ὅπου το ἐκ λίθου τερμόνην ἐπίχθη· καὶ ἀπ αυτοῦ κάτω εἰς τὸν κάμπον ἐν ῶ τὸ ἕτερον τερμόνη καὶ διάπερνὰ τα ἴσα καὶ δήδη εἰς τὴν μικρὰν καριδίαν ὅπου το ἐκ λιθου τερμόνην επίχθη· τοῦτω το μέρος ἔλαυεν ὁ καλλούτζις. το δ ἄλλο ἡμήση μέρος ἐξ αυτοῦ τοῦ μέρους τῆς κυραρωδους ἔλαυων οἱ τοῦ κυρου δανιὴλ παίδες καὶ οὗτος ἐσημειῶθη καὶ ἐμοιρατθη εις δύο μέρει ἡ τῆς κυραρωδοὺς μερὶς· δι οὗ και το παρὸν ἀποδοτικὸν ἐκτέθη παρ εμοῦ νικολάου μαυρολεοντος καὶ κριτου ἁγίας σευηρίνης ἐν ῶ καὶ πρὸς επικύρωσιν καὶ υεναίωσιν τοῖς μετεπειτα αὐτοχειρί μου ὑπέγραψα καὶ ἐσφράγισα τῆ δια κιρίου ἡμῶν υούλλη. μηνι απριλ-

signata in sententia atque constituta fuerat prima pars Cyrarodi, ac deinceps ceterae partes fraternae. Divisa porro fuerant bona eorum communia, et in chartula divisionis designata et descripta fuit prima pars uxoris Thelacis; et ita reliqua pars Cyrarodi constituta et designata fuit ceteris quoque fratribus, sicut describebatur ac disponebatur, et prout ipsa acta iudicii ostendunt recensionem bonorum in priore sententia: quapropter designatur ibi prima pars hereditatis, ita ut vera et non mendax appareat sententia. Praedictus vero Callutzi ab eo tempore iniustitiam et adversationem passus, quoad partem ad eius uxorem spectantem, partem nempe dominae Annae, apud me Constam notarium et Strategum S. Severinae et Crotonis, et Nicolaum Mauroleonem Iudicem, et proceres qui nobiscum erant, dominum Nicolaum Gurtutum, dominum Nicolaum Eladan, et dominum Leonem de Magistro, Michaelem notarium de Macedo, Alexium de Malaciano et ceteros, apud omnem hunc consessum questus est de memorata iniustitia, quae ipsi illata fuit. Nos vero cum audivissemus querelam ipsius, et eamdem sententiam nobis traditam legissemus, cognovimus ipsam ex iure latam fuisse, eamque nos quoque confirmavimus, et comprobavimus. Quare et procerum ordo et ego Iudex una accessimus ad hereditatem positam extra praedia Copsorinorum, et partem Cyrarodi bifariam divisimus: partem, quae ad occasum posita est prope Thelacem, ut descendit per dorsum duarum vallium, et pervenit ad Umbrum et ad arborem, ubi saxeus terminus positus fuit, et ab eo descendit ad campum, ubi alius est terminus, et vadit recta et pervenit ad parvam nucem, ubi lapideus terminus positus fuit, accepit Callutzi; alteram vero medietatem ex ipsa parte Cyrarodi acceperunt domini Danielis filii: et sic bifariam designata et divisa fuit pars Cyrarodi. Quamobrem praesens iudicatum conditum fuit a me Nicolao Mauroleone Iudice Sanctae Severinae; quod ad firmamentum et securitatem posterorum mea manu subscripsi, et cereo sigillo signa-

λίω ινδικτιώνι ιδ', ἔτους ϛχκθ', καὶ εδωθη τω ειρι-
μένω καλλοΰτζι εἰς δικαίωσιν.

† νικολαος μαβρολεος τα ανοτερος βευεον υπεγρα-
ψα ηκηα χηρι.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 17.)

vi, mense aprili, indictione XIV, anno 6629, et traditum fuit dicto Callutzi pro eius documento.

† Nicolaus Mauroleo suprascripta confirmans propria manu subscripsi.

LXXXVIII.

1121 — Mense Iulio — Indict. XIV.

Alexander de Claromonte et Riccardus frater eius donant ecclesiae S. Mariae de Cyr-Zosimo quaedam praedia prope flumen Sarmentum posita.

† σιγνον χειρός αλεξανδρου ο του κλυρεμωντι.

† σιγνον χειρος ριγκιαρδου ο αδελφος αυτου. Εν ονοματι του πατρος και του υιου και του αγιου πνευματος. Ημεις οι ανωτερω γεγραμμενοι. ο τε αλεξανδρος του κλυρεμωντε. και ριγκαρδος ο αδελφος αυτου. οι τα σιγνα των τιμιων και ζωοποιων σταυρων οικοιοχειρως καθυπογραψαντες. τα δε υφει των ονοματων και εποιημιων. δια χειρος μινὰ του ημετερου νοταριου φενώμεθα ἀφιερόντα ἐν το πάνσεπτο ναω της δεσπεινοις ημων θεοτοκου και αειπαρθενου μαριας του επονομαζωμενου κυρ ζοσίμου. χοραφια ἐξ ὧν υ περιόρισμοὶ τὼν χοραφιων εἰσὴν οὗτοι. ἐμπρότοις ἀρχεται απο της τοποθεσίας της καλοιμενης νούδας καὶ αναβένη ὁς απερχεται ἰ ὁδὸς την βαδίζουσαν επι του τζιμαρου κακου την ἄνω ἐπι δεξιὰς. καὶ κατα δυσμὰς. καὶ σμοίγνοιτε εις τα λεγάμενα πουτζίρρα. εκείθεν απἄγετε καὶ ἀπανδίδοι εν το ριἄκει τοῦ μέλισσου. καὶ ως καταβεννη το ριάκειν του μέλισσου. καὶ ρίκτη εις τον ποταμὼν του λεγομένου σαρμέντου καὶ ως καταβεννει το σαρμεντον ποταμὼν. καὶ ρίκτη εἰς το ποδα του ριακείου του καπιλλου. καὶ σμίγνιτε. συν τα ἕτερα χοραφια της αγίας εκκλησιας του κυρ ζοσιμου. καὶ κλειζωντε. ταύτην τὴν διάκρατησην των χοραφιων αφιερόνωμεν καὶ στεργομεν εν το προγραφεντι ναὼ της δεσποινης θεοτοκου. του κυρ ζοσιμου. καὶ προς τους ἀδελφους τους ἱερουργοὔντας καὶ θαλποντας την ἀγίαν εκκλησίαν. ὑπερ λυτρου καὶ αφεσεως των ημετερων γεννιτὤρων. καὶ της ἡμετέρας ἀναξιὸτητος. τοῦ ἐυρείν ἡμὰς ἔλεως. εν ημερα της κρισεως. ὁμολογουμεν δὲ μὶ αποκυρόσε ἐκ τοις τοιάυτης ημετερας δορεὰς ἡ αγία εκκλησία παρα τινως. μήτε

† Signum manus Alexandri de Claromonte.

† Signum manus Riccardi fratris eius. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Alexander de Claromonte et Riccardus frater eius, qui signa venerandae et vivificae crucis propria manu exaravimus, sed nomina et cognomina manu notarii nostri Mennae, offerimus venerabili ecclesiae Dominae nostrae Deiparae et semper Virginis Mariae de Cyr-Zosimo possessiones his terminis comprehensas: principium fit a loco dicto Nuda, et ascendit sicut vadit via, quae ducit ad torrentem Caecum sursum ad dexteram et ad occidentem, et iungitur loco dicto Putzirra, et inde vadit et erumpit ad rivum Melissi, et ut descendit Melissus et effunditur in flumen Sarmentum, et sicut descendit flumen Sarmentum, et erumpit prope finem rivi Capilli, et iungitur aliis possessionibus sanctae ecclesiae Cyr-Zosimi, et clauduntur. Harum vero possessionum tenimentum offerimus et confirmamus supradictae ecclesiae S. Mariae de Cyr-Zosimo et fratribus, qui sacrum ministerium praedictae ecclesiae obeunt et exercent, pro redemptione et remissione nostra nostrorumque parentum; ut invenire valeamus misericordiam in die iudicii. Mandamus autem, ut nemo infirmare audeat hanc nostram oblationem, nec nos ipsi, nec Strategus, nec Turmarcha, nec alius quisquam nostrae ditioni subiectus; et qui praesumpserit irritam

παρ ημων. μητε παρα στρατηγου. μητε παρα τουρμάρχου. μήτε παρ ετέρου τινὸς. εκ πάν το ημετερον κρατος. ὑφορειμένου του κατατολμίσαντος ἀκειρότε ταυτην τὴν παγγέραστον δορεὰν. εἰν δορειμεν εν το προγραφεντι πανσεπτο ναὼ. της παναγίας Θεοτοκου. ἔστο κατιραμένως. παρα κυριου Θεου του παντοκράτορως. των τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Θεοφόρων πατερων. καὶ ἡ μερὴς ἀυτου μετα του ἰούδα σκαρὶότου. ὅστης κατα του κυριου καὶ διδασκάλου ἀυτοὺ ἐμεγάλυνεν περιτρμὼν. ἰ δὲ φανώσεν οἱ ἡμετεροι ὑπουργοὶ. ἡγουν οἱ ἐξουσιασταδες ημῶν τουτο πράττοντα. του τολμὴν διασείσε. ἡ ἀπεξουσιόσε τὴν αγίαν εκκλησίαν. περι της τοιαύτης δορεὰς ἀξίας ἐξ αυτοὺς. να εἰσπραξωμεν τας δίκας. ως παραβατας των ημετερων εντολὼν. καὶ τὴς γραφὴς. προς δὲ διαβέβεὰν πίστωσειν καὶ ισχὺν. τη ημων συνήθει βουλλη δια κηρου εσφραγίσαμεν. μηνι ιούλιω ινδικτιωνι τεσσαρεσκαιδεκάτη ετει ϛχκθ'. καὶ ἐν τουτο το μηνι το προγεγραφέντι ιούλιω. εγκενίσθη ὁ ἅγιος ναὼς της ἀχράντου Θεοτοκου καὶ αειπαρθένου μαρίας. παρα τοῦ ἐπισκόπου ιοαννου τῆς τούρμας τοῦ τουρσίκου. καὶ παρα βιτάλιως ἐπισκόπου κασσιάνου. υπερ παρακλήσεως ἡμὼν. ἐξ ὧν καὶ τας τοιάυτας δορεὰς ὑπερ τουτο δοροίμεν ἐν τι αγία εκκλησία ὡσπερ προγέγραπτε. ἐνώπιον τὼν ὑπογραφάντων ἀξιοπίστον μαρτυρων.

† Ιοαννης τοῦ ουλλανου παρὸν υπεσιμιναμην χειρὶ ἐμεὶ τον τιμιον σταυρον μαρτυρὼν.

† σαρλος τοῦ ματτολλιου καβαλλαριος καὶ οἰκοιτωρ τοῦ συνεσιου ὑπεσιμιναμην χειρὶ εμεὶ τον τιμιον σταυρον μαρτυρὼν.

† πέτρος καμβριλλίγγος καὶ οἰκοιτωρ τοῦ κλερεμοντε ὑπεσιμιναμην χειρὶ ἐμεὶ τον τιμιον σταυρον μαρτυρὼν.

facere hanc nostram gratuitam concessionem, quam offerimus supradictae ecclesiae Sanctissimae Deiparae, maledictus sit a Domino Deo omnipotente, a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, et pars eius sit cum Iuda Iscariota proditore sui Domini et Magistri. Et si ministri nostri, sive nostri magistratus tentaverint hanc oblationem infringere, et sanctam ecclesiam his possessionibus exturbare, digna poena eos mulctabimus, tamquam violatores nostrorum praeceptorum et instrumenti; quod ad firmam fidem et robur nostra solita bulla cerea munivimus, mense iulio, indictione XIV, anno 6629. Hoc eodem mense suprascripto dedicata est sancta ecclesia Immaculatae Deiparae et semper Virginis Mariae a Ioanne de Turma episcopo Tursici, et a Vitale episcopo Cassiani ad nostram requisitionem; et ideo hanc concessionem, ut supra dictum est, obtulimus praedictae sanctae ecclesiae, praesentibus subscriptis fide dignis testibus.

† Ioannes de Ullano testis praesens subsignavi manu propria venerandam crucem.

† Sarlus de Mattollio Caballarius et habitator Synesii testis subsignavi manu mea venerandam crucem.

† Petrus Cambrillingus et habitator Clarimontis testis subsignavi manu propria venerandam crucem.

(Ex graeco apographo, et interpretatione latina Paschalis Baffii in Cavensi Archivo adservatis.)

LXXXIX.

1121 — Indict. (XIV).

Gulielmus de Tivillia et Rogerius frater eius donant ecclesiae SS. Dei Genitricis et S. Ioannis Baptistae vineam et praedium situm prope flumen Nigrum.

† Εν ονόματι του πατρος· καὶ του υιου καὶ του αγιου πνευματος· σίγνον χειρὸς γουλιέλμου δαι τιυήλλια. σίγνο χηρος· ρωκεριου ἀδέλφου αυτου· φένάμαι-

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Signum manus Gulielmi de Tivillia. Signum manus Rogerii fratris ipsius. Nos suprascripti Gulielmus

ϑαν ἐμῆς ὑ προγέγραμένοι ὅτε γουλιάλμος καὶ ρωκέριος· εποιδιδώντες εἰς τὸν ϑεον· καὶ εἰς τὴν ἄχραντον ἀυτου μητερα· καὶ εἰς τὸν ἅγιον Ιωαννην τὸν υαπτηστὴν· καὶ εἰς τὸν ἀδελφον τὸν κυρον λαυερτον· καὶ εἰς τοὺς δὲ λιποὺς ἀδελφους· το ἀμπελον τὸ ὡντα καὶ διακύμενον· πλισιον του αμπελου του πρεσβυτερου σεργιου· καὶ ἀποδιδι εις το υπόδαιμαν του υουνιου· καὶ ἀπο το ποδώυουνον· καὶ ἀπερχεται το υπόδειμαν του υουνίου καὶ ἀποδίδι εἰς το χανδάκην· ὅπου υπαρχει μαίσα τῶν δίον ἀμπελων· καὶ ἀνέρχεται τω χανδάκην· καὶ ἀποδίδι εις τὴν στράταν· καὶ ἀπέρχεται ἡ στράτα· καὶ απόδίδι εἰς το σίνορον του πρεσβυτερου σεργήου· ὅπου καὶ οι ἀρχί εγένετο· διδ'μαιϑα καὶ τὶν κουλτευραν τιν ἔχω εἰς τὸ ἄσπρον λιϑαρινώλιν· ὁς καϑα καὶ οιμης εκρατουμαν ἀυτὶν· ὁς καταυέννι το νερον εκ του κασσάνήτι· καὶ ὑπαγι εις το πάντανον· καὶ απο το πάντανον ὑπαγι εἰς το πόρον τον παλεόν· καὶ απο τὸν παλαιὸν πόρὸν· υπαγι η ὁδος η μεγαλη εις το υοὺνὶν εις τον ϑεὸδορον καὶ ηπαγι ει στρατα η μεγάλι ἀχρι εἰς το νερὸν καὶ σιυκλιει ταυτα παντα εδόσαμεν εις τὴν ἁγίαν ϑεοτοκον· καὶ εις τον αγιον Ιωαννην· περι ψυχις σωτιρίας του πατρος μου· καὶ τις μητρος μου· καὶ τις ἀδελφης μου ἀτρουλινας· καὶ σοτηριας τις εμῆς ψηχῆς· καὶ ἡ τὶς φανη του κατ εμου μαίρούς ἡ τε εγὸ ἀυτός μου· τα καλοϑέλος αφιεροϑέντα εἰς τὴν ἁγίαν του ϑεου εκλισίαν· ἵνὰ ἔχη το ἀνάϑεμαν παρὰ πατρος· καὶ υιου· καὶ ἁγιου πνειματος· τὸν τιή ἁγίον ϑεόφώρον πατρῶν· ζιμιούτο καὶ εἰς τὴν κόρτην του κόμητος ναμισματα ρ'. παρουσία μαρτυρων. † πρεσβυτερος λεων μαρτυρ· † γεὼργιος πρεσβυτερος μαρτυρ. † χριστοφορος κριτης μαρτυρ. † Ιωαννης προτοκάραυος μαρτυρ. † νικολαος ανκιναλὶτης μαρτυρ. † χρίσολεων υιος τοῦ φουκα μαρτυρ· μιλος πορτερος μαρτυρ † ρομυέρτος υουγιάνος μαρτυρ. γραφεν τι εμὶ χὶρι πάνκάλλου νεοκάστρὶτου του ετους ϛχκϑ' ινδικτιωνος ϛι' (sic). † αδάμος δε τιυήλλιας μαρτυρ· † γουλιάλμος δὲ σανταμαρίας μαρτυρ.

(Ex membrana Archivi Neapolitani. n.° 18.)

et Rogerius tradimus Deo et Immaculatae ipsius Matri, et S. Ioanni Baptistae, et fratri domino Lamberto, ceterisque fratribus vineam extantem et positam prope vineam presbyteri Sergii, et vadit ad radices collis, et a radicibus collis procedit et vadit ad Chandacem, qui extat inter duas vineas, et ascendit Chandacem, et vadit ad viam, et procedit via, et vadit ad confinium presbyteri Sergii, unde initium factum est. Offerimus etiam culturam, quam habemus ad Asprum Litharinoli, quemadmodum et nos possedimus ipsam, sicut descendit Nigrum ex Cassanite, et vadit ad Pantanum, et ex Pantano procedit ad antiquum transitum, et ab antiquo transitu vadit via maior super collem ad Theodorum, et procedit via maior usque ad Nigrum, et clauditur. Haec omnia dedimus S. Deiparae, et S. Ioanni pro animae salute patris mei matrisque meae, et sororis meae Atrulinae, et salute animae meae. Et si quis apparuerit ex parte mea, vel ego ipse, (*adversus hanc*) oblationem, quam bona voluntate feci sanctae Dei ecclesiae, habeat anathema a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, et solvat pro mulcta curiae Comitis numismata centum. In praesentia testium. † Presbyter Leo testis. † Georgius presbyter testis. † Christophorus iudex testis. † Ioannes Protocarabus testis. † Nicolaus Ancinalites testis. † Chrysoleo filius Fucae testis. Milus Porterus testis. † Robertus Bugianus testis. Scriptum manu mea Pancalli Neocastriti, anno 6629, indictione (XIV). † Adamus de Tivillia testis. † Gulielmus de Santamaria testis.

XC.

1121 — Mense Septembri 12 — Indict. XV.

Robertus dominus Caciani cum uxore Adilitza et filio Rogerio donat SS. Trinitati Cavensi et S. Mariae de Pertusia ecclesiam S. Nicolai de Pertusia et terras in eiusdem ecclesiae ambitu positas.

† πρίκέπτιον γενάμενον. ἐγῶ ροῦμυέρτος αὔφθέντας τοῦ κακιάνου. σὺ καὶ ἡ γύνῆ μου κυρία αδιλίτζα· καὶ τοῦ υἱοῦ μου ρουκαίρι· ὁ τὸν τίμιον καὶ ζῶόποιὸν σταυρον· εποίησαν· ἡδιὰ ἡμῶν νουλῆν καὶ αγαθὴ προέρεσι εχάρισαμεν· καὶ πρόσφέρομεν· εἰς τὸν θεὸν καὶ εἰς τὴν αγία τερνῖτάτε τῆς κάυα· καὶ εἰς τὴν ἁγίαν θεοτοκον μαρίαν τῆς περτοῦσα· πρόσφέρομεν. τοῦ ἁγίου νικολάου τὴς πέρτοῦσα· καὶ τα χῶράφια τὴς οὔσιν εἰς τὸ γύρος τὴν ἐκκλησία· δια λοῦτροῦ καὶ αφέσεως τῶν αμαρτιῶν μου· καὶ περὶ ψὺχὴς τοῦ πατρὸς μου καὶ τῆς μητρὸς καὶ περὴ ψυχὴς τοῦ ἀδελφοῦ μου ελία καὶ η γύνῆ μου αδιλίτζα· καὶ τοῦ υιου μου ροῦκέρι· τοῦ ἔχῆς εξοῦσίαν τὴν εκκλήσίαν καὶ τὰ χωράφια ὅσα πρόσφέρι· γεὴν· πονειν· σὶν ἰσῶδο καὶ εξωδο αὐτοῦ· ἔστιν δὲ περιὁρῆσμὸς τοῦ χωράφια· απὸ τὴς χῶράφι τοῦ υασίλι καυαλλέρι τα κείμενον τὴν στράτα μεγάλι τοῦ ἔρχι απο τοῦ μοναστήρι· καὶ ρίκτι εἰς τὴν λίμνη ὅς ιπάη τὴν λήμνη καὶ ρίκτι εἰς τὸ φραγμὸν τα χῶράφια ποῦ ἔναι αμπέλι· καὶ ὁς ιπάη τὸ φραγμὸν τα ἀμπελια· καὶ ρίκτη εἰς τοῦ ριάκη μεγάλη τη περτοῦσα· καὶ ἔρχι εἰς ἄνω· καὶ ρίκτι εἰς τὸ μόνοπατίτζι τοῦ ἔρχι απὸ ὕδωρ ζῶὴν. καὶ ὁς ιπάη τὸ μόνοπατιτζι· καὶ ρίκτι· εἰς τὴν στράτα μεγαλη τοῦ ἔρχι απὸ κακιάνου· καὶ ὁς ἔρχι απὸ μεγαλη στράτα καὶ ρίκτιν· εἰς τὸ πόδι τὴς χῶράφι τὴς μοναχὴς καὶ απο τὴς χῶράφι τὴς μοναχὴς· καὶ ρίκτι εἰς τὴ κεφαλη τὴς σέτα τη χωράφη τοῦ λέο κουλλοῦρα· καὶ απὸ τὴς σσέτα τὴ κέφαλη τοῦ κουλλουρα· καὶ ρίκτι εἰς τον φραγμὸν τοῦ οκλιφάυα· καὶ απὸ τὴς σέτα τοῦ ὁκλιφάυα· καὶ ρίκτι τὴν στράτα τοῦ ἔρχι απὸ μάσαυέτερε· καὶ ὁς ιπάη τὴς σέτα· καὶ ρίκτι εἰς τὴν πόδι τοῦ χῶράφι τοῦ υασιλειου καυαλλέρι· καὶ ὅλο τὴς δενδροις τὴς οὔσιν εν αὔτῆ· ἡμερὰ καὶ αγρὶκα· χωρὴς τοῦ ὁρους· ἐμπάροῦσία μαρτύρω· γοῦαρίνου καυαλλέρι μαρτυρ· υασίλι στρατιότε μαρτυρ. παπα λέο μαρτυρ. πρεσβυτερος κατάκι μαρτυρ. ιωαννης τοῦ πιπίνου μαρτυρ. καὶ υασίλι τοῦ θεδοσι μαρτυρ. καὶ ἐὰν ποτε ρῶ φόραθή τὴς ἐπενόχλοισεν περὶ τὸ

† Praeceptum factum. Ego Robertus Dominus Caciani, et uxor mea domina Adilitza, et filius meus Rogerius, qui venerandam et vivificam crucem exaravimus, de propria nostra voluntate et recto consilio concedimus et offerimus Deo, et S. Trinitati Cavensi, et S. Deiparae Mariae de Pertusia ecclesiam S. Nicolai de Pertusia, et terras quae circa ecclesiam sitae sunt, pro absolutione et remissione meorum peccatorum, et pro anima patris mei et meae matris, et pro anima fratris mei Eliae, et uxoris meae Adilitzae, et filii mei Rogerii; ut in eorumdem (*monasteriorum*) potestate sint ecclesia et terrae, quas offerimus (*cum facultate*) colendi, et cum introitu et exitu earum. Sunt vero ipsarum terrarum fines: a terris Basilii Caballarii, quae sunt iuxta viam magnam, quae venit a monasterio et erumpit in paludem, et ut vadit palus et iungitur cum clausura terrarum, ubi est vinea, et ut vadit clausura vineae, et iungitur cum rivo magno Pertusiae, et pergit sursum, et iungitur cum semitula, quae venit ab Aqua Viva, et ut vadit semitula, et erumpit in viam publicam, quae venit a Caciano, et ut vadit via publica, et iungitur cum inferiori parte terrarum de Monacha, et a terris de Monacha iungitur cum principio serrae, ubi sunt terrae Leonis Cullurae, et a principio serrae Cullurae iungitur cum clausura de Oclifaba, et a serra Oclifabae iungitur cum via, quae venit a Masa Vetere, et ut vadit serra et iungitur cum inferiori parte territorii Basilii Caballarii. Et (*offerimus*) omnes arbores, quae in ipsis terris consitae sunt, cultas et incultas, excepto monte. Praesentibus testibus, Guarino Caballario teste, Basilio Stratiota teste, Leone presbytero teste, presbytero Cataci teste, Ioanne Pipini filio teste, et Basilio Theo-

τοιούτον· ἐμπρῶτης ἔχης τὸ ἀνάθεμα παρὰ πατρός καὶ υιου καὶ ἁγίου πνευματος καὶ τῶν ιβ'. αποστολων· καὶ τῶν τι' καὶ ὠκτῶ θεόφῶρον πατέρων· καὶ ἔστο ξένος τὸν χριστιανῶ· ετει ϛχλ' ινδικτιωνι ιε'. μηνί σεπτεμβρίω εἰς τὰς ιβ'. ημέρα β'. ωρα ε'. ἐν τῆς ἡμέρες τοῦ πριόρε πρεσβυτερου ιωαννου τοῦ φλορεντίνου· εγράφη δια χείρὸς νικολαου ἱερέος καὶ νοταρίου· ἐν τες ἡμέρες υισκάμης νικολαου κωσεντίνου † amen· amen· εἰς τὸ χρόνον· ὁτε εκάθι· ὀσέδιου· τοῦ σαντουνικανδρου.

dosii filio teste. Quod si quis aliquando tentaverit de his molestiam inferre, primum maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, a duodecim Apostolis, a tercentis octo et decem divinis Patribus, et eiiciatur a christianorum communione. Anno 6630, indictione XV, mense septembri, die XII, feria II, hora V. Temporibus prioris presbyteri Ioannis Florentini. Scriptum manu Nicolai presbyteri et notarii sub Vicecomite Nicolao Cusentino. Amen amen. Tempore quo obsidebatur Sanctus Nicander.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 23.)

XCI.

1122 — Mense Martio 15 — Indict. (XV).

Nicolaus presbyter et notarius, et Leo frater eius donant monasterio SS. Trinitatis de Cava et S. Mariae de Pertusia terram positam in loco dicto Alitzi.

† σήμείον χειρὸς πρεσβυτερου νικολαου νοτάρου καὶ λέο αδελφὸ αυτοῦ. ο τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρον. ηκεία ημῶν γνόμην καὶ υουλην αυφθέρετον εχάρισαμεν καὶ προσφερομε πρωτον ης τῶ θεον καὶ εις τὴν ἁγίαν τερνητάτε τὴς κάυα καὶ ης την αγία θεοτοκον τὴς περτοῦσα δια ψυχὴν του πατρος ημῶν καὶ τὴς μητρος ημῶν καὶ διὰ τὰς ψυχας ἡμῶν· ἐν πέτζη χωραφιν καὶ τὰ δένδρια της οὖσην εν αὐτὴν σὺν ηρῶδω καὶ εξῶδω αὐτοῦ· του εχης εξουσία τὸν μοναστήρι τῆς ἁγίας μαρία τὴς περτοῦσαν· τὴν χῶράφι καὶ τὰ δένδρια της οὖσην εν αὐτὴν γένη ποιὴν· πολὴν· χαρίζην· ανταλλάττιν· καὶ εἰ τι δ ἀν θέλης καὶ υοῦλισε· καὶ τὸν χῶράφι ταῦτην κειμένην εἰς τὴν αλίτζη. πλτρίο του λέο αλυου· καὶ ουρσου κουσεντι καὶ πρεσβυτερου ιωαννου . . . . . απάνω της χῶράφι τοῦ μοναστηρι. εστὴν δὲ περὶορισμὸς τοῦ αυτοῦ χῶράφι από ανατολικὸς μέρος ιωανιου πιπίνου καὶ από δυσικὸς μερος πρεσβυτερου ιωαννου μητζουρικι και ηλλι του μαυρου· καὶ από ακτρον· ηλλοι τοῦ ἀλυου λέο· καὶ από ἀκτρον πρεσβυτερου ιωαννου. καὶ ούρσου κοῦσεντίου καὶ πρατ. . . η δ ὁνπερ ουκ ιγόυμεν φῶραθη τις επινώχλοισεν περὶ τὸ τοίουτον χῶραφίου. ἡτε ημεὶς. ἡτε υιους ἡμῶν· ἡτε τίς· ἐμπρῶτις εχης αναθεμα παρὰ πατρος καὶ υιου καὶ αγίου πνευματος καὶ τῶν ιβ'. αποστωλων καὶ των τιή'. θεοφωρων πατέρων. καὶ εστω ξένος τῶν χριστιανῶν καὶ περι τα μωρα

† Signum manus presbyteri Nicolai notarii, et Leonis fratris eius. Nos qui venerandam et vivificam crucem de propria nostra sententia et libera voluntate (*exaravimus*), donamus et offerimus primum Deo et S. Trinitati de Cava et S. Mariae de Pertusia pro anima patris nostri et matris nostrae, et pro nostra ipsorum anima, unam portionem terrae cum arboribus, quae ibi consitae sunt, cum ingressu et egressu; ut monasterium S. Mariae de Pertusia potestatem habeat ipsam atque arbores quae in ea sunt colendi, vendendi, donandi, permutandi et faciendi de his quidquid voluerit. Sita vero est praedicta terra in loco dicto Alitzi, iuxta terram Leonis Albi et Ursi Cusentini, et presbyteri Ioannis..... supra terram monasterii; his autem finibus comprehenditur: ad orientem Ioannes Pipinus; ad occidentem presbyter Ioannes Mitzurici et filii Mauri; ad septentrionem filii Albi Leonis; et ad meridiem (*filii*) presbyteri Ioannis et Ursi Cusentini, et clauditur. Si quis vero, quod non putamus, molestiam inferre tentaverit de praedicta terra, sive nos ipsi, sive filii nostri, sive quisquam alius, primum maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et a duodecim Apostolis, et a tercentis octo et decem divinis Patribus, et a christianorum communione seiungatur, et in mundi vanitatibus marcescat; solvat

του κοσμου προς την εκκλησία τῶ δυπλων καὶ εις τώ δημόσιον λς' νομισματα καὶ ακῶ σιωπαν εν παρουσια. μαρτυρων . . . . . .

Εγραφη διὰ χειρὸς νικολαου ος καὶ νοταρίου διὰ προσταξιν του αυφθεντι ρουπέρτου μηνὶ μαρτιον εις τας ιε'. σαββατω. ωρα. γ'. ετει ϛχλ' ινδικτιωνι. α'. εν ταις ημερες αυφθεντι ρουπερτος καὶ υικομης νικολαου κουσεντίνου ἐν τες ημερες αυφθεντι αυυά καὶ πριόρε πρεσβυτερου καὶ μοναχοῦ δόντου γαδελέτου.

autem ecclesiae duplum pretii, ac publico aerario solidos sex et triginta, et invitus sileat. Praesentibus testibus. . . . . .

Scriptum manu Nicolai notarii de mandato domini Roberti, die sabbati, decima quinta mensis martii, hora tertia, anno 6630, indictione I, temporibus domini Roberti, et vicecomitis Nicolai Cusentini, et domini abbatis et prioris presbyteri et monachi domini Gadeleti.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 24.)

XCII.

1122 — Mense Octobri — Indict. I.

Nicolaus notarius et Strategus Mesorum dirimit controversiam obortam inter Theodulum praepositum monasterii S. Nicolai et Theodorum presbyterum de Chalco quoad permutationem quorumdam praediorum.

† Νικολάος νοταριος καὶ στρατηγὸς τῶν μεσῶν. Εις τὸν ὀκτώβριον μηνα τῆς ενισταμένης ινδικτιωνος α'. Καθεζομένο μου ἐν τῶ νεῶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν νικολάου τῆς καθολικῆς. μετὰ τοῦ κυρου κωνσταντινου πατρος κυρου παέου. καὶ μετα ἀνδρεου μιτζουρίκα. καὶ νικηφόρου ἀδελφοῦ αὐτοῦ. καὶ μουλου βεντίας. καὶ μαργαρίτου εγίδου· καὶ ἑτέρων πλίστων· ἦλθεν πρός με ὁ καθηγουμενος θεόδουλος μονῆς τοῦ ὁσίου πατρος ἡμων νικολάου μετὰ καὶ τοῦ ἱεροᾶζήγου βλασιου τοῦ αυτοῦ εξάδελφου, λέγας· ὅτι ὄντως μου εἰς τὸν ἅγιον ιωαννην ἡγουμενου ητισάμην παρὰ τοῦ αὐθέντου χωραφιον εἰς τὸν ποταμὸν τοῦ γαλλίκου τὸ επόνοματι τῆς υαρυάρας. τοῦτο τὸ χωραφιον ἤλλαξεν ὁ ἑμος αξάδελφός βλάσιος μετὰ τοῦ πρεσβυτέρου θεοδωρου τοῦ χαλκού καὶ ἀνέλαβεν απ' αυτοῦ χωραφιον εις τὸν ποταμὸν τοῦ μόρου τὸ μοιράδιον αυτου ὃ εἶχεν μετα τὸν κονικὸν καὶ τοῦτο ἐγὼ οὐκ ἤθελων· μήπως τὸ μάθη ὁ αυθέντης καὶ ἔχω ἐξ αυτοῦ κατάκρησιν· ὅπερ καὶ γέγονεν· οὐ μόνον τὸ χωραφιον αφείλατο ἡμῶν. ἀλλὰ καὶ κατάκρησιν εἶχον παρ' αυτου. ὕστερον πάλιν εποίησε δευτέραν ἀλλαγὴν μετ' αυτοῦ τοῦ πρεσβυτέρου θεοδωρου αντὶ τὸ χωραφιον ἐκείνω· ἔδωκε αὐτῶ τὸ χωραφιον τὸ λεγομενον τοῦ ράμνα· ὅπερ ἡμεῖς ἐφυτεύσαμεν ἀμπέλοις. ὑπάρχει καὶ αὐτὸ αυθεντου καὶ τοῦτο εγῶ οὐ θέλω· μήπως ἔξωμεν πάλιν δευτεραν κατάκρησιν καὶ ζημίαν ταῦτα τοίνυν ἡμεῖς ἀκούσαντες· ἀπο-

† Ego Nicolaus notarius et Strategus Mesorum, mense octobri praesentis primae indictionis, cum sederem in templo sancti nostri patris Nicolai de Catholica cum domino Constantino patre domini Paëni, et Andrea Mitzurica, et Nicephoro fratre ipsius, et Mulo Bentia, et Margarito Egido, et compluribus aliis, ad me accessit Theodulus praepositus monasterii sancti nostri patris Nicolai cum presbytero caelibe Blasio nepote ipsius, dicens: Cum ego essem praepositus sancti Ioannis, petii a domino praedium positum ad flumen Gallici, cui nomen Barbara. Hoc praedium nepos meus Blasius permutavit cum presbytero Theodoro de Chalco, et accepit ab eo praedium ad flumen Mori, idest parvam ipsius partem, quam habebat post Conicum; atque id ego nolebam, ne qua ratione dominus id cognosceret et me damnaret, quod sane accidit; ac non modo praedium nostrum nobis ademit, sed etiam me damnavit. Deinceps ille alteram permutationem fecit cum ipso presbytero Theodoro; pro illo praedio ei dedit praedium dictum de Ramna, quod nos vineis plantavimus, et ipsum pertinens ad dominum; et hanc permutationem ego recuso, ne denuo altera condemnatione et poena afficiar. Haec igitur cum nos audivissemus, arcessendum ac ducendum ad nos curavimus presbyterum Theodorum, qui a nobis rogatus, respondit: Ego quidem huiusmodi permuta-

στειλαμεν καὶ ἠγαγαμεν τὸν πρεσβυτερον Θεόδωρον καὶ παρ ἡμῶν ἐρωτιθεῖς απεκρίθη· ἐγὼ μὲν οὐ τυραννία ἐσυνάλλαξαν τοῦτο· αλλ' οικεια νουλὴ καὶ γνώμη τοῦ ἱεροάζύγου υλασίου· καὶ οὐ θέλω καταλίεσθαι τὴν συναλλαγην ταύτην· ἀλλὰ καὶ τὰ στιχήματα ἃ εποίησεν υλάσιος προς με εκπληρωθηναι· καὶ τὸ σίγνον τοῦ καθηγουμενου Θεοδούλου ἐν τῶ χαρτίω μου γραφῆναι· ὁ δε ἡγουμενος οὐ κινέσχετο· καὶ ταῦτα ἡμεῖς ἰδώτες· καὶ τὴν πτῶσιν κατανοήσαντες· επαρεκλιθομεν τὸν πρεσβυτερον Θεοδωρον ἀντιστρεψαι πρὸς αυτὸν τὸν βλάσιον τὸ ἄμπελον αυτοῦ· καὶ ἀπολαβειν ἀυτὸν τὰ ἴδια αυτοῦ· καὶ οὕτως ποιήσαντες· ἐκατῆλθωμεν εκεῖσε επι τοπίως· καὶ εσυναρεσθησαν ἀμφώτεροι ἵνα εἰς ἕκαστος απολάβη τὸ ἴδιον αὐτοῦ καθὰ τοί νυν ὑπάρχουσιν· τοῦτο δὲ γέγωνεν· κατενωπιον ἐμοῦ νϊκολάου στρατηγοῦ· καὶ νοταριου νϊκολάου σουράκου· καὶ ανδρέου μιτζουρίκα· καὶ ἑτέρων πλίστων. σὺν καὶ τὸ καθηγουμενου Θεοδουλου· καὶ υλασίου ἱεροάζύγου καὶ ἀπεδώκαμεν τῶ πρεσβυτερω Θεοδώρου· ἅπαντα τὰ ἴδια αυτοῦ σὺν καὶ τῆς χορας ὁ δὲ υλάσιος ἀπολάβη τὸ ἀμπέλον τὸ τῆς μονῆς· καὶ εἰς ἕκαστος απεκκτεσταθη εις τὸ ἴδιον αυτοῦ· καλοθελῶς· καὶ αγαπιτικῶς· ταὐτᾶ οὕτως ἐκριθη καὶ ἐβευαιωθη παρ' ἡμῶν· πρὸς δὲ περισσωτεραν πίστωσιν των ἐντυγχανόντων· τῆ διάκηρῶ συνιθη βουλλη μοῦ ἐσφράγησα τὸ παρὸν χαρτιον· καὶ ἀπεδῶθη πρὸς αὐτοὺς μηνι καὶ ινδικτιωνι τοῖς προγραφεισι εν ἔτει ϛχλά.

† νηκηφορος μητζουρικα μαρτυρ.
† μουλος βεντιας μαρτυρ.
† νικηφορος αδελφος αυτου.
† κῶνσταις πρεσβυτερος παγανου.
† νικολαος σουράκ παρευρεθεις υπεγραψα.
† νικόλαος ξανθὸς μαρτυρ υπεγραψα.
† μαργαρίτος εγίδος μαρτυρ.
† νικόλαος νοτάριος καὶ στρατηγὸς μεσῶν τὰ αιοτέρω επεικυρῶ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 19.)

tionem non coactione stipulatus sum, sed propria voluntate et consilio presbyteri caelibis Blasii; et nolo hanc permutationem rescindi; sed volo, ut pacta, quae mecum iniit Blasius, adimpleantur, ac signum praepositi Theoduli in mea chartula imprimatur. Praepositus vero a sua sententia non recessit. Quae cum nos vidissemus et rem expendissemus, iussimus presbyterum Theodorum reddere eidem Blasio praedictam vineam et recipere praedium suum. Et cum ita fecissemus, accessimus illuc supra locum, et ambobus placuit, ut suum quisque praedium acciperet, prout quidem nunc utrumque extat. Hoc factum est coram me Nicolao Stratego, et notario Nicolao Suraco, et Andrea Mitzurica, et compluribus aliis, una cum praeposito Theodulo, et presbytero caelibe Blasio, et reddidimus presbytero Theodoro omnia, quae ad illum pertinebant, simul cum praedio; Blasius vero accepit vineam monasterii, et in suis quisque bonis redintegratus est benevole et hilariter. Haec ita iudicata firmataque a nobis fuerunt, et ad maiorem fidem legentium, meo solito cereo sigillo praesentem chartulam signavi, et illis tradidi, mense et indictione supradictis, anno 6631.

† Nicephorus Mitzurica testis.
† Mulus Bentias testis.
† Nicephorus frater ipsius.
† Constas presbyter Paganus.
† Nicolaus Suraca praesens subscripsi.
† Nicolaus Xanthus testis subscripsi.
† Margaritus Egidus testis.
† Nicolaus notarius et Strategus Mesorum suprascripta rata facio.

XCIII.

1123 — Mense Martio 13 — Indict. I.

Gulielmus Comes Bulcini donat Urso de Sadriano praedii partem extantem infra Fossam.

† συμεῖον χειρός γουδέλμου χάριτι θεου κομης του βουλκίνου ο τον τιμιον· καὶ ζωοποιῶν σταυρον πιξας ἰκία μου γνώμει καὶ βουλί αυθαιρετω· φαίνωμαι εγῶ ὁ προριθεις γουδέλμος· χαρίσω εις τὸν οὖρσον τοῦ σαδριάνου τὸ μέρος εκ του χοραφίου το κηται επικάτο τὴν φόσσα με το μέρος τα δένδρια ὅσα εστιν ἴδημοσεῖα. ἐστὶν δὲ ὁ χορισμός απο ὅλου του χοραφίου ανατολικον μέρος ιωαννης του γρόνφουλι· καὶ τζίτα του σειμήο· δισεικόν μερος ἰοῖ του γουσταύιλε· ἄκτρου μερος ο ποταμος. απο μεσειμβρέας ἴ οδος διμοσία· καὶ επιεισα τουτο ἐνγραφο ἵνα τα ἔχει εξουσίαν πουλεῖν· χαρίζειν· ανταλλαγτιν· καὶ εν πριξ γράφε ος κυρίο καὶ εξουσιαστης. εὰν φανι ποται καὶρῶ τις ζητῶντα· ἴ δήκας πιόντα ἵνα δόσει ης το δημοσιον νομισματα λϛ' κε ἄκον συχάσε· εν παρουσια καλων μαρτυρων μειχαὶλ του πρεσβυτερου δημητριου μαρτυρ † κοισταντινος υιος δήμητριου μαρτυρ † βιτάλη του καλλέο μαρτυρ † εγραφη δια χειρος βασιλειου νοταριου ετει ϛχλά. ινδικτιωνι ά. μαρτιου εις τας ιγ'. ημερα γ'. ωρα γ'.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 25.)

† Signum manus Gulielmi Dei gratia Comitis Bulcini. Ego supradictus Gulielmus, qui venerandam et vivificam crucem signavi de propria mea sententia et libera voluntate, concedo Urso de Sadriano eam portionem territorii, quae est infra Fossam, cum portione arborum consita iuxta viam publicam. Fines vero totius territorii sunt: ad orientem Ioannes de Gronfula, et Tzita de Simeone; ad occidentem filii Gustabilis; ad septentrionem flumen; ad meridiem via publica. Et condidi praesens instrumentum, quo ei tanquam hero et domino potestatem facio (*ipsum territorium*) vendendi, donandi, permutandi et in dotem assignandi. Si quis autem aliquando praesumpserit molestiam aut controversiam ei inferre, solvat publico aerario solidos sex et triginta, et invitus sileat. Praesentibus probis testibus. Michael filius presbyteri Demetrii testis. † Constantinus filius Demetrii testis. † Vitalis filius Callei testis. † Scriptum manu Basilii notarii, anno 6631, indictione prima, die XIII mensis martii, feria III, hora III.

XCIV.

1124 — Indict. II.

Robertus filius Isnardi vendit Ioanni Nucarrotae praedium situm iuxta Areas solidis duobus.

† σίγνον χεῖρός ρομβέρτου υιού ισνάρδου καβαλλαριου του κωλοβραριου οἰκοιτωρ.

Ἐν ονόματι τοὺ πατρος καὶ του υιού καὶ του ἁγίου πνευματος· ὁ προγεγραμμένος ρομβέρτος. ὁ των τίμιων καὶ ζωοποιῶν σταυρον· τὴ ἐμὶ χειρὶ καθυπογράψας. φένομαι πιπράσκωντα ης σὲ ιωαννην νουκαρρωται· χωραφιον τω διάκυμενον ἐς την περιοχὴν των αλωνιῶν· ὕγουν τω χωράφιον της μάλθας ης τίμιμα νομισματων β'· ἐστὴν δὲ ὁ περιορισμος τοὺ τοιοὺτου χωραφιου κατὰ μὲν ανατολάς τω μεγαν ριάκιν· καὶ ρὶκτι τα ἴσα ἐς το φράξων· καὶ ἀπο τω φρά-

† Signum manus Roberti filii Isnardi Caballarii incolae Colubrarii.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Robertus, qui sanctam et vivificam crucem manu mea signavi, declaro vendere tibi Ioanni Nucarrotae territorium situm iuxta Areas, vocatum Maltham, pretio solidorum duorum. His autem finibus comprehenditur: ad orientem est rivus magnus, et recta iungitur cum fraxinis, et a fraxinis descendit usque ad collem Scini, et flectit ad inferiorem territorii partem et vadit iuxta verticem, et iungitur cum

ξων κατεβέννη έος τω βουνών του σκίνου· καὶ στρέφεται τὼ ποδα ποδα του χωραφιου. καὶ απὲρχεται ει ἀχαὶτη ἐχαὶτη· καὶ ρὶκτη τῆς το πωδα του χωραφιου ἐς το σὶνωρον των καλωγὶρον τοὺ αγίου νικολάου τοὺς παρατικούς· καὶ απο των τοιοὺτων συνὼρων ἀπὲρχεται τα ὶσα ἄχρι τω προγραφὲν μεγα ριἄκην· καὶ συνκλὴει· λαβων οὺν ἐγὼ τας συμφωνιθεισας τιμας παρα σοῦ ποιὼ σοι την παροῦσαν ἐγγραφων ταιλοίαν· καὶ πληριστάτην του ἔχην αὺτὴν τω τοιουτο χωράφιον· εἰς απαταν σου ἐξουσιαν· πουλεῖν· χαρίζην· ἀνταλλάγτην· πριξὴν γράφην υιῶν σου καὶ θυγατερων· ὸς τὴν κυρὶαν παρ εμοὺ ειλιφὲίσε ὸστης οὺν ἀναστὴ ζὶτησιν εἰ ἀγωγὴν ποιὲίσει σει. περι τοὺ τοιοῦτου χωραφὶου. ἥστασθαι μὲ καὶ διἔκδικὴν σε. εἰ δὲ προς ἀνατροπὴν χρισὼμεθα. ὁμολογὸ ζιμιούσθαι με ἰν το φὶσκω νομισματα λς'. καὶ ἰθ ουτο στὲργιν καὶ ἐμμὲνην σοι, τω παρ εμοὺ πραχθεν σοι χωράφιον. † παροντων αξιοπὶστων μαρτυρων. † γραφὲν χεῖρὶ θωμα νοταριου τοῦ κολόβραριου. ἔτους ϛχλβ'. ινδικτιωνος β'. † ἀρσάφιος του πὶτζιλεο ο τὼτε βισκωμης του κολοβραριου μαρτυρ υπὲγραψα. † κονσταντινος του συμεὼν μαρτυρ υπεγραψα. † ιωαννης του κυρ γεννάκει μαρτυρ υπεγραψα. † ιωαννης του πρεσβυτερου νικολαου μαρτυρ υπεγραψα. † ιωαννης σαρκιάλινου ὥ και τζωγκαλα μαρτυρ υπεγραψα. το δε ὑφος του νοταριου.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 26.)

inferiori parte territorii, ubi sunt fines (*agri*) monachorum S. Nicolai de Peratico, et ab huiusmodi finibus pergit recta usque ad suprascriptum rivum magnum, et clauditur. Cum ergo accepissem abs te pretium inter nos conventum, facio tibi praesentis plenae et perfectae venditionis instrumentum, ut habeas praedictum territorium in omnimoda tua potestate vendendi, donandi, permutandi et in tabulis dotalibus filiorum filiarumque tuarum scribendi, utpote qui dominium a me habuisti. Si quis vero surrexerit litem aut controversiam de huiusmodi territorio tibi illaturus, tenear ego suprascriptus refragari tuamque defensionem suscipere. Quod si huius venditionis me poenituerit, mulctae nomine solvere debeam Fisco publico solidos sex et triginta; et nihilominus rata sint omnia, et tibi remaneat hoc territorium a me tibi venditum. † Praesentibus fide dignis testibus. † Scriptum manu Thomae notarii Colubrarii, anno 6632, indictione II. † Arsaphius de Pitzileo olim Vicecomes Colubrarii testis subscripsi. † Constantinus filius Simeonis testis subscripsi. † Ioannes filius domini Gennaci testis subscripsi. † Ioannes filius presbyteri Nicolai testis subscripsi. † Ioannes de Sarcialino dictus Tzongala testis subscripsi (*crucem*), nomen vero manu notarii.

XCV.

1124 — Indict. II.

Gulielmus Carbunerius donat ecclesiae S. Mariae de Turribus et S. Stephano Protomartyri templum S. Theodori situm ad Praetoria una cum eius pertinentiis.

† ἰν ονοματι τὴς ὑπερφὼτου· καὶ ομωοὺσίου αγιας τριάδος πατρὸς υἱοῦ καὶ ἁγιου πνευματος. τοῦ ἔτους ϛχλβ'· ἰνδικτιὼνος υ'·

ἐγὼ γουλλιάλμος καρβουνὲρις· σιγίλλιον καὶ ἔνταλμα γενὰμενον· καὶ φὶνωμαι αὺτοβουλὴ μου ἀποδηδὼταν καὶ ἀφιὲρὼτα· ἐκ τὰ χωραφια τῆς ἐμὴς χὼρας. τον ναὸν τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδὸξου μεγαλομαρτυρος θεοδὼρου· καὶ μετα τὸν αποχωρισμὸν τὴς αὺτὴς διὰκρατὶσιως εἰς τὸν ναὸν τῆς ὑπερενδὸξου δεσποὶνης ἡμῶν θεοτὸκου καὶ ἀεὶπαρθὲνου μαριας τῶν τοὺρρων· καὶ εἰς τὸν πρωτομάρτυρα στὲφανον· ὑπερ λὶτρου καὶ

† In nomine splendidissimae et consubstantialis Trinitatis Patris, Filii, et Spiritus Sancti, anno 6632, indictione II.

Ego Gulielmus Carbunerius, sigillo et praecepto condito, sponte mea dono et dedico ex praediis regionis meae templum sancti et gloriosi magni martyris Theodori una cum eiusdem pertinentiis ecclesiae gloriosissimae Dominae nostrae Deiparae semperque Virginis Mariae de Turribus, et Protomartyri Stephano, pro redemptione et remissione meorum parentum, mea, et uxoris meae, et filii mei domini Riccardi, et soceri

αφεσέως τόν ἐμῶν γονέων· καὶ ἐμοῦ· καὶ τῆς ἐμῆς συν-
βίου· καὶ τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ κυρου ριγκαρδου· καὶ τοῦ ἐμοῦ
πενθεροῦ κυρου ρωκερῖου κουγκυπρέττα· καὶ τῆς αὐτῆς
συμβίου κυρας ὀρέγγιας· τοῦ ἀπ ὁλων ἄφεσιν αμαρ-
τιῶν ἀμφωτέρων· παρα τοῦ ἐυσπλαχνου· καὶ ἐλεήμονος
θεου· ἐν ἡμέρα τῆς δίκης· τοῦ δοῦναι ἡμὶν λύτρον ἅμα
τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν. ὁ δὲ ναός τοῦ ἁγίου θεοδωρου
κείται εις τὰ πρετόρια. καὶ ὁ διαχορισμὸς τῶν χωρα-
φίων. ἀπάνω τῆς ἐκλησιας τὸ χονδρόν σινόρον· του
ανανίου· καὶ χείνι τὴν υαθειαν· την δεξιὰν καὶ ἀεισταραν
τὴν τοῦ ναοῦ. ἄχρι της στρατὸς τῆς μεγάλης καὶ
ἀποκατου τοῦ δρόμου· ὡς υπαΐ τὸ σίνορον τοῦ ἀθα-
νάσι· καὶ ἀπανδίδη· εις τὸ σίνορον τῶν παιδων τοῦ
παπά πέτρου τοῦ στεφάνου· καὶ ὑπαΐ τὸ σίνορον τοῦ
στεφάνου· ἄχρι τῶν πλοῦππων· καὶ ἀκοντίζει εἰς τὸν
ποταμὸν· καὶ αναβένει ὁ ποταμὸς ἄχρι τοῦ ἁγίου δη-
μητριου καὶ στρεφει τὸ χονδρόν συνόρον· καὶ ὑπαΐ ἄχρι
τοῦ οἰμβριλλια. εἰς τὸ ρυάκυ· καὶ χίνει τὸ ρυάκυ. ἀπὸ
τὸ σίνορον τοῦ καρβουνεριου ἄχρι εἰς τὴν θάλασσαν·
καὶ στρεφει την θάλασσαν· ἄχρι εἰς τὸ σίνορον τοῦ
χρισοιωαννου τοῦ σιμερου· καὶ ἀναβένι ἄχρι τῆς στρα-
τὸς. τοῦτω ἐγίνετον. ἐν καιρῶ τοῦ μαΐστορος ραού·
καὶ ἐμολογῶ καὶ προστάττω. ἤ τις φοραθῆ· ἢ φανὶ
ποτε καιρῶ βουλόμενος μετατρέψαι. τὸ πάντα αφιέρω-
μενον· ὅπερ ἐπίοισα ὑπερ ψειχηκῆς μου καγῶ γουλλιαλ-
μος καρβουνερις καὶ τῶν ἐμῶν γονείων. καὶ ἰδίων μου·
τοῦ ὑπάρχειν κατηραμένον. παρα κυρίου θεοῦ παντο-
κράτορος· τῶν τιή ἁγίων πατρῶν καὶ τὰ ἑξῆς· ἐν
παρουσια καὶ ἐπόψεσιν τῶν ἐμῶν χρισίμων ἀνθρῶπων·
τοῦ ὑπάρχειν υευαια καὶ ἀπαρασέλεπτος· ἡ τιαὔτι ἀφιέ-
ρωσις· μέχρι τέρματος αἰῶνος· † τριστιάνο παῖδα λαυ-
ρεντιον μάρτυρ υπέγραψε. καὶ παρευρεθη καὶ σάρουλ-
λος βλοίνδος· καὶ γιράλδος ἀμγιένος· καὶ γουλιάλ-
μος φερέττος· καὶ γεόργιος καπριλος· καὶ ρωπέρτος
γουραφος· καὶ ἰωάννης ὁ ποτε στρατηγος· καὶ χαρβου-
νερις· καὶ ρωκέριος υριάτις· καὶ ρωπέρτος πισκηαλου-
πος· καὶ ραός υἱὸς καρβουνὲρις· καὶ υασιλειος νοταριος·
καὶ καπριλος· καὶ ιωάννης τοῦ σπανοῦ· καὶ ανδρεὰς
κριτὴς· καὶ ὁ πρεουρος κυρος ράος τοῦ ὅρους ἀθανάσιος
καὶ ὁ κυρος σιχερος καὶ ὁ κυρος ὅτος· καὶ κυρος γαλ-
φρὲς. ἡ παρόντες ἀδελφοὶ παρευρεθεντες μαρτυρες † μηνὶ
ἰνδικτιῶνι τοις προγραφεισι.

† Γουλλιαλμος Καρβουνερις· υπεγραψεν τον σταυ-
ρον εἰκεῖα χειρὶ.

mei domini Rogerii Cunciprettae, et uxoris ipsius dominae Orengiae; ut scilicet nos fratresque nostri ab omnibus nostrum utrorumque peccatis absolutionem et redemptionem obtineamus apud benignum et misericordem Deum in die iudicii. Templum vero sancti Theodori ad Praetoria situm est; et praediorum (*quae donantur*) fines hi sunt: a superiori parte ecclesiae est lapideus terminus Ananiae, et descendit per vallem dexteram laevamque templi usque ad viam publicam, et subtus viam ut pergit finis Athanasii, et iungitur finibus filiorum presbyteri Petri de Stephano, et vadit finis Stephani usque ad populos, et tangit flumen, et ascendit iuxta flumen usque ad sanctum Demetrium, et revertitur per terminum lapideum, et pergit usque ad Umbrelliam ad rivum, et descendit rivus a finibus Carbunerii usque ad mare, et revertitur a mari usque ad fines Chrysoioannis de Simero, et ascendit usque ad viam. Haec autem concessio facta est tempore magistri Rhai, et ipse(*eam*) firmam ratamque habeo, ac praecipio, ut si quis aliqua occasione vel tempore infringere voluerit omnem hanc oblationem, quam feci ego Gulielmus Carbunerius pro spirituali salute mea meorumque parentum et propinquorum, maledictus sit a Domino Deo omnipotente, et a tercentis octo et decem sanctis Patribus, et reliquas sortiatur poenas. Praesentibus et inspectantibus viris meis probis (*scripta est*)haec donatio, quae firma et inviolabilis maneat usque ad finem seculorum † Tristianus filius Laurentii testis subscripsit, et interfuit, et Sarullus Blundus, et Giraldus Amgienus, et Gulielmus Pherettus, et Georgius Caprilus, et Robertus Guraphus, et Ioannes olim Strategus, et Charbunerius, et Rogerius Briatis, et Robertus Piscialupus, et Rhaus filius Carbunerii, et Basilius Notarius, et Caprilus, et Ioannes de Spano, et Andreas Iudex, et Prior dominus Rhaus de Monte, Athanasius, et dominus Sicherus, et dominus Otus, et dominus Galphres, praesentes fratres interfuerunt testes. † Mense et indictione suprascriptis †.

† Gulielmus Carbunerius subscripsit crucem propria manu.

† Domina Emma uxor mea subscripsit honorandam crucem propria manu.

† κυρα ἔμμα σύμβιός μου ὑπέγραψε τὸν τίμιον σταυρον εἰκεῖα χειρὶ.
† ριγκάρδος φᾶλλκος· ὑπέγραψε εἰκεῖα χειρὶ.
† γουλλίαλμος υἱὸς αὐτοῦ υπεγραψε εἰκεῖα χειρὶ.
† ἔμμα θυγατηρ αυτου ειχεια χειρὶ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 20.)

† Riccardus Phalcus subscripsit propria manu.
† Gulielmus filius eius subscripsit propria manu.
† Emma filia eius propria manu.

XCVI.

1125 — Indict. III.

Petrus Ranerus Iudex Comitis (sic) divisionem bonorum inter Eremitas et uxorem Rhai fratresque ipsius conficit.

† εισιν οἱ μοῖράσια την απερ καὶ επιοῖσασιν οἱ ερεμίτες με τὴν γηνεκαν του ραου καὶ τοὺς αδελφους αυτοῦ εν προτης απολαβον οἱ μοναχὴ εις την επικατου μεριαν της αγιας θεοτοκου της ανου εις το ανατολικον μερος αχρι της φράκτης τοῦ ανπελιου του χαλτερι πλισιον του χοραφίου του καπανου καὶ εις την υαθήαν το χόραφιον πλησιον τοῦ καητζανου απου τὸ χανδακην σιν του ανπελιου· καὶ ποδιδι εις τὴν φρακτὴν καὶ αποτρεχη ἡ φρακτη καὶ αποδιδι εις το ανπελην του καητζαιου· καὶ ετερον πετζὴν εις την επανου μερειαν τὴς εκλισιας καὶ μοδιου ενος χοραφιον μεσα τον ανπελιων πλησίον του αγριλλου κατενοπηον τὸν αξηοπηστον μαρτυρων. † Κωνστας μαγου μαρτυρ. † μαρίνος της φρανκηκας μαρτυρ. † πετρος πολητης μαρτυρ. † πανκαλλος υιος πρεσβυτερου κωνστα του πανταλεοντος του μουτερου. κατα προσταξεος πετρου ρανερου κριτου κομιτος ετους ,ϛχλγ' ινδικτιωνος γ' εγραφη το χαρτιον υπο χειρος πετρου πρεσβυτερου υιου ιωαννου καπανου.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 21.)

† Haec est divisio quam fecerunt Eremitae cum uxore Rhai et fratribus ipsius. In primis acceperunt monachi ad inferiorem partem Sanctae Mariae superioris (*portionem territorii*) orientem versus usque ad sepem vineae Gualterii prope praedium Capani, et ad vallem praedium prope Caëtzanum de Chandace cum vinea, et vadit ad sepem, et procedit sepes et vadit ad vineam Caëtzani; et alterum praediolum in parte superiori ecclesiae; et praedium unius modii inter vineas prope Agrillum. Coram fide dignis testibus. † Constas filius Magi testis. † Marinus de Francica testis. † Petrus Politus testis. † Pancallus filius presbyteri Constae filii Pantaleonis de Mutera. Ex mandato Petri Raneri Iudicis Comitis, anno 6633, indictione III, scripta est chartula manu Petri presbyteri filii Ioannis Capani.

XCVII.

1125 — Mense Septembri — Indict. IV.

Alexander de Claromonte eiusque frater Riccardus confirmant Nilo praeposito monasterii sancti martyris Anastasii privilegia, quibus Riccardus Sinescalcus et Albereda coniuges, Petrus Boitus et Boamundus eidem donaverant monasterium Polychori cum praediis et ecclesia S. Mariae de Scanzana.

† σίγνον χειρὸς αλεξάνδρου ὁ τοῦ κλερομώντου.
† σίγνον χειρὸς ριγκάρδου αδελφοῦ αυτοῦ †.
† Ἐν ονόματι τοῦ πατρος καὶ του υιου καὶ του αγιου πνεύματος.

† Signum manus Alexandri de Claromonte.
† Signum manus Riccardi fratris ipsius.
† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Σιγίλλιον γενάμενον παρ εμοῦ αλεξάνδρου τοῦ κλερεμοντου· καὶ ῥιγκάρδου εμου ἀδελφοῦ· καὶ ἐπιδωθὲν τῶ παισέπτω καὶ θείω ναῶ τοῦ σοτηριου μάρτυρος αναστασίου τὸ εἰς τὼ καρβουνι λεγομένω καὶ σὺ τῶ ιεροτάτω καὶ θεολήπτω τῆς ταύτης μονης καθηγουμένω κυρω νείλω· καὶ τοῖς μετα σὲ εν αυτῶ διαδόχοις σου μηνος σεπτεμβρίου ινδικτιωνος δ'. ἔτους ϛχλδ' †.

Ἐπὶ δεῖ. εἰς τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν τὸ πολλυκόριον παραλαβῶντες παρὰ τοῦ αυθέντου κυρου βαϊμοῦνδου. πρόσηλθες ἡμὴν σὺ ὁ ευλαβέστατος ἡγούμενος κυρος νείλον. ἑτησην ἡμὴν ετούμενος τοῦ ἐπικυρῶσε καὶ βαιβεῶσέ σὲ, καὶ τοὺς μετα σὲ διαδόχους σου. εκ τὴς γέφειρας τοῦ πολλυκορίου. σὺν τῆ ευαγεστάτη καὶ θεῖα μονῆ τῆς θεομήτωρος καὶ τῶν δικαιομάτων αυτῶν· ἔτη δὲ καὶ τῆς ἐγκλήσίας τῆς παναγνου καὶ θεομήτωρος τῆς εἰς σκαντζαιας. σὺν τῆ διακράτησην αὐτῆς. οὐ μὴν· ἀλλὰ καὶ σιγίλλια ἐπιφερόμενος τῶν μακαρίτων ὁμοζύγων ῥιγκαρδου συνεσκάλκου καὶ τῆς κυρας αλβερέδας τῆς ἡμετέρας θεῖας· καὶ τοῦ πετρου βοΐτου καὶ λαμπροτάτου αυθέντου, κυρου βαϊμούνδου· περιέχωντα τὴν παρ εκείνων σὺ δεδομενων επι τοῖς προρηθήσεις τόποις κυρώσθήσαν κυριότητα. πολλὴν ὡς αληθες εσχικότες ασφάλειαν· σοῦ δὲ δικαίως· καὶ παναγίως τας προρηθησας μονὰς κρατουντος καὶ δεσπόζοντος καὶ περιθάλποντος. καὶ εἰς ἐμφάνειαν καὶ πρόκοπὴν αὐτὰς διἐγείραντος. ὡς επι τοῖς τιούτοις χαίρι θεος καὶ οἱ αυτοῦ θεράποντες ἅγιοι. Οὐ δίκαιον ἡγισάμεθα τὰς σὰς παριδὴν ἀξιώσεις καὶ παρακλήσεις, τὰς ὑπὲρ ταύτης τῆς ὑποθέσεως καὶ ἐτησαιως ψυχοφελοὺς. καὶ δὴ· ἥξαντες τῶ σῶ θελήματι καὶ τη δικαίως ἐτυθήσει ἐτήσει. τοῦτο μὲν ποιοῦμεν καὶ στέργωμεν διὰ ψυχικὴν καὶ σωματικὴν ἡμῶν σωτηρίαν τε καὶ κατευόδωσειν· καὶ ὑπερ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τῶν ἡμετέρων γονέων τὰ παρ ἐκείνων σοι βραβευθεντα πρὸς σὲ καὶ τοὺς διαδόχους σου. καὶ ἡμεῖς οἱ αυτάδελφοι ὁλοψύχως καὶ εὐγνομόνως επικυροῦμεν καὶ στέργωμεν· ἵνα από του παρόντος εἰς τὸ ἑξῆς. τὴν τῶν προριθέντων μοιῶν διἐκδίκησειν. τὸ ἀνεπερεαστόν τε καὶ ἀφρόντιστον ὡς ἔδει παρ ἡμῶν προσδεξάμενοι, σὺ καὶ οἱ μετα σὲ. μὴ εξείναι τοίνυν τῶν ὑφ ἡμῶν. εἰ ἄλλων τινῶν. οιοδήποτε προσῶπῶ, ἢ τρόπω· ἢ προφάσει καὶ μηχανεῖ· ἐπερεάζειν ἢ ενοχλεῖν αὐτὸν ἐν τινι· τούτο γὰρ δίκαιον εἶναι καὶ ψυχοφελαῖς εννοήσαντες. τὴν προριθείσαν γέφυραν τοῦ πολλυκορίου σὺν τῆ ἐκεῖ ευαγεστάτη μονῆ τῆς θεομήτορος, καθῶς ὁ κυρος ριγκαρ-

Sigillum factum a me Alexandro de Claromonte et Riccardo fratre meo, et datum venerabili ac divino templo sospitatoris martyris Anastasii in loco dicto Carbuni, et tibi sanctissimo Deoque accepto huius monasterii praeposito domino Nilo, tuisque inibi successoribus, mense septembri, indictione IV, anno 6634.

Cum in nostram potestatem Polychorum accepissemus a dynasta domino Boamundo, accessisti ad nos tu religiosissimus praepositus dominus Nilus, petens a nobis, ut assereremus et confirmaremus tibi tuisque successoribus planitiem Polychori cum sanctissimo et divino monasterio Matris Dei et iuribus ipsorum, insuper et ecclesiam sanctissimae Deiparae, quae est Scantzanae, cum eius possessionibus; nec non et afferens privilegia coniugum beatae memoriae Riccardi Sinescalci, et dominae Alberedae amitae nostrae, et Petri Boiti, et clarissimi dynastae domini Boamundi, quae continebant dominium super praedicta loca confirmatum ab iisdem donationis auctoribus, multum certe quidem securitatis habentia. Cum tu autem praedictum monasterium rite sancteque possideas et modereris ac tuearis, et ad celebritatem et incrementum excites, quibus sane rebus tum Deus, tum Deo famulantes Sancti gaudent, nefas putavimus tuos aspernari rogatus et postulationes animae salutares. Tuae igitur voluntati iustaeque petitioni obsecundantes, id quidem facimus, et confirmamus, pro spirituali et corporali nostra salute et prosperitate, et pro remissione peccatorum nostrorum parentum, res ab illis tibi tuisque successoribus donatas. Et nos fratres germani toto animo et bona voluntate ratum habemus et comprobamus, ut a praesenti die in posterum, nobis praedictorum monasteriorum defensionem suscipientibus pro te tuisque successoribus, a damno et molestiis liberi sitis prout oportet, nec liceat cuiquam ex nostris subditis vel extraneis vel cuilibet personae quovis modo vel praetextu vel dolo turbare aut vexare ipsa (*monasteria*) in aliqua re. Id enim iustum esse et animae utile reputantes, praedictam planitiem Polychori cum sanctissimo monasterio Matris Dei ibi posito, sicut dominus Riccardus Sinescalcus filius Drogonis Comitis, et amita nostra domina Albereda dederunt et confirmarunt ipsum cum omni eiusdem tenimento monacho Tristaino, sic ratum habemus et confirmamus tibi tuisque successoribus, nec

δος σινεσκαλκος υἱὸς δρόγου του κόμητος καὶ ἡ θεία ἡμῶν κυρα αλβερέδα ἔδωκαν καὶ ἔστερξαν αυτὴν σὺν πάσῃ τῇ διακρατήσει αὐτῆς τῶ μοναχῶ τρισταΐνω. οὕτως επικυροῦμεν καὶ στέργωμεν σοι καὶ τοῖς μετα σὲ. ἔτη δὲ καὶ τὴν ἐγκλησίαν τῆς παναγίας καὶ θεωμήτορος τῆς εἰς σκαντζάιαν. μετὰ τῶν δικαιομάτων αὐτῆς ἤγουν τό χωρίον μετὰ τῶν χωραφιων τῶν περιοριζομένων. διὰ τῶν συνόρων τοῦτων τῶν ὑπογεγραμμένων ὡς προέφημεν, ἐπικυροῦμεν καὶ στέργωμεν. πρῶτον μὲν· ἀπό ἀνατολὴς ἡ θάλασσα ἕως τῆς εγκλησίας τοῦ ἁγίου γεωργίου· καὶ ἀπ αὐτῆς τῆς εγκλησίας τοῦ αγίου γεωργίου πρὸς μεσιμβρίαν ἀνεισιν εἰς τοὺς δ' λίθους. κακεῖθεν ὡς ανέρχεται τα εἴσα εἰς τὴν δημοσίαν ὁδὸν τὴν ερχομενην ἀπὸ ταράντου· καὶ ἡ οδὸς ἀπέρχεται ἀχρι εἰς τὸν βουνὸν τῆς ἀγριελαίου, κακεῖθεν τὰ εἴσα ἄνεισιν εἰς τὴν βαθείαν τῶν αγκυτάνων· καὶ ἀπ αὐτῆς τῆς βαθείας ἄνεισιν εἰς τὴν πηγὴν του κρομιδὰ· καὶ από τῆς πηγῆς του κρομιδὰ πρὸς δυσμὰς, ὡς ἀπέρχονται τὰ λεγόμενα ζυγούνια τα μέτοπα εις τὸν ποταμὸν τῆς χελάνδρας· καὶ ὡς κατεισειν ὁ ποταμὸς μέχρι τῆς θαλάσσης απο ακτρῶου μερους ταῦτα πάντα ὡς ἔφημεν. σοῦ δικαίως κρατοῦντος τε καὶ δεσπόζοντος καὶ ἡμῶν στεργώντων. τὴν προλεχθήσαν μονὴν τῆς γεφυρας πολλυκορίου· σὺν πᾶσι τοῖς οὖσιν εν αυτῇ πράγμασι κεινητοῖς ακοινήτοις καὶ αυτοκεινήτοις. καὶ τῆς εἰς τὴν σκαντζάναν νυχθήμερον εκράτησαν καὶ ἐδέσποσαν. εἰς τὸ ἑξεῖς κρατὴν καὶ δεσπόζειν ἡ προγεγραμμενη μονη τοῦ αγίου μαρτυρος αναστασίου καὶ ὁ ταύτης προεστῶς κυρος νειλον καὶ οἱ τοῦτου διάδοχοι εἰς ἀεὶ ακολύτως καὶ ανενοχλήτως επιβραβευομενοι εἴ δὲ τὶς τῶν ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ευτυγχαιώτων χείρα. καβαλλαρίων λέγω στρατιγῶν καὶ παντοίων υπηρετῶν ἢ ετερον τι ξένον πρόσωπον καὶ τὸ κοινὸν του λαοῦ ἡμῶν. τὰ ὑφ ἡμῶν κυρωθέντα καὶ βεβαιωθέντα εἰωδήποτε τρόπω παρασαλεῦσαι ἢ ἀκυρῶσαι πηράσειται. ἢ ἡμοῖς αὐτοὶ ἢ κληρονόμοι ἡμῶν ὅπερ μὴ γένοιτο. μέτοχος ἔστω· τῆς ἀρὰς τῶν τιή θεοφόρων πατρῶν ζημιούμενος ἐν τῶ βεστιαρίω ἡμῶν χρυσοῦν λίτρας πεντήκοντα· καὶ ἄλλας τοσαύτας τῇ αγία εγκλησία καὶ τῶ ταῦτης προέδρω. οὐ μὴν ἄλλα καὶ τὴν ημετεραν ὀργὴν ου μικρὰν ὑποστήσονται. τὸ γὰρ παρὸν σιγίλλιον ἄθραυστον καὶ αμετακαίνητον εἰς αἰῶνα διαμενεῖ. ὅπερ. πρὸς περισσοτέραν πίστωσιν καὶ βεβαίωσιν. τῇ διαμολίμδω βουλλη ἡμῶν εσφραγίσαμεν. γραφὲν τῇ ἡ-

non ecclesiam sanctissimae Matris Dei, quae est Scantzanae, cum possessionibus ipsius, agrum scilicet cum praediis per subscriptos terminos definitis, ut praediximus, ratam habemus et confirmamus. Primum quidem ab oriente est mare ad ecclesiam usque S. Georgii, et ab ipsa ecclesia S. Georgii ad meridiem ascendit ad quatuor lapides; illinc recta ascendit ad viam publicam quae venit e Tarento, et via vadit usque ad clivum oleastri; illinc similiter progreditur ad vallem Ancitanorum, et ab ipsa valle ascendit ad fontem Cromidae, et a fonte Cromidae occasum versus, ut vadunt (*loca*) quae vocantur Zygunia posita e regione ad fluvium Chelandrae, et ut descendit fluvius usque ad mare a parte septentrionali. Tibi haec omnia, ut diximus, iuste possidenti et in tua potestate habenti nos confirmamus praedictum monasterium Polychori cum omnibus rebus in eo extantibus, mobilibus, immobilibus et semoventibus, et cum illis quae Scantzanae perpetuo possedit et habuit; ut in posterum praedictum monasterium sancti martyris Anastasii, et ipsius praepositus dominus Nilus eiusque successores, ea, quae donata sunt, libere et sine molestia in perpetuum possideant et in potestate habeant. Si quis autem e subditis nostrae ditioni, Caballariis inquam, Strategis, cunctisque ministris vel aliis extraneis personis, et ex universitate populi nostri, a nobis rata habita et confirmata aliquo modo turbare vel infirmare tentaverit, vel nos ipsi vel heredes nostri, quod absit; particeps sit maledictionis tercentorum octo et decem divinorum Patrum, et mulctetur Fisco nostro auri libris quinquaginta, et totidem sanctae ecclesiae eiusque antistiti, nec non et nostram indignationem non parvam incurrat: verumtamen praesens privilegium inviolatum et inconcussum in perpetuum maneat; quod ad maiorem fidem et firmitatem nostro plumbeo sigillo signavimus. Scriptum nostro mandato manu notarii nostri Menae, et datum religioso praeposito domino Nilo, mense et indictione supradictis, coram subscriptis testibus.

† Hugo filius Raneri et Comestabulus praesens testis subsignavi honorandam crucem.

† Hugo filius Ascintini de Claromonte testis propria manu subsignavi venerandam crucem.

μῶν προστάξει χειρὶ του ημετερου νοταριου μηνὰ. Ἐπεδώθη τῶ ευλαβεῖ ἡγουμένω κυρω νείλω· μηνι καὶ ιδικτιωνι τοῖς προγραφήσι παρουσια τῶν ὑποκειμένων μαρτύρων.

† οὕβος υιοῦ ρανέρου καὶ κομισταύλου παρῶν ὑπεσημηνάμην τὸν τίμιον σταυρὸν μαρτυρ.

† οὕβος υιοῦ ασκιντίνου τοῦ κλερεμόντου. εἰκία χειρὶ ὑπέγραψα τὸν τίμιον σταυρὸν μαρτυρ.

† ἀνδρέας του μαρτίνου. εἰκία χειρὶ ὑπέγραψα τὸν τίμιον σταυρὸν μάρτυρ.

† οὕβος υιὸς γιλλιέλμου φιλρεναλδου μάρτυρ ὑπέγραψα.

† βάος δονάτος ὁ τότε στρατηγὸς τῆς χόρας του αυθέντου μου κυροῦ ἀλεξάνδρου μαρτυρ †.

† γιλλιέλμος σαγγιλιάνος οικείτωρ καστρου νόβου μαρτυρ υπέγραψα.

† ιωάννης βαρινοῦ. μάρτυρ υπέγραψα τὸν τίμιον σταυρὸν.

† πέτρος καμβριλλιγγος· ὑπεσημηνάμην τὸν τίμιον σταυρὸν εικία χειρὶ· τὰ δὲ ὕφει τῶν ὀνομάτων καὶ ἐπονημιῶν διὰ χειρὸς τοῦ νοταρίου †

† Andreas Martini filius testis propria manu subsignavi venerandam crucem.

† Hugo filius Gulielmi Filrenaldi testis subscripsi.

† Rhaus Donatus olim Strategus ditionis domini mei domini Alexandri testis.

† Gulielmus Sangilianus incola Castri Novi testis subscripsi.

† Ioannes Barini filius testis subscripsi venerandam crucem.

† Petrus Cambrillingus subsignavi venerandam crucem propria manu, nomen autem et cognomen manu notarii.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 22.)

XCVIII.

1126 — Mense Iulio — Indict. IV.

Sichelgaita uxor defuncti Odonis Marchisii confirmat S. Mariae de Turribus et Leoni praeposito Eremitarum donationem quorumdam praediorum.

† Εν ονόματι τοῦ πατρός καὶ του υἱοῦ καὶ τοῦ αγίου πνευματος. ἐν ἔτη ϛχλδ' ινδικτιωνος τῆς ενεστόσης δ'. ἐν το μηνι ἰουλίω, οὐσης καμοῦ σηκληγαΐτης μαρκησης καὶ γυνῆς του ἀπεχωμένου ὥτου μαρκησου· εἰς τὸν ἐμων καστέλλιν ἁγίας εγκατερίνας, ἔστερξα ἐν τὴ ὑπεραγία θεοτόκω των τοῦρρων, καὶ εις τὸν ἅγιον στέφανον, καὶ εις τὸν ἅγιον λαυρέντιον, καὶ εἰς τὸν ἅγιον υλάσιον, καὶ εἰς τὸν κυρὸν λέοντα τὸν μαϊστορα τῶν ερεμητων, καὶ εἰς τοὺς ἀδελφούς, ὕπερ ψυχικῆς σωτηριας, τοῦ ἐν μακαρια τὴ μνήμη κόμητος ρωκεριου, καὶ αυθεντου ἡμων, καὶ τοῦ αὐτου υἱου κόμιτος ρωκεριου, καὶ αυθεντου ἡμων· καὶ τῶν τεκνων αὐτου, καὶ ὕπερ ψυχεικῆς σωτηριας τῶν πρόαπελθοτων ἡμῶν γοναΐων, καὶ τοὺ ἐμοῦ ἀυθεντου κυροῦ ὥτου καὶ ἐμῆς, καὶ τῶν ημετερων τέκνων, χωράφια ἐκ τὴν ἐμοὶν κοιν-

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Anno 6634, praesente indictione IV, mense iulio. Cum ego Sichelgaita Marchisia et uxor defuncti Odonis Marchisii degerem in meo castro Sanctae Ecaterinae, confirmavi sanctae Dei Genitrici de Turribus, et sancto Stephano, et sancto Laurentio, et sancto Blasio et domino Leoni priori Eremitarum, eiusque sodalibus, pro spirituali salute felicis memoriae Comitis Rogerii domini nostri, et ipsius filii comitis Rogerii domini nostri, et filiorum eius, et pro spirituali salute defunctorum parentum meorum, et Odonis domini mei, et mea, et filiorum nostrorum, praedia de mea cultura dicta Matremona, (*quae incipiunt*) a via, quae dividit alia praedia a me donata huic sanctae Dei ecclesiae, et vadit via ad rivum, qui descendit infra sanctum

τουραν τὴς ματρεμόνας, τα ἀπο τὴν ὁδων τὴν διαχορίζωντα τὰ ἑτερα χώραφια τα ἐπροεδωκα ἐν ταῦτες, τὲς ἀγίες τοὺ θέου εγκλησίες, καὶ αποδίδει ἡ ὁδὸς εἰς τὸ ριἄκην τὸ καταβένον ἀπὸκάτο τοῦ αγιου παύλου ἐπὶ ανατολῆς ἄχρι τὴς θαλάσσις καὶ απέρχεται τα παραπλήσια τὴς θαλάσσις ἄχρι του βουρυουροῖσσου, καὶ ανερχεται ταύτος ὁ ρίάξ του βουρυουρουσσου, ἐπὴ δισμάς, ἄχρι εἰς τὸ σύνορον τὴς κουντουρας υαρθωλομεου δε λουτζὴ, καὶ ἀπὸδιδει εις τὴν ὁδὸν καὶ σὺνκλήη τάυτα δὲ ἔστερξα κατενοπιον των απευρεθεντων εν τοῦτοις χρισιμον ανθρώπων.

† Ego Dominicus Squillatinus episcopus huius cartulae testis sum.

† petrus cappellanus testis sum.

† Ego leo cappellanus testis sum.

† ράος ὑιός γαλκλου ὑπέγραψα τὸν τήμιον σταυρόν.

† πρεσβυτερος γριγοριος προτοπαπα μαρτυρ ηπέγραψε.

† νικολαως ηερέας παρευρεθης μαρτυρ ηπεγραψεν ηκηα χειρι.

† νικολαος αδελφος νοταριου κωνστας του οπιδου μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρον.

† πρευητερος ιωαννης τη εποντα του καφιρου.

† νικόλαος κρομμηδα μαρτυρ υπέγραψα τὸν τιμιον σταυρον.

† άρεθος κοντζηλλιος μαρτυρ υπεγραψα τὸν τήμιον σταυρον.

† εγραφη τὸ παρὸν χαρτιον χεῖρὶ ἐμοῦ άρκαδιου νοταριου κατα προσταξεως τὴς εμὴς αυθεντης κυρας σηγληγαιτας μαρκήσι.

Paulum ab oriente usque ad mare, ac protenditur ad loca mari propinqua usque ad Burburussum, et iuxta hunc rivum Burburussi adscendit occidentem versus usque ad confinium culturae Bartholomaei de Lutzi, et pervenit ad viam et clauditur. Hanc vero donationem ratam habui coram probis hominibus qui eidem interfuerunt.

† Rhaus filius Galcli subscripsi venerandam crucem.

† Presbyter Gregorius protopapa testis subscripsit.

† Nicolaus presbyter testis interfuit, et propria manu subscripsit.

† Nicolaus frater notarii Constae de Oppido testis subscripsi venerandam crucem.

† Presbyter Ioannes cognomento Cafirus.

† Nicolaus Crommida testis subscripsi venerandam crucem.

† Arethus Contzillius testis subscripsi venerandam crucem.

† Scripta est praesens chartula manu mei Arcadii notarii ex iussu dominae meae dominae Sichelgaitae Marchisiae.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 23.)

XCIX.

1126 — Mense Septembri — Indict. V.

Theogno vidua Gregorii Trasimundi donat monasterio S. Ioannis de Calveto nonnulla praedia.

† σίγνον χειρὸς θεογνοῦς τῆς καὶ γνησίας συζήγου γρηγορίου τού τη επονομία τρασιμοῦνδδου του μακαριωτάτου.

† Εν ονοματι του πατρος καὶ του υἱοῦ καὶ τοῦ αγίου πνεύματος. Η προγεγραμμένη θεογνῶ η τὸ σίγνον του τιμίου καὶ ζωοποιου σταυρου ἴδια χειρι πῖξασα· οὐδὲν οὕτω θεῶ ευαπόδεκτον καὶ αγγέλοις ε-

† Signum manus Theognus legitimae uxoris Gregorii cognomine Trasimundi felicis memoriae.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascripta Theogno, quae signum venerandae et vivificae crucis propria manu exaravi, cum nihil tam Deo acceptum et Angelis iucundum et hominibus laudabile et beatum sit, quam pro salute

δέσιμον καὶ ανθρωποις επαινετόν καὶ μακαριστόν· ωστίς εὐποιῆν ὑπὲρ ψυχηκῆς αυτοῦ σωτηριας καὶ αφιερῶσης εις ναοὺς ἁγίων δια τὸ αναφέρεσθαι εν τοῖς ἱεροῖς δυπτύχοις εις τὸ διειναικαῖς· δίατοῖ τοῦτου· τὴν παροῦσαν ἐγγραφον αφιέρωσιν ποιῶ· προς τὴν σευασμιᾶν μονὴν· τοῦ ὁσίου πατρος ημῶν ιωάννου του καλυυήτου· εν ῆ ἀφιερῶ ὑπὲρ ψυχηκῆς σωτηριας τοῦ εμοῦ συνευιοῦ γρηγορίου τρασιμούνδδου τοῦ μακαριωτάτου· τα χωρᾶφια τὰ πατρικα αυτοῦ· τὰ λεγόμενα τῶν ρεκκῶν· καὶ τα χωράφια τὰ ὄντα εις τὸν αλμιρὸν· ἄνευ μὲν τὸ επέδωκεν εις τὴν αυτοῦ εκκλησίαν του ταξιαρχου μιχαὴλ· καὶ τὸ χωράφιον της παλαιᾶς αλληκῆς· καὶ τὸ χωραφιον της κρυψάνας το αφασανήτικον τὸ ὄντι εις τὸν ἅγιον χριστοφόρον· καὶ τὸ χωραφίον του μεσωκάμπου· καὶ ὅλον τὸ μέρος αυτοῦ ὁπουδὰν φέιεται κληρονομῶν εκ τῆς πατρικῆς αυτοῦ ὑπόστάσεως επακολουθῆν η τοιαῦτη μονῆ τὸ μέρος αυτοῦ καθὰ σύνμοιράζη μετα τῶν σύνκληρονόμων αυτοῦ. καὶ ἔχειν ταῦτην τὴν υπόστασιν της κληρονομιας αυτοῦ η αυτὴ σευασμία μονὴ καὶ οἱ εν αυτοῖ κατα καιρὸν ἡγουμενεύοντες καὶ διοικηταὶ καὶ οικονόμοι εις ιδιαν εξουσῖαν καὶ δεσποτιαν απο τῆς ημερας ταῦτης καὶ εις αιωνίαν κατάσχεσιν· διὰ το οι κὰτα καιρὸν οἱερουργοῦντες εις τὴν τοιαύτην μονὴν· εὐχεσθαι καὶ αναφέρειν αυτὸν εν τοῖς ἱεροῖς δυπτύχοις γρηγορίου τοῦ μακαριωτάτου μου συζήγου καὶ εμοῦ αυτῆς ἄχρη τερματος αιῶνων· καὶ ἔχειν εξούσια· οἱ αυτοῖ εις τὴν τοιαῦτην κληρονομίαν· καὶ εις τα ρηθεντα χωρᾶφια· πάντα ποιῆν καὶ πράγτην εν αυτοῖς ὥσα τοῖς οἰκεῖοις δεσπόταις οι θἱοι καὶ φιλευσευεῖς νόμοι διακελεύσουσιν· ὡς το κυρῶς καὶ τὴν εξούσιαν παρ εμοῦ ειληφοῦσα ἡ τοιαύτη μονῆ· καθότι ανελαυῶμην τὴν τοιαύτην υπόστασιν τὸ μέρος τῆς πατρικῆς κληρονομίας τοῦ ανδρός μου· διὰ τὸ καταγραφέν μοι παρ αὐτοῦ θεορετρον δια διαφόρων ειδῶν νομίσματα εκκτὸν· καὶ ὡς μη ἔχων τὶ δούναι ανιλαυῶμην ταῦτα· οὐ μὴν δε μόνον περι τοῦτου· αλλὰ καὶ εις τὸν καταλημὸν του κάστρου διὰ τον πιασμὸν αυτοῦ δεδωκα εις τὴν κόρτην νομίσματα σκυφάτα πλήον παρα εξήκωντα· ἁτινα ὑπήρχων απὸ τῆς προικός μου κοσμια χρυσᾶ καὶ υηλάρια ηθαρωμεταξα καὶ διαφορα ρούχα απὸ τε χαλκοῦ σιδίρου καὶ των ἱματίων μου· καὶ ταῦτα επιδεῖδω πᾶλην ὑπὲρ ψυχηκῆς αυτοῦ σωτηρίας καὶ τῆς εμῆς εις τὴν τοιαῦτην μονὴν. μὴ εναντιοίμενη παρὰ τῶν συνκληρονόμων ημῶν καὶ αδελφῶν. μὴ-

animae propriae beneficiis et donationibus cumulare templa Sanctorum, ut (*donantis nomen*) in sacra diptycha in perpetuum referatur, idcirco praesentem donationem facio venerabili monasterio sancti patris nostri Ioannis de Calveto, cui concedo pro salute animae viri mei Gregorii Trasimundi felicis recordationis praedia paternae eius hereditatis dicta Reccorum, et praedia quae sunt ad Almirum, praeter illud quod ipse ecclesiae suae Archangelo Michaeli dicatae concessit; et praedium Veteris Salinae; et praedium cui nomen de Crypsana Aphasaniticum, positum ad Sanctum Christophorum; et praedium Mesocampi; et integram partem paternae hereditatis ipsius ubicumque ei contigerit, quam partem consequatur idem monasterium iuxta divisionem cum eius coheredibus. Haec vero bona hereditatis ipsius praedictum venerabile monasterium, et eius pro tempore praepositi, administratores et oeconomi habeant in suum dominium et potestatem a praesenti die in omne aevum. Quapropter, qui sacra in hoc monasterio pro tempore obierint, orent et mentionem faciant in sacris diptychis Gregorii viri mei beatissimae memoriae et mei ipsius usque ad finem seculorum; et facultatem iidem habeant in dictam hereditatem et in memorata praedia omnia peragendi et faciendi, quae propriis dominis divinae piaeque leges praecipiunt, quippe auctoritatem et ius a me hoc monasterium acceperit, prout haec bona habui, partem (*nempe*) paternae hereditatis viri mei ex nuptiali multiplici dono ab ipso mihi destinato, atque aestimato centum numismatis; quae cum mihi tradere non posset, (*pro iis*) accepi praedicta (*bona*); et non solum propter haec, sed etiam propter occupationem possessionemque castri dedi Curiae scyphatos plusquam sexaginta. Item aurea ornamenta dotalia, et velamina serica acu picta, et variam supellectilem aeneam ac ferream, et vestes meas dono praedicto monasterio pro salute animae ipsius (*mei viri*) et meae; nec oppositio fiat a coheredibus et fratribus meis, neque a me ipsa. Si vero quavis occasione vel tempore consilium mutasse deprehendar, et non potius tuear et defendam ipsum a quocumque adversario, maledictionem incurram Domini Dei omnipotentis, et ob transgressionem venerandae crucis mulctari adsentior poenae nomine numismatis sex et triginta. Et sic dein-

τε παρ εμου αυτῆς· ει δε φωραθῶ ποτὲ καὶρῶ ἡ χρόνω του γενεσθαι μεταμελον· μαλλον δὲ ουκ ἡσταμαι καὶ διεκδικῶ αυτὰ εκ παντὸς ειαντιουμένου ὑπάρχομαι καὶ κατηραμενη παρα κυριου θεου παντοκρατορος· ομολογῶ ζημιουσθαι υπερ παραβάσεως του τιμίου σταυροῦ καὶ λογω προστιμου νομίσματα λς'· καὶ ηθ ουτω στέργειν καὶ εμμενειν τὴν τοιαύτην αφιέρωσιν· ἡν πεποίηκα επι τῆς ευσευοῦς υασιλειας ιωαννου υασιλεως τοῦ κομνηνου χειρι μιχαὴλ ἱερέως καὶ ταυουλαριου τουρανου μηνι σεπτεμβριω ινδικτιωνι ε' ετους ϛχλε' παρουσία μαρτύρων †

† θεοδότος ο ἐυτελης πρεσβυτερος ο ιράκλειις μαρτυρων υπεγραψα ιδια χειρὶ †

† κομιττός γενεπιος υπεγραψα ιδια χειρὶ †

† πασχαλιος παπαδρέας μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρον καὶ γραμματα γ'

† γρηγοριος μαξιμας μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρον:

† ασκηντινος ζημαρχης μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρον †

† νικιτας κασανήτης μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρον καὶ ονομα †

† Μιχαηλ πρεσβύτερος. . . . . ταβουλαριος τουρανου την παρουσαν αφιερωσιν ετελεσα. . . . . .

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 24.)

ceps firma ac stabilis permaneat huiusmodi donatio, quam feci, imperante pio imperatore Ioanne Comneno, manu Michaelis presbyteri et tabularii Turani, mense septembri, indictione V, anno 6635, coram testibus.

† Theodotus humilis presbyter cognomento Hercules testis subscripsi propria manu.

† Comittus Genepius subscripsi propria manu.

† Paschalis Papandrea testis subscripsi venerandam crucem et litteras tres.

† Gregorius Maximus testis subscripsi venerandam crucem.

† Ascintinus Zemarchus testis subscripsi venerandam crucem.

† Niceta Casanitis testis venerandam crucem et nomen subscripsi.

† Michael presbyter..... tabularius Turani praesentem oblationem confeci. . . . . .

C.

1127 — Mense Iulio — Indict. V — Circlarii.

Nicolaus de Patello et Helena uxor Gregorii Patelli vendunt Leoni de Crinaro vineam sitam in loco, qui dicitur Fons Ariae, solidis duobus.

† σίγνον χειρὸς νικολάου ο του πατελλου. σι†γνον χηρὸς λέας σίμωιος του γρηγοριου πατελλου.

† ἐν ονόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ημεῖς οἱ ανοτέρω προγεγραμμένοι. Ο τὸν σίγνων των τιμίον καὶ ζωοποιὼν σταυρον· ιδείαις ημὼν χερσὶν ποιήτας· τὸ δὲ εἴφως τοῦ ωνώματος ημῶν· καὶ επωνήμηῶν διά του νοταρίου προτάξας, φενώμεθα προς σέ λεοντα ὁ του ἐπιλεγῶμένου της κρυναρου πιπράσκοντες πρως σαί· αμπέλια εκ τῆς γονηκῆς ημῶν κληρωναμίας. εἰς την περιωχεῖ ἄστεος κήρκλαριου εις τοπον λεγώμενων· ἡ πηγῆ της ἀριας. πλη-

† Signum manus Nicolai de Patello. † Signum manus Helenae uxoris Gregorii Patelli.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signa venerandae et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, nomina autem et cognomina manu notarii, vendimus tibi Leoni cognomento Crinaro vineam, quam habemus de paterna nostra hereditate, sitam in agro civitatis Circlarii in loco, ubi dicitur Fons Ariae, iuxta alias vineas nostras, quae constat vitibus ducentis septem et quadraginta, et ficu, cum omnibus eiusdem perti-

σιων τὸν λοιπὸν αμπέλιον ἡμῶν. τοῦτ εστίν ρίζας σμζ' και σικεα. δ. καὶ ἡ τι διαφέρη λοιπὸν ενδωθεν του τοιούτου αμπελίου. δι ὥπερ απο χηρῶν σου εδεξάμεθα. εις τας χείρας ημὼν τίμημα νομισματα. β'. ταύτα σοι πίπραάσκωμεν ἵνα ἔχεις αυτά μέχρι τερμάτων αιώνων· σὺ καὶ υἱοῖ σου και παντοίοις διακατόχοις· καὶ κληρονομοις κρατεῖν καὶ δεσπόζειν· πουλίν χαρήζειν· ανταλλάγτειν· και οἷς προῖκας τέκνων σου καταγράφαισθε· καὶ πάντα πραγτειν σε εν τοῦτω αυθέντως καὶ κυρίως· ὥς το κύρος καὶ τὴν ἐξοῦσίαν παρ ημῶν ειλειφῶς ὥς ἡ ευσεβεστατοι και θεῖώτατοι βασιλεῖς εν τοις θεῖεις νῶμοις παράκελεύεται· καὶ μὴ παρα τοίνος κολυώμενος· ἢ εμποδειζώμενος· ἤτε ημῶν. ἤτε τέκνων ημὼν· ἢ κληρονομων· ἢ ξένου προσώπου· εἰ δ ὥπερ οὐκ ηγοῦμεν επελθοι τὶς τὸν τοιοῦτον· καὶ ζήτισιν κίνισιν. ἢ αγῶγεὶν τινὰ κατὰ σοῦ χρήσασθε περι του τοιοῦτου αμπελίου εἶναι καὶ αυτῶν κάτυραυμένων καὶ αναθεματῖσμένον παρα κυρίω θεω πάντώκρατορι· την αράν επισπάμενος. τὸν τιή ἁγίων θεωφώρων πατρων. ζημειούσθωσαν καὶ υπερ παράυασιας του τιμιου καὶ ζωοποιου σταυρου· νομισματα, ιβ'. καὶ εἰς τὸ διμώσιον ἄλλα ιβ'. ηθ οὕτως διαμενέτω προ σὲ ἡ τιαύτη τελίαν καὶ πλυρεστάτην διάπρασιν· ἢ καλωθελως εποιήσαμεν· οχειράν· βαιβέαν· καὶ απάρασάλευτον· δια το οὗτος με αρεσθείναι. γραφὲν δια χειρος εμοῦ ιωαννου νοταρίου καὶ ταυουλαρίου άστει κηρκλαριου ἐν μηνί ἰουλίω της ε'· ινδικτιωνος του ϛχλε' ἔτους· παρουσία αξίοπιστων μαρτυρων.

† γουαρίνος υιος λέοντος προῦντος μαρτυρ υπεγραψα ἰδιοχειρὸς τὸν τιμιον σταυρων.

† γριγόριος κλερεμοντε μαρτυρ υπέγραψα ιδιοχειρὸς τὸν τίμιον σταυρων.

† νικηφώρος του κουμνου μαρτυρ υπέγραψα ἰδιοχειρὸς τὸν τίμιον σταυρων.

† ιωαννης του μιζωτερου μαρτυρ υπεγραψα ἰδιοχειρος τὸν τίμιον σταυρων.

† ιωαννης του δανηὴλ μαρτυρ υπεγραψα ιδιοχειρὸς τὸν τιμιον σταυρων.

† ζαὴ υιος ευστρατιου νοταριου μαρτυρ υπεγραψα ιδιοχειρὸς τὸν τίμιον σταυρων τω δὲ ἴφος δια του νοταριου.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 27.)

nentiis. Quapropter de manu tua in nostras manus recepimus pretium solidorum duorum. Haec tibi vendimus, ut ea habeas tu et filii tui, omnesque tui heredes et successores usque ad seculorum finem, (*cum facultate*) tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, in tabulis dotalibus tuorum filiorum scribendi, omnia denique de eadem vinea faciendi iure pleni et absoluti dominii a nobis accepto, quae piissimi et divinissimi imperatores suis augustis legibus constituerunt, nemine vetante aut impediente, nec nobis nec nostris filiis, aut heredibus, nec aliqua extranea persona. Si vero, quod non putamus, horum aliquis surrexerit, litem, quaestionem, aut actionem de huiusmodi vinea tibi intendere volens, maledictionem et anathema habeat a Domino Deo omnipotente, et a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, et propter praevaricationem venerandae et vivificae crucis poenae nomine solvat solidos duodecim, et Fisco publico tantundem: et nihilominus praesentis venditionis instrumentum absolutae et plenissimae, quam sponte tibi fecimus, ratum, firmum et inconcussum permaneat, quia ita nobis placuit. Scriptum manu mea Ioannis notarii et tabularii civitatis Circlarii, mense iulio, indictione V, anno 6635, praesentibus fide dignis testibus.

† Guarinus filius Leonis Prunti testis propria manu venerandam crucem subscripsi.

† Gregorius de Claromonte testis propria manu venerandam crucem subscripsi.

† Nicephorus de Cumno testis propria manu venerandam crucem subscripsi.

† Ioannes de Mizotero testis propria manu venerandam crucem subscripsi.

† Ioannes Danielis filius propria manu venerandam crucem subscripsi.

† Zaë filius Eustratii notarii testis propria manu venerandam crucem subscripsi, nomen vero per notarium.

CI.

1127 — Indict. (V).

Leo filius Theodori Agarinei vendit praedium situm in loco dicto de Buchorta presbytero Leoni filio presbyteri Constae pretio unius numismatis.

† σίγνον χειρὸς λέοντος υἱοῦ θεοδώρου ἀγαρηνέου. ὁ το σιγνον τοῦ τημείου καὶ ζοωπηροῦ σταυροῦ· ἠκήα μου χειρὶ ποιήσας ἀναλαμυανόμενος καὶ τοὺς ἡμετέρους ἡμῶν ἀδελφοὺς καὶ πάσαν ὄχλησιν τὴν παρούσαν ἔνγραφον ἁπλὴν καθαρὰν πράσιν τήθημη καὶ πιῶ ἑκουσία μου τῇ γνῶμει ἠκία μου προαιρέσει ἀδώλος καὶ ἀυιάστος ἐκτὸς πάσης ὑπονίας· προς σὲ τὸν παπὰ λέοντα υἱὸν πρεσυιτέρου κωνστα τὸ ἡμέτερον χοράφιον ὅπερ ηλθεν ἡμῖν ἐκ μητρικῆς μου ὑποστάσεος· τὰ ἐπιλεγόμενα τοῦ σάυα· περιορίζετε μὲν οὕτος· κατα μὲν ἀνατολὰς· τὸ μέρος τῆς λουκίας· κατὰ δὲ δησμὰς εὐδοκίας τῆς θείας μου· και κατὰ μεσίνυριας ὁ ριάξ κατὰ μὲν ἄρτρου ἡ ὁδὸς ἡ μεγάλη· καὶ σινκλῆ· τὸ ὄντα καὶ διακήμενον εἰς τόπον λεγόμενον τοῦ νουχορτὰ. εἰς τὸ ἀναμεταξὴ ἡμῶν σὶμφονηθὲν τήμημα ἓν νόμησμα· ἔλαυον αὐτὸν ἀπὸ τα σὰς χείρας εἰς τὰς ἡμετέρας. τοῦ ἔχην σε τὸ τηούτον χοράφηον ἀπεντεύθεν ἴδη καὶ ἐταεῖ κυρίος καὶ αὐθεντὸς ἀκολήτος καὶ ἀνεμποδήστος· σή τε καὶ ἡ μετα σοὺ κληρονόμοι· καὶ διαδόχη σου ποιῆν τε ἀπ αὐτοῦ καὶ ἧς αὐτὸν καὶ ὅσα τήπος καὶ ἔθος τοῖς ἴδιοις δεσπότις πράττην διακελεύετε· μὴ κοληήμειος ἡ εμποδηζόμενος παρά τηνος οὐ παρ ἡμῶν αὐτῶν οὔ παρα τῶν ὑμετέρων παιδῶν ἡ κληρονόμων ἡ ξένου προσώπου τὸ σίνολον. ἴ δέ ποτε καιρῶ χρόνω φορανθῶ μετάτρέπον τηνὴ ταύτα ἡ ἀκηρόσε υουλόμενος. μὴ ἠσακουέσθω ἀλλ' ἔσθω ξένος καὶ ἀλλότριος τῆς καθαρὰς καὶ ἀμωμήτου τὸν χριστηανῶν πίστεος ζημηοῦσθω καὶ εἰς τὸ δεμόσιον ὑπὲρ παραυάσεως τοῦ τημείου σταυροῦ νομήσματα λϛ ἡθ ούτος στέργην καὶ ἐμένην σε ἄχρη τερμάτων αἰῶνων· ἥτης ἐγράφη χειρὶ θεοδώρου ἱερέως τὴς τερράτας· ἔτει ϛχλϛ ἐνδικτίωνι γ· ἐν παρουσία μαρτύρων. † νοταριος υἱὸς λέοντος καπάντονα μάρτυρ· † νικολαος γαμυρὸς υασιλειου φράγκου μάρτυρ· † κῶνστας υἱὸς υονάκη τοῦ προφήτου μάρτυρ· † νικολαος γαμυρὸς θεοδώρου ἀγαρινέου μάρτυρ· † παπὰ κώνστας υἱὸς φλάυιας μάρτυρ· † υόνος υἱὸς πέτρου μουτέρου μάρτυρ. † λέων υἱος κωνστα μακρὶ μάρτυρ.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 25.)

† Signum manus Leonis filii Theodori Agarinei Qui signum honorabilis et vivificae crucis propria mea manu exaravi, respondens pro meis fratribus et pro omni molestia, praesentem in scriptis simplicem et puram venditionem condo et facio voluntaria mea sententia et propria deliberatione, sine dolo et vi, citra omnem suspicionem, tibi presbytero Leoni, filio presbyteri Constae, praedii mei, quod mihi obvenit a maternis bonis, quae dicuntur de Saba, et sic circumscribitur: ab oriente portio Luciae, ab occidente Eudociae amitae meae, et a meridie rivus, a septentrione quidem via maior, et clauditur; quod situm et positum est in loco dicto de Buchorta, pro convento inter nos pretio nummi unius accepti a tuis in meas manus. Habeas vero dictum praedium amodo et in perpetuum dominus et arbiter, et nulli impedimento vel molestiae obnoxius, tu et tui post te heredes et successores; et facias de ipso et in ipso quaecumque proprii domini facere consuescunt, neque impediaris vel molestiam patiaris ab aliquo, neque a nobis ipsis, neque a nostris filiis, vel heredibus, vel quovis extraneo in universum. Si qua vero occasione vel tempore quis haec subvertere vel infirmare voluerit, non exaudiatur, sed extraneus et alienus sit a pura et inculpata christianorum fide, et mulctetur Fisco publico propter violationem honorabilis crucis numismatis sex et triginta, et nihilominus (*haec chartula*) firma permaneat usque ad finem seculorum, quae scripta est manu Theodori presbyteri de Terrata, anno 6635, indictione III, coram testibus. † Notarius filius Leonis Capantonae testis. † Nicolaus gener Basilii Franci testis. † Constas filius Bonaci de Propheta testis. † Nicolaus gener Theodori Agarinei testis. † Presbyter Constas filius Flaviae testis. † Bonus filius Petri Muteri testis. † Leo filius Constae Macri testis.

CII.

1127 — Mense Novembri 13 — Indict. VI.

Rogerius dominus Caciani et mater eius Adelitza donant monasterio SS. Trinitatis et SS. Deiparae de Pertusia ecclesiam S. Nicolai de Pertusia, et bona, quae possedit presbyter monachus et abbas Canaci.

† Εν ονόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιου καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος· σήμειον χειρὸς ροῦκαὶρι αυφθέντι τοῦ κακὴάνου καὶ τὴς μητρός μου αδιλίτζα· ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωέποιὸν σταυρον εποίησαν· ηδία ημῶν νουλὴν καὶ αγαθὴν προέρεσιν· προσφέρωμεν καὶ εχαρήσαμε εἰς τὸν θεον καὶ εἰς τὴν ἁγίαν τερνιτάτε· καὶ εἰς τὴν ἁγίαν θεοτοκον μαρίαν τὴς πέρτοῦσαν· περὴ ψυχὴν τοῦ μακαρίου ροῦπέρτου αυφθέντι τοῦ κακιάνου· τὴν ἐκκλισίαν τοῦ ἁγίου νικολάου τὴς πέρτούσα· ὅσα εκράτει πρεσυιτερος κανάκι μοναχος καὶ αυυὰς· μία ημέρα καὶ α' νὺκτα· χωράφια καὶ αμπέλια καὶ δένδρια· ημερὰ καὶ αγρηκὰ· χωρὴς τοῦ ὅρους· ἐν τιούτο τρόπον τοῦ δουλεύη ἡ μοναχοῖς τὴν εκκλησίαν τοῦ ἁγίου νικολάου τὴς πέρτούσα εἰς ένα ζέυγη υοῶν καὶ εἰς μοναχοῖς καὶ εἰς ένα πρεσυιτερον καὶ ελεημοσίνι ποιὴν· καὶ δουλέυη τὸ ἱερῆ ευχῆ· περὴ ψυχῆ του μακαρίου αυφθέντι ροῦπέρτου καὶ περὴ ψυχὴ τοῦ αυφθέντι ρουκέρι καὶ περὶ ψυχῆ τὴς κυρία αδιλιτζα καὶ περὶ ψυχῆ τοῦ μακαρίου ελία ἵνα ελευθερία ἔχη τὴν ψυχὴν τοῦ μακαρίου ρουπέρτου περὴ τὸ ἔργω καὶ τάς λυτουργείας του θελι ποιὴν περὶ τὴν ψυχὴν τοῦ μακαρίου ελία· εὰν τὴς επενώχλοισεν περὶ τὸ τιούτον τα γωνικὰ· ὅσα λέγη η χάρτη· ἡ τε τὴς ανθρωπον του κακιάνου· ἐμ πρῶτης ἔχης τὸ αναθεμα παρα πατρος καὶ υιου καὶ ἁγίου πνευματος καὶ τῶν δωδεκα αποστολων καὶ τον τιὴ θεωφόρων πατρων καὶ ἔστω ξέιος τὸν χριστιανῶν· ἐμ παρουσια μαρτύρων· σέρε αλεξάνδρου αδελφὸν κυρία τοῦ αυιλλανου μαρτυρ· παπα λέον του παπα ιωαννου μαρτυρ ρουκέρι στρατιγοῦ μαρτυρ λέο του κορνητου μαρτυρ διμίτρι του μοντάνου μαρτυρ· πρεβυτερου ιωαννου αρχιπρεύιτε μαρτυρ πρεσβυτερου ραου καπελλάνου μαρτυρ πρεσβυτερου ασκιττίνου μαρτυρ ιωαννου πιπινου μαρτυρ φιλιππου σεργωνα μαρτυρ πρεσβυτερου μέλε μαρτυρ οὔρσου κουράτορε μαρτυρ ουρσου του πρεσβυτερου γεοργιου μαρτυρ εγράφι χειρὴ νικολάου ἱερέος καὶ νοταρίου μηνὶ νοεμυρίο εἰς τας ιγ' ἡμερα κυριακῆ ωρα ἐννατη καὶ υισκομητος νικολαου τοῦ κοσταντίνου κορυισέρι ετους ϛχλϛ' ινδικτιονος ϛ' εἰς το χρονο ὁτε απεθανε ὁ εμὸς αυφθέντι ρουπερτος.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 28.)

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Signum manus Rogerii Domini Caciani, et matris meae Adelitzae. Nos qui sanctam et vivificam crucem fecimus, de propria nostra sententia et bona voluntate offerimus et donamus Deo, et S. Trinitati, et S. Deiparae Mariae de Pertusia, pro anima beatae memoriae Ruperti Domini Caciani, ecclesiam S. Nicolai de Pertusia, et quaecumque possedit presbyter Canaci monachus et abbas unum diem et unam noctem territoria, vineas et arbores fructiferas atque silvestres, excepto nemore; hoc pacto, ut monachi inservire faciant ecclesiae S. Nicolai de Pertusia unum par boum, unum monachum et unum presbyterum, et eleemosynam distribuant, et sacris precibus vacent pro anima beatae memoriae domini Ruperti, et pro anima domini Rogerii, et pro anima dominae Adelitzae, et pro anima beatae memoriae Eliae, ut liberationem consequatur anima beatae memoriae Ruperti, qui eleemosynas ad missarum celebrationem fieri voluit pro anima beatae memoriae Eliae. Si quis molestiam inferre tentaverit contra ea, quae praesenti instrumento continentur de huiusmodi patrimonii oblatione, aut quisquam ex hominibus Caciani, in primis maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, duodecim Apostolis, et tercentis octo et decem divinis Patribus, et eiiciatur a christianorum coetu. Praesentibus testibus: sere Alexandro fratre dominae de Avillano teste, presbytero Leone filio presbyteri Ioannis teste, Rogerio Stratego teste, Leone de Corneto teste, Demetrio de Montano teste, presbytero Ioanne (*cognomento*) Archiprevete teste, presbytero Raone Cappellano teste, presbytero Ascittino teste, Ioanne Pipino teste, Philippo Sergona teste, presbytero Mele teste, Urso Curatore teste, Urso filio presbyteri Georgii teste. Scriptum manu Nicolai presbyteri et notarii die dominica XIII mensis novembris, hora IX, quum esset Vicecomes Nicolaus filius Constantini Corviseri, anno 6636, indictione VI, quando obiit dominus meus Rupertus.

CIII.

1129 — Mense Aprili 28 — Indict. VII.

Instrumenti fragmentum, ex quo eius argumentum propter non paucas lacunas, quae in membrana occurrunt, eruere non licuit.

. . . . . .
. . . . . .
δια το ενι αφιερον εις το μοναστηριον συν τω εισῶδω καὶ εξωδω αυτοῦ ση καὶ τα δενδρια κειμενι εν αυτης ημερᾶ καὶ αγρικᾶ . . . . . .
τουτου ιωαννου ουρσουλου κειμενι . . . . . .
. . . . . του αυτου χωραφιου . . . . . .
το ριακι του μαυριτανου καὶ . . . . . .
πρεσβυτέρου ιωαννου λόγγου· καὶ από ακτρον· . . .
. . . . . σπανου. καὶ
απο μεσιμυριας . . . . . .
. . . . . τὸ ἄλλον πετζι χωραφιου . . . .
. . . . . απο νωτου
. . . . . .
. . . . . .
καὶ εις την οδον ανω καὶ ρυκτι εις τὴν τοῦλαχι καὶ τὸ αλλω πετζι κειμενον εἰς τὸ αρκούρου υελλου απάνω τὴν στράτα καὶ κατων τὴν στρατα εστὶν δὲ περηόρησμὸς του χωραφίου από ανατολικον μέρος. τὴν οδῶν του ερχι απανω τοῦ αμπέλου τοῦ φιλιιωαννου καὶ αρκούρου υελλου· καὶ δυσεὸς· τὸ χωράφι του καμπουλόγγου του εχι ρουπερτος λαπετρα· καὶ από ἄκτρον ἤλλι τοῦ φιλιιωαννου· καὶ από μεσυμυρία· ιωαννης πιδέτε· τοῦ ἔχη εξουσία τὴν εκκλησια τοῦ μοναστίρη. τοῦτων τῶ χωράφι καὶ τὰ δενδρια . . . .
εν αυτη το μέρος τοῦ αυφθεντι ημερᾶ καὶ αγρικᾶ
. . . . . πουλειν
χαρηζη ανταλλαντιν καὶ η τί. . . . . .
ι δ οιπερ ούκ ιγοῖμεν φωραθη . . . . . .
. . . . . του τιουτου χωραφιου καὶ των δενδρων
. . . . . ημερα καὶ αγρικα. ηπε τὶς από τοῦ κακιάνου. εμ πρωτῆς εχής τὸ αναθεμα παρὰ πατρὸς καὶ υιοῦ καὶ ἁγίου πνευματος καὶ τῶν ιβ' αποστολων καὶ τῶν τιη' θεοφόρων πατρων καὶ εστω ξένος τῶν χριστιανῶν καὶ περὶ τὰ μορὰ τοῦ κόσμου πρὸς σὲ το δυπλῶν καὶ εἰς τὸ δημοσιον λς' νομισματα καὶ ακω σιωπὰν καὶ μη νουλωμενως· εμ παρουσία μαρτύρων παπα λέον του παπα ιωαν-

. . . . . .
. . . . . .
oblatum monasterio cum introitu et exitu eius, et cum arboribus, quae inibi extant, fructiferis et infructiferis . . . . . huius Ioannis Ursuli, positum . . . . . .
eiusdem praedii. . . . . rivus Mauritani
et. . . . . presbyteri Ioannis Longi; et a septentrione . . . . . .
. . Spani; et a meridie. . . . . .
. . . . . alia portio terrae . . . . . .
. . . . . a noto. . . . . .
. . . . . .
. . . . . et ad viam superiorem, et ferit ad Tulachum; et alia portio posita ad Arcurum Vellum supra viam et subtus viam. Sunt autem fines praedii: ab oriente via Erchi super vineam Filiioannis et Arcuri Velli; ab occidente praedium Campilongi, quod possidet Rupertus Lapetra; a septentrione filii Filiioannis; et a meridie Ioannes Pidete. Ut ecclesia monasterii facultatem habeat haec praedia et arbores. . . . . in eis ad dominum pertinentes, fructiferas et infructiferas . . . . . .
vendendi, donandi, permutandi, et quidquid . . .
. . . . . Si autem, quod fore non putamus, deprehensus fuerit . . . . . .
. . . . . huiusmodi praedii et arborum . . . .
. . . . . fructiferas et infructiferas, sive quis a Caciano, in primis maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et a duodecim Apostolis, et a tercentis octo et decem divinis Patribus, et seiungatur a christianorum communione, et in mundi stultitiis marcescat; et tibi duplum pretii, ac Fisco publico numismata sex et triginta solvat; et invitus nolensque sileat. Coram testibus: presbytero Leone filio presbyteri Ioannis teste, Leone de

ου μαρτυρ λεων του κορνίτου μαρτυρ διμίτρι του μοντανου μαρτυρ υασιλειος του θεδοσι μαρτυρ ιωαννης του πιπινου μαρτυρ ιωαννης πιδετε μαρτυρ υιταλι του μοντανου μαρτυρ παπα οὐρσου του πρεσβυτερου γεοργι μαρτυρ ιωαννης του σιμεον μαρτυρ τόδαρι πολιτης μαρτυρ καὶ μωδιος ρουκέρι μαρτυρ καὶ αδριανος στρατιώτα καὶ κόσταν την ἁγίαν σταυρον . . . . . στρατιοτε υιος του σερε υκσιλειου εγραφι διὰ χειρὸς νικολαου ιερεος καὶ νοταρίου περὶ προσταξιν του αυφθεντι μηνι απριλίω εἰς τὰς κή ημερα κυριακη ωρα θ' ετει ϛχλζ' ινδικτιωνι ζ' ἐν τες ἡμέρες αυφθέντι ρουκερι καὶ υισκομιτος κοσταντινου τοῦ κριτου.

(Ex membrana Archivi Neapolitani—n.° 26).

Corneto teste, Demetrio de Montano teste, Basilio Theodosii filio teste, Ioanne Pipini filio teste, Ioanne Pidete teste, Vitale de Montano teste, presbytero Urso filio presbyteri Georgii teste, Ioanne filio Simeonis teste, Todaro Polita teste, et Modio Rogerio teste, et Hadriano Stratiota, et Consta de Sancta Cruce . . . . . Stratiota filio domini Basilii. Scriptum manu Nicolai presbyteri et notarii ex mandato Domini, mense aprili XXVIII, die dominica, hora IX, anno 6637, indictione VII, temporibus domini Rogerii, et Vicecomitis Constantini Iudicis.

CIV.

1129 — Mense Decembri 20 — Indict. VIII.

Vitalis filius Petri de Cicere donat monasterio S. Andreae vineam positam in loco nuncupato Pettinari.

† σιμίον χειρὸς υιταλίου υιος πέτρου του κυκερε· ο τὸν τίμιον καὶ ζωόποιῶν σταυρων πίξαντες· ἠκύα μου γνώμι καί υουλεῖ αυθεριτο· φαίνομε ἐγὸ ὁ προρηθῆς υιταλίου. ἐνεγκο εἰς τον ἅγιον ἀπόστολον ἀνδρέου. καὶ κῦτε εἰς τὸν υουνὸν ἐπάνο του μαύρου ποταμου την αμπελην την γέρα· τὸ κοῖτε εἰς τόπον καλοῦμενον πεττιναρὴν διὰ την ἐμὴ ψυχῆ· ἐστιν δὲ ὁ χορισμὸς· ἀνατολικὸν μέρο συνορὶ· λανδόλφου του ιωαννου σαρακῖνου· δυσικὸν μέρος υιβαυλος με τοὺς ἰὺοὺς αυτοῦ· ἀπὸ ἄκτρου μέρος ὁ αυτὸς υιταλίου του κύκερε· απο μεσιβρια μέρος· ὑιοῖ του πρεσυιτε λεο του δοννέλλου· κὲ ἐνεγκο εις τον ἅγιον ἀπόστολον ανδρέου ὁ πρόγεγραμμένος ταύτην την αμπελην· συν εσσοδω· καὶ εξοδω· καὶ με τες σικέας το κοῖτε ἔσω εἰς τῆν αμπελην· κὲ εγὸ υιταλίου ἐποιήσα ταυτο παρον ἐγγραφο καὶ ἀληθινὴ χαρτῆν εἰσδίξαι· του ἔχειν αυτοὺς οιγούμενοι εξουσία· καλιεργάζει· ανταλλάττει· κε ποιῆσαι ὸς ἀν υούλοντε διὰ τὸ κέρδος δια τὴν αγίαν του θεου ἐκκλησία· ἐαν φανὴ ποτε κερῶ τις ζιτόντα ἡ δίκας ποιῶντα· ἵνα δυπλόνη τὸ αμπελιον εἰς την αγίαν του θεου ἐκκλησία· καὶ εἰς το διμόσιον ισμισματα λϛ· καὶ ἄκον σιχάσι· εν παρουσια καλων μαρτυρων μιχαηλ του πρεσβυτερου διμίτρι μαρτυρ † βασιλειος του διμιτρι μαρτυρ † βιταλης του καλ-

† Signum manus Vitalis filii Petri de Cicere. Ego supradictus Vitalis, qui venerandam et vivificam crucem signavi de propria mea sententia et libera voluntate, offero S. Andreae Apostolo, posito in colle qui flumini Nigro imminet, pro anima mea, vineam veterem sitam in loco dicto Pettinari, his finibus comprehensam: ad orientem finitimus est Landolfus filius Ioannis Saraceni; ad occidentem Bibulus cum suis filiis; ad septentrionem ipse Vitalis de Cicere; ad meridiem filii presbyteri Leonis de Donnello. Et dono ego suprascriptus S. Andreae Apostolo hanc vineam cum ingressu et egressu, et insimul ficus ibi consitas. Et ego Vitalis feci hoc instrumentum et sinceram chartulam, qua declaro eiusdem ecclesiae praepositos habere potestatem arandi, permutandi et faciendi quicquid voluerint ad utilitatem sanctae Dei ecclesiae. Quod si quis aliquando surrexerit volens litem aut molestiam inferre, duplum vineae (*pretium*) poenae nomine rependat sanctae Dei ecclesiae, et publico aerario solidos sex et triginta, et invitus sileat. Actum in praesentia proborum testium, Michaelis

λίο μαρτυρ. Εγραφη δια χειρος πέτρου ἱερεος εκ τὴν πρόσταξιν του βασιλειου νοταριου· ετει ϛχλή ηνδικτιωνι ή μηνι δὲκαίμβρίο εἰς τας κ' ημερα ϛ' ωρα γ'· εν τοις καιροις του ενδοξου ημων κομητος νικολαου· και στρατιγό γουδέλμου πίπε· καὶ βισκομητος ούρσου του απάτε καὶ εν αυτω καιρό ην τον ιγουμενον ὁ κύρη ρουμαλδος ἱερεος και μοναχου εις την αγίαν. του Θεου τερνιτάτε.

filii presbyteri Demetrii testis, † Basilii filii Demetrii testis, † Vitalis de Calleo testis. † Scriptum manu Petri presbyteri de mandato Basilii notarii anno 6638, indictione VIII, mense decembri, die XX, feria VI, hora III, temporibus gloriosi nostri Comitis Nicolai, et Strategi Gulielmi Pepe, et Vicecomitis Ursi de Apate; et iisdem temporibus dominus Romualdus sacerdos et monachus erat abbas sanctae Dei Trinitatis.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 31.)

CV.

1129 — Mense Decembri 20 — Indict. VIII.

Ioannes filius Christophori de Picceno donat monasterio S. Andreae territorium et vineam positam ad ecclesiam S. Parasceves.

† σιμίον χειρὸς ιωαννου υος χριστοφόρου του πίκκενου· ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωὸποιῶν σταυρον ποίξας· ἡ-κοῖα μου γνῶμη κε νουλεῖ αὐθερέτο· φαίνωμε ἐγὸ ὁ προρηθῆς ιωαννης· ἐνέγκο εἰς τον ἅγιον ἀποστολον ἀνδρέου· χωραφιον κὲ αμπέλιον· μετὰ ηιεροδενδρίων· κὲ αγρίων· κὲ καστανέτον· συν εσσοδω· κὲ ἔξοδω· κὲ κοῖτε τὸ χωράφην τούτα. εἰς την αγίαν παρασκευῆν· καὶ αὐτὴ τὴν αγίαν εκκλησία· εστὶν δὲ ὁ χορισμὸς του αυτου χωραφίου ἀνατολικὸν μερὸς συνορὶ· ρικκάρδου· υιος νικολάου του βιτζιοῦσου· κὲ ἡ οδὸς δημοσία· ἀπο δίσικὸν μέρος· ὁ αυτός ιωαννης· του πίκκενου· κε νικολαος του τίποτε· ἄκτρου μερος· ὁ αυτὸς ιωαννης τοῦ πίκκενου· ἀπο μεσιμβρία ἡ οδὸς δημοσία· καὶ ρίπτει εἰς τὴν αλλην οδον δημοσία· κὲ την αμπελην με τον αργὸν χωράφην· ἀπο τὰ μέρι τῆς ανατολὶς· συνορὶ νικολαος του γράνκα καὶ ὁ αυτὸς ιωαννης τοῦ πίκκενου· καὶ τῆν αμπελην τὸ ἡτον του ιωαινου του λιβάνι· δυσικὸν μερὸς· ἡ οδὸς δημοσία· κὲ απὸ ἄκτρου μερὸς· ἡ οδὸς δυμοσία· ἀπὸ μεσιμβρία· ὁ αυτὸς ιωαννης του πίκκενου· κὲ τὸν καστανέτον τὸ κοῖτε εἰς τῆν σέρραν της λιμπιδάνις· ἐστιν δε ὁ χορισμὸς τὸν καστανέτον τοῦτον· ἀνὰτολικὸν μέρος· συνορὶ· οἰοῖ του βουττάριν· δυσικὸν μέρος· οἰοῖ του καρυοῦνι· ἄκτρου μέρος· οἰοῖ του τίποτε, ἀπὸ μεσιμβρία ὁ αυτὸς ιωαννης του πίκκενου· κὲ εγὸ ιωαννης ἤνεγκαν τῆν κληρονομίαν ταύτην· εἰς τὴν αγίαν του Θεοῦ ἐκκλησίαν· εἰς τέπτιν στίχημα· ἐὰν ἀυξάνις τὸυς ιυοὺς μου· καὶ Θέλουσιν δουλεύειν διὰ ταύτην τῆν κληρονομίαν· εἰς την

† Signum manus Ioannis filii Christophori de Picceno. Ego praedictus Ioannes, qui venerandae et vivificae crucis signum exaravi de mea sententia et libera voluntate, offero S. Apostolo Andreae territorium et vineam cum arboribus cultis et incultis, et castanetum, cum ingressu et egressu. Iacet hoc territorium ad sanctam Parascevem, sanctamque eius ecclesiam, his finibus comprehensum: ad orientem finitimus est Riccardus filius Nicolai Vitziusi, et via publica; ad occidentem ipse Ioannes de Picceno, et Nicolaus de Nihilo; ad septentrionem idem Ioannes de Picceno; ad meridiem via publica, et erumpit in aliam viam publicam. Vinea vero cum territorio inculto (*his definitur terminis*): ad orientem finitimus est Nicolaus de Granca, et idem Ioannes de Picceno, et vinea quae erat Ioannis Libani; ad occidentem via publica; ad septentrionem via publica; ad meridiem idem Ioannes de Picceno, et castanetum quod situm est in serra Limpidanae. Castanetum autem his terminis clauditur: ad orientem sunt finitimi filii Buttari; ad occidentem filii Carbuni; ad septentrionem filii Nihili; ad meridiem idem Ioannes de Picceno. Et ego praedictus Ioannes obtuli hanc hereditatem sanctae Dei ecclesiae ea lege, ut si mei filii adoleverint, et voluerint propter hanc hereditatem sanctae Dei ecclesiae inservire eiusque praepositis, quemadmodum homines de casali sanctissimae Deiparae de Pertusia inserviunt sanctae Dei ecclesiae et monasterio, hanc

αγίαν του θεου ἐκκλησίαν· τὴν πρόγεγραμμένην· κὲ τοῖς οἰγουμένους τῆς ἐκκλησίας· καθὸς δουλεύοσιν οἱ ανθρωποι· ἐκ του χορίου· τῆς παναγίας· της περτοῦσας· ἰς τιν αγίαν του θεου ἐκκλησίαν εις το μοναστέριν· ἵνα ἔχουσιν τὶν κλιρονομίαν· εἴπερ καὶ μη θέλουσιν δουλεύειν καθὸς λέγει τον χάρτιν τουτα· ἵνα μέντη τῆν κληρονομίαν εἰς τον ἅγιον μονάστιριν του αποστολου ἀνδρέου· τὸ κοῖτε ἐπάνο του μαύρου ποταμου εἰς τὸν βουνό· κὲ ἵνα του ἔχων οἰγουμένους τῆς ἐκκλησίας εξουσίαν· ἐργάζει ἀνταλλάττει· διὰ τὸ κέρδος τῆς ἐκκλησίας· κὲ ποιήσαν ὁς ἂν βουλετε· εν παρουσία καλων μαρτυρων μιχαηλ του πρεσβυτερου διμητρι μαρτυρ † βασιλειος του δημίτρι μαρτυρ † βιταλις του καλλέο μαρτυρ † σέργι της βαλλες μαρτυρ † γραφὲν διὰ χειρος πέτρος ἱερεως ἐκ τῆν προσταξην του βασιλειου νοταρίου ετει ϛχλη' ινδικτιωνι η' μηνὶ δεκεμβρὶ εις τας κ' ημερα ϛ' ωρα θ' ἐν τῖς κερῖς τοῦ ενδόξου ἡμῶν κομητος νικολαου· καὶ στρατίγὸ γουδέλμου πίπε· καὶ βισκομης· ουρσου υιος οὐρσου τοῦ απάτε καὶ ἐν αυτω κερῶ· ὁτε ἦν προπόσιτος ο κυρι ρουμαλδος ἱερευς κὲ μοναχός.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 32.)

hereditatem habeant: quod si inservire noluerint eo modo, quo in praesenti instrumento dicitur, huiusmodi hereditas teneatur a sancto monasterio Andreae Apostoli, quod situm est supra flumen Nigrum in colle, et ecclesiae praepositi potestatem habeant arandi, permutandi, si id ecclesiae utilitas postulet, et faciendi quodcumque voluerint. Praesentibus probis testibus: Michaele filio presbyteri Demetrii teste, † Basilio filio Demetrii teste, † Vitali de Calleo teste, † Sergio de Valle teste. † Scriptum manu Petri presbyteri de mandato Basilii notarii, anno 6638, indictione VIII, die XX mensis decembris, feria VI, hora IX, temporibus gloriosi nostri Comitis Nicolai, et Strategi Gulielmi Pepe, et Vicecomitis Ursi filii Ursi de Apate, quo tempore erat praepositus dominus Romualdus sacerdos et monachus.

CVI.

1130 — Mense Maio — Indict. VIII — Messanae.

Rex Rogerius confirmat abbati monasterii Novae Hodegetriae Patris privilegia omnia et donationes terrarum in valle Crathis antea factas eidem monasterio.

Τὸ κατὰ πάντα ἰσοδύναμον τοῦ χρυσοβούλλου τῆς μονῆς τῆς νέας ὁδηγιτρίας τοῦ πατρός.

Ῥογέριος ἐν χριστῷ τῷ θεῷ εὐσεβὴς, κραταιὸς ῥῆξ. † εὐσεβοῦς διανοίας καὶ βασιλικῆς φιλοφροσύνης ἐστὶ τὸ τὰ τῶν ψυχικῶν φροντιστήρια, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς θείοις καὶ πανιέροις σηκοῖς παννυχίαις στάσεσι, καὶ ἀδιαλείπτῃ ἐντεύξεσιν ὑπὲρ τοῦ τῶν χριστιανῶν γένους, καὶ τοῦ θεοφρουρήτου κράτους ἡμῶν· διηνεκῶς τὸ θεῖον ἐξιλεωμένους καθαρᾶς καὶ υαθείας ὑπὸ τὴν δεσποτείαν ἡμῶν ἀπολάβειν γαλήνης, καὶ μηδοπωσοῦν ἐπί τινων καινοτομεῖσθαι ἢ βλάπτεσθαι, ἢ ἐν οἱοδιποτοῖν ἐπερεάζεσθαι. πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὰ πρὸς τῶν πρὸ ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ὑπὲρ ψυχικῆς σωτηρίας ἀφιερωθέντα καὶ παρ' ἡμῶν δωρηθέντα ἢ καὶ ἄλλως πῶς ὑπ' αὐτοῖς ὑποκτησθέντα, ἢ κατασχεθέντα, καὶ

Apographum in omnibus aeque pollens ac chrysobulla monasterii Novae Hodegetriae Patris.

Rogerius in Christo Deo pius et potens Rex. † Piae mentis est et regiae munificentiae coetus spirituales, et eos, qui in divinis et sacratissimis claustris nocturnis stationibus et non intermissis precibus pro christiano genere et nostra potentia sub Dei tutela posita, assidue Divinitatem propitiam reddunt, pura et alta tranquillitate frui sub nostra dominatione, et nullatenus aliqua novitate, damno, aut alia quavis iniuria affici. Insuper res a nostris decessoribus pro animarum salute eisdem (*monasteriis*) oblatas et a nobis donatas, vel quas alia qualibet ratione acquisiverint, occupaverint, possederint, administraverint et in suam potestatem

† τὸν οκτουρίον μηνα της ιβ' ινδικτιωνος· ἀπήλθων καγώ Φίλιππος πρωτοσπαθαριος καὶ στρατηγος ἱέρακος καὶ κάστρου στύλου μετά τοῦς ἄρχοντας της χῶρας, λέγω δεῖ, κυρον ροπερτον μουσχάτον· καὶ τουσταΐνου. νικόλαον δούρρης· καὶ νικόλαον ουρσον λέοντα· νοτάριον ροκέριον του σκλαβωπετρου· πέτρον τοῦ γούσσιας· καὶ πέτρον μονώσκυλλον· εις τὸ ἰδεῖν τα σύνωρα τῶν χωραφίων που κυρου στεφάνου μαλεΐνου· ἅπερ εκράτει ὑπο σιγίλλιον, ὁ αυτοῦ πενθηρός, κύρος χαρτουλάριος· καὶ απ' ἀυτου, ο αυτός κύρος στέφανος· καὶ υπέδειξαν ημὶν τα σύνωρα. ὅτε νοταριος ροκέριος ὁ σκλαβωπέτρου· καὶ πέτρος γούσσιας· καὶ βασίλειος ριτζος· καὶ πέτρος μόνόσκυλλος· λέγοντες ὅτι εν τῶ κερῶ νοταριου ιωαννου του μηνὰ, ὄντος αυτου στρατηγού στύλου· απέστειλε τους γέροντας ταύτης της χῶρας, προς τὸ ἀναστωρήσαι τα σύνωρα των προωρισθεντων χωραφίων· τα τὲ της ματρεμόνας, καὶ του αγιου ανδρέου· υπήρχον δὲ. χριστωφόρος μονόσκυλλος· καὶ νικόλαος τζαγγάρώπωλλος· λέων γεννάρώπολλος, καὶ νοτάριος θεόδωρος καρβούνης ἀσκινος ριτζος. οἵτινες υπέδειξαν τα σύνωρα ούτως· απο μὲν ἀνατολᾶς. ο μέγας ῥίαξ, ως χωρίζουν τα δύο βουνίτζια καὶ ἔρχεται ἡ ισῶτης τῶν δύο βούνων καὶ σκέβη τὸ ὥρος, και αποδῖδει εις τὸν μέγα ῥίακα, τὸν καταβένοντα ἐκ τὸ πιλικκιάνον· κακεῖθεν ἀνέρχεται τὸν αυτὸν ῥίακαν ἄχρι εις τὸν δρώμον, ενθά εστιν, ο παλὲός φραγμός· καὶ υποστρέφει ο δρωμος, ἄχρι του στενοῦ, του αγιου ανδρέου κακεῖθεν ἀνέρχεται το βουνί, και αποδῖδει εις τὶν κεφαλην του βουνοῦ, ἔνθα τὶν ἔναρξιν εποιήσαμεν· καὶ σὶνκλεῖ· τα δὲ της ματρεμόνας εχώρισαν ούτως. ἀπο μὲν ἀνατολης, ο ἄνω βουνός, και κατέρχεται η πριονεὶν τὸ ἴσω, ἄχρι του ποταμοῦ της ματρεμόνας, καὶ ανέρχεται ο αυτος ποταμός. ἄχρι εις τὸ πόδα του μεγαλου βουνοῦ; κακεῖθεν ανέρχεται μέσωθεν της πλαγίας καὶ αποδίδει εις το βουνιτζι· κακεῖθεν ανέρχεται τὸ ἴσον ἄχρι του μεγάλου βουνοῦ, του λεγομένου καστελλου βέτερου· καὶ ανέρχεται τὸ αυτὸ βουνὶ, καὶ αποδῖδει εις τὸν πρω-

† Mense octobri, XII indictione. Cum ego Philippus Protospatharius et Strategus Hieracii et civitatis Styli ivissem una cum proceribus regionis, videlicet domino Ruperto Muschato, et Tustaino, Nicolao Durre, et Nicolao Ursoleone, notario Rogerio de Sclavopetro, Petro de Gussia et Petro Monoscillo ad inspiciendos fines praediorum domini Stephani Maleini, quae ex diplomate possidebat ipsius socer dominus Chartularius, et ex ipso (*acceperat*) idem dominus Stephanus; ostenderunt nobis fines notarius Rogerius de Sclavopetro, et Petrus Gussia, et Basilius Ritzus, et Petrus Monoscillus, dicentes quod, tempore notarii Ioannis Menae, cum ipse esset Strategus Styli, misit seniores ipsius regionis, ut describerent fines dictorum praediorum, quae erant Matremonae et Sancti Andreae: hi autem fuerunt Christophorus Monoscillus, et Nicolaus Tzangaropollus, Leo Gennaropollus, notarius Theodorus Carbuna et Ascinus Ritzus, qui fines tales esse retulerunt: ab oriente extat magnus rivus, ut dividunt duo clivuli, et vadit iuxta duos colles, et descendit per montem, et vadit ad magnum rivum, qui descendit a Pilicciano, et illinc ascendit idem rivus usque ad viam, ubi est antiqua sepes, et revertit via usque ad angustum transitum S. Andreae, et illinc ascendit collis et vadit ad verticem collis, unde initium duximus, et clauditur. Quae autem (*praedia*) erant Matremonae sic diviserunt: ab oriente collis superior, et serra descendit recta usque ad flumen Matremonae, et ascendit iuxta ipsum flumen usque ad radicem magni collis, et illinc ascendit per medium Plagiae, et vadit usque ad clivulum, et illinc ascendit recta usque ad magnum collem dictum Castrum Vetus, et procedit idem collis, et vadit ad praedictum collem, qui est ad orientem, unde principium sumpsimus, et clauditur. Hos autem omnes dictos fines confirmavit magister Eremitarum dominus Sicheris, et qui secum interfuerunt Eremi-

ριθέντα βουνὶν, τὸν κατα ἀνατολης, ὅθεν τὴν ἐναρξὶν εποιήσαμεν; καὶ συνκλεῖ· τάυτα τα πρωριθεντα σύνωρα ἅπαντα ἐστερξε ο μαίστωρ τῶν ερημήτων κύρος σὺχέρίς· καὶ οἱ σὺν αὐτῶ ευρεθέντες ερημήτες· λέγω δεῖ, ο γέρων κυρος ροκέριος· και ο πρεσβυτερος ἀλβερίς· γωΐδος μανιακής· καὶ βρούνος ο κελλεράριος· ενόπιον καμοῦ φιλιππου στρατηγου καὶ πέτρου μαϊστρου στύλου· και κύρου τουστάϊνου· επιμένειν οὕτος αναμεταξὶ αυτῶν καὶ του κυρου στεφανου· μη εναντιούμενος, μήτε ὑπ' ἀυτῶν· μητ' υπο των αυτῶν ανθρωπων· διοτι ο κυρος στέφανος εγογγηζεν κατ' αυτῶν, ὁτι κατελαβον τά αυτοῦ σύνωρα· και κατήρπαξαν ἀπο τῶν αυτοῦ χωραφίων· δια τούτο ανιστορηθησαν τα σύνωρα ὑπο των παλευρεθεντων γερώντων της χώρας και ἐστέρχθησαν ως δεδεῖλωται εκ τα αμφότερα μέρει καλωθελῶς· μηνι και ινδικτιωνι τοις προγραφεισι ἔτει ϛχμβ'.

† τοῦστάνος καβαλλάριος στύλου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τίμιον σταυρόν. † πέτρος μαϊστωρ καστελλου στυλου μάρτυρ υπέγραψα τὸν τιμιον σταυρόν. † ρωπέρτος μουσχατος μάρτυρ υπέγραψα τὸν τιμιον σταυρον. † νικολαος δουρρὶς μαρτυρ. † πετρος μονοσκηλλος μαρτυρ υπεγραψα. † ρωκεριος σκλαυοπετρος ευρεθεις εν τη τοιαυτη διαχορίσι των χωραφιων μαρτυρ υπεγραψα οικιοχειρως. † φιλιππος ριθφυκτός πρωτοσπαθάριος καὶ στρατηγὸς ἱέρακος υπέγραψα.

tae, videlicet, senex dominus Rogerius, et presbyter Alberis, Guido Maniaces et Brunus Cellerarius, coram me Philippo Stratego, et Petro Magistro Styli, et domino Tustaino, ut sic maneant inter (*praedia*) ipsorum et domini Stephani, nemine ex ipsis vel hominibus eorum adversante, quia dominus Stephanus contra eosdem querebatur, propterea quod in eius fines invaserant, et partem praediorum occupaverant. Ideo statuti sunt fines a senibus regionis qui interfuerunt, et confirmati, prout declaratum est, utrinque bona voluntate, mense et indictione suprascriptis, anno 6642.

† Tustanus Caballarius Styli testis subscripsi venerandam crucem. † Petrus Magister Castri Styli testis subscripsi venerandam crucem. † Rupertus Muschatus testis subscripsi venerandam crucem. † Nicolaus Durres testis. † Petrus Monoscillus testis subscripsi. † Rogerius Sclavopetrus, qui interfui huiusmodi praediorum terminationi, testis subscripsi propria manu. † Philippus Rithphyctus Protospatharius et Strategus Hieracii subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 29.)

CXV.

1134 — Mense Novembri 20 — Indict. XIII.

Leo Tabernise, Leo Thepente et Nicolaus filius Michaelis ex mandato demortui Michaelis de Cicere tradunt monasterio S. Mariae de Pertusia fundum situm prope ipsum monasterium.

† σιμειον χηρὸς λέον ταβερνήσε υιος τοῦ φοτη.

† σιμίον χηρὸς λέον υιος τοῦ θέπεντε.

† σιμίον χηρὸς νικολαου υιος μιχαηλ του πρεσβυτερου διμητρι· οἱ καὶ επίτρωποι του μακαριωτάτου μιχαηλ υιος του βιταλη του κίκερε· τοὺς τιμήους σταυρους ποίξαντες, οικία ημων γνωμη· καὶ αγαθη προὶρέση· φαίνωμαιθα οἰμεῖς, οἱ προγεγραμμενοι· καὶ ἐνέγκωμεν καὶ πρόσφέρωμεν εν χοραφιον εις την αγίαν ἐκκλησίαν τῆς αγίας μαρίας της περτοῦσας τὸ ἴτον

† Signum manus Leonis Tabernise filii Photi.

† Signum manus Leonis filii Thepente.

† Signum manus Nicolai filii Michaelis filii presbyteri Demetrii. Nos suprascripti de mandato beatissimae memoriae domini Michaelis filii Vitalis de Cicere, qui venerandas cruces exaravimus de nostra sententia et recta deliberatione, concedimus et offerimus sanctae ecclesiae S. Mariae de Pertusia territorium, quod erat eiusdem Michaelis Ci-

του μακαριοτατου μίχαηλ του κίκερε ὅτη, ἔκρηνεν διὰ την αυτου ψυχὴν ὅτι αυτος ὁ μιχαηλ ἔκρινεν, ἵνα ἐκάμνωμεν χαρτην εις την αγίαν εκκλησίαν. της περτουσας· καὶ κιται τὸ χωραφιον τούτο· επικάτω τὰ αμπέλια· τοῦ χορήου της αγίας μαρίας της περτούσας· ἔστιν δε ὁ περιόρισμος του αυτου χοραφιου απο μερος ἀνατολικὸν συνορη· μαρήνος υιος ιωαννου φασανήσε· καὶ ἀπὸ δύση· σέργι της βάλλες· καὶ απο ἄκτρον ὁ αυτος σέργι της βάλλες· καὶ απὸ μεσυμβρία ὁ αυτος σέργη της βάλλες· καὶ ημεῖς οἱ προγεγραμμένοι ἐπίτροποι· εποιησαμεν τω παρὸν ἐγγραφον καὶ αλιθινην χαρτην εἰσδίξαι· ἵνα ἔχει, ἐξουσίαν· ἡ ἐκκλησίαν τῆς αγίας μαριας της περτουσας· γέην πονὴν πουλὴν. χαρίζην ανταλλάττειν· καὶ ποιήσαι ὡς βύληται ὡς κυριος καὶ ἐξουσιαστης. ἐαν δὲ φανή ποτε καιρω χρονω τίς ανθρωπος ζιτοντα ἢ δίκας βάλλη ζημιοθητω εις τὸ διπλουν εις τὴν ἐκκλησίαν καὶ εις τὸ δημοσιον λς' νομισματα· καὶ ἄκον συχαση καὶ μὴ βουλωμενος. Εν παρουσια καλων μαρτυρων μαρτυρ † βιτάλης υιος του καλλέο. μαρτυρ † ρικκαρδος υιος νικολαου βιτζιούσου. μαρτυρ † ρικκαρδος βουρρε εγραφη δια χειρος βασιλειου νωταριου υιος του κωμητος του πρεσβυτερου ἀνανία· ετει ϛχμγ'. ινδικτιωνι ιγ'. μηνι νοεμβριω εις τὰς· κ'· ημερα γ' ωρα γ'. εν τοις κεροις του ενδοξου κομητος νικολαου καὶ μαϊστόρος της ολιθας· λέον υιος νικιφορου· καὶ πρηόρης ὁ εστὶν ηγουμενος· της αγιας μαριας της περτουσας γαδηλέτους †.

cere beatae memoriae, qui pro animae suae salute mandavit, ut instrumentum huius oblationis conficeremus sanctae ecclesiae de Pertusia. Situm vero est huiusmodi territorium infra vineas casalis S. Mariae de Pertusia, his finibus comprehensum: ad orientem finitimus est Marinus filius Ioannis Phasanise; ad occidentem Sergius de Valle; ad septentrionem et meridiem idem Sergius de Valle. Nos autem suprascripti, ut ipse nobis mandavit, fecimus praesentem chartulam et verum instrumentum, ut ecclesia S. Mariae de Pertusia, tanquam hera et domina, habeat potestatem arandi, vendendi, donandi, permutandi et faciendi de ipso territorio quodcumquè voluerit. Quod si occasione vel tempore aliquo quisquam surrexerit volens illud repetere, aut litem intendere, poenae nomine duplum solvat ecclesiae, et publico Fisco numismata sex et triginta, et invitus nolensque sileat. Praesentibus probis testibus. Testis † Vitalis filius Caloleonis. Testis † Riccardus filius Nicolai Vitziusi. Testis † Riccardus Burre. Scriptum manu Basilii notarii filii Comitis filii presbyteri Ananiae, anno 6643, indictione XIII, die XX mensis novembris, feria III, hora III, temporibus gloriosi comitis Nicolai, et magistri Olithae Leonis filii Nicephori, et prioris seu praepositi S. Mariae de Pertusia Gadileti †.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 37.)

CXVI.

1135 — Indict. XIII.

Maria Phongiola donat ecclesiae S. Mariae de Cofina vineam positam prope civitatem Ursuli in loco nuncupato Feraviva.

† σίγνον χειρος μαρίας θυγατερος του σερ φονγγιόλου.

† Εν ονοματι του πατρος και του υιου καὶ τοῦ αγίου πνευματος· ἐγῶ ἡ προγραφήσα μαρία ο το σίγνον τόν τιμιον καὶ ζωοπιὸν σταυρον τη εικοῖα μου χειρὶ ποιήσας το δε ὕφος δια χειρος του νοταριου την παρουσαν ενγγραφον και τελίαν αφηέρωσιν ποιῶ εις τον πάνσεπτον ναὸν του αγιου νικολαου κοφίνὰ υπερ

† Signum manus Mariae filiae domini Fongioli.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascripta Maria, quae signum venerandae et vivificae crucis propria mea manu exaravi, nomen vero manu notarii, praesenti instrumento plenam concessionem facio venerabili ecclesiae S. Nicolai de Cophina pro redemptione ac remissione peccatorum

λυτρου και αφέσεως των αμαρτιων των εμων γωναίων και τῆς αμαρτωλής μου ψυχης αμπελιον ἅπερ εχω εκ πατρικης μου κληρονωμιας εις τῆν περιοχὴν του αστεος ορζουλου εις τὴν τοποθεσιαν του Φεραυίνα ὅσσον και οίων εστὶν τὶν μυραν του πατρος μου συν τα ημεροδένδρια τα ωντα εκεῖσε· πλησίον του αμπέλιου του δέκαρχου και του κυρὸ γιωσφρέδου πρωτοπαπα τουτο δὲ αφειερόνω καὶ αποτάξομε· ἵνα απο του παρόντος και εἰς τοὺς εξῆς απαντας και διοικεκοῖς χρωνους έχη ο ναὸς οὑτος του αγιου νικολαου το προγεγραμμενον αμπελιον συν κε τα ἡμεροδένδρια εις απασαν εξουσίαν και κυριώτιτα συν γσώδω και εξώδω πούλειν· χαρίζειν· ἀνταλλάγτιν· ως το κυρος και τὴν αυθεντιαν παρ εμου λαυῶν· και εὰν πωτε κερω φανῆ τῆς ζειτῶντα· εἰ ενοχλόντα· ταυτη τη αγιωτατη εγκλῆσια εκ το αμπέλιον ἡνπερ εγώ αφειερῶνων· λέγω δεῖ του γστάσθαι με και διεκδικὰν αυτο απω παντος εναντιουμενου πρωσώπου. ει δὲ τουτο ου ποιήσω. αλλα προς διαστροφὴν χρήσωμαι. ἔστο με αλλοτριος της τῶν χριστιανῶν πιστεως· σχω και τῆν αρὰν τῶν τιή αγιων πατρων· ἔπειτα ζημιωσθὸ εις τὴν κώρτην ιυ' νομίσματα. δια τῶ οὕτως αρέσε με εν παρουσια μαρτυρων γραφεν διὰ χειρος μιχαηλ νοταριου παρουσια μαρτυρων ετους ,ϛχμγ' ινδικτιωνος ιγ'.

† λεων νοτάριος ρουσιανιτης μαρτυρῶν υπεγραψα οἰκεια χειρὶ †

† γρηγοριος καυαλλάριος υιοῦ παγκάλου μαρτυρ υπεγραψα

† γόδινης στρατηγος μαρτυρ υπεγραψα οἰκεια χειρι

† ιωαννης ιερεος υιος γοδινου στρατηγος μαρτυρ.

† μιχαηλ νοτάριος υιοῦ χρισονα του κόμιτος μάρτυρ.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 36.)

meorum parentum et peccatricis animae meae. (*Concedo igitur*) vineam, quam de paterna mea hereditate possideo in pertinentiis civitatis Ursuli, ubi dicitur Feraviva, quanta et qualis est portio patris mei, cum arboribus fructiferis ibi existentibus, iuxta vineam Decarchi et domini Geofridae Protopapae. Huiusmodi autem oblationem atque cessionem facio, ut a praesenti die in omne futurum tempus ecclesia S. Nicolai possideat praedictam vineam cum arboribus fructiferis in omnimoda potestate et dominio, cum ingressu et egressu, cum facultate vendendi, donandi, permutandi, utpote quae potestatem et auctoritatem a me accepit. Quod si quando quis apparuerit, litem aut molestiam praedictae sanctissimae ecclesiae illaturus propter vineam, cuius concessionem ego facio, promitto me adfuturam, et eius defensionem suscepturam ab omni contraria persona. Si vero non solum id facere neglexerim, sed et facti me poenituerit, extranea sim a christianorum fide, et maledictionem habeam a tercentis octo et decem sanctis Patribus, ac deinde poenae nomine solvere tenear Curiae numismata duodecim, quoniam ita mihi visum est coram testibus. Scriptum manu Michaelis notarii, praesentibus testibus, anno 6643, indictione XIII.

† Leo notarius de Rusiano testis propria manu subscripsi.

† Gregorius Caballarius filius Pancali testis subscripsi.

† Godinus Strategus testis propria manu subscripsi.

† Ioannes presbyter filius Godini Strategi testis.

† Michael notarius filius Chrisonae Comitis testis.

CXVII.

1136 — Mense Aprili 28 — Indict. (XIV).

Rex Rogerius donat Adelinae, quae filii sui Henrici nutrix fuerat, eiusque viro Adamo praedium nuncupatum Rachala Exames in agro Boici positum, quinque paria boum et totidem villanos.

† Ρογερίος εν χριστω τω θεω ευσεβης κραταιος ρηξ.

Ω"σπερ οἰκοδόμος οἰκείαν οἰκοδομων, ου μονον διὰ μεγίστων καὶ τετραγωνιαίων λιθων ἀλλ ἔστιν ὅτε καὶ

† Rogerius in Christo Deo pius potens Rex.

Sicut opifex, qui domum condat, non tantum maioribus et quadrangularibus lapidibus, verum etiam mi-

μικροῖς καχληξι προς τὴν οἰκοδομὴν αὐτῆς κέχρηται. ουτω καὶ βασιλεὺς ἀγαθὸς τὸ υποίκωον εὐεργετων καὶ οἷον ἢ τοῦτο επικοδομῶν οὐ μόνων μεγισταις δωρεαῖς ἀλλὰ καὶ μικροῖς ἀποθεραπεύει τοῦτο χαρισμασι διά τι τουτο καὶ ἀδιλῆνα ἡ συμβιος αδαμ θηλασασα το γνήσιόν μου υἱὸν χενρὴν ἐπεδόθη ἀυτῆ μικρὰ δωρεά. ἐν τη διακρατησι της χώρας ημων βοΐκου. τὸ ἡμέτερον κράτος ἐδωρήσατο ἀυτῆς καὶ τῶν ἀυτης κληροιόμων καὶ διαδόχων χωρίον τὸ λεγόμενον ῥαχαλα εξάμες· σὺν τῶν δικαιωματων ἀυτοῦ. μετα ζευγαρίων πεντε· καὶ βελλανων πέντε· καὶ εἰσιν οὗτοι μοῦσες υἱὸς σωλιμὲν νέμες αδελφος αυτου ισες αδελφος αυτων μουλεασεν αδελφος αυτων μουχάμμουτ υἱὸς αβδερραχμὲτ βουληπτις. Ο' δὲ περιορισμὸς του ρηθεντος χωρίου ὑπαρχει οὕτως. ὡς ἄρχεται κατὰ ἀνατολὴν ἐκ τὸν μέγαν ποταμὲν τον κατερχομενον ὑποκάτω τοῦ βοΐκου ἐκ τὸν λίθον τὸν σχιστὸν ἀναβενοντες τὸ ῥυάκην ἕως εἰς τὸν ἐγκρυμνὸν τον γνωριζομενον ἐλεγζὴλ. καὶ ἐκήθεν ἀναβένη ἕως τοῦ ὑψιλοῦ βουνοῦ ἐξ οὗ φένεται ἡ ζενδούπε· καὶ ἐκεῖθεν περὰ ἐκ τὴν πόρταν καὶ κατερχεται ἕως της ὁδοῦ της ἀπερχομεντς ἐκ τοῦ βοΐκου εἰς τὸ πυρίζειν. ἐκ δὲ μεσιμυρίας καθῶς ὑπάγει ἡ ῥηθεῖσα ὁδὸς ἐκ τὸν βόϊκον εἰς τὸ πυρίζειν ἕως εἰς τὸ ῥυάκην ὅπερ ἐστὶν ὑποκάτω τοῦ χωρίου σουμὲς· καὶ ἀναστρέφεται ἐκ τὸ ῥηθὲν ῥυάκην ῥυάκην ῥυάκην ἕως εἰς τοὺς ἄσπρους λίθους. καὶ ἐκεῖθεν ἀνέρχεται εἰς τὸ ῥηθὲν ῥυάκην ἕως εἰς τὴν χέτην ὅπου ἐστὶν ὕδωρ λεγόμενον μίντενε. ἐκ δὲ δυσμὰς ἀρχόμενον ἐκ τὸ ῥηθὲν ὕδωρ μίντενε ὡς ἄρχεται ὁ περιωρισμὸς τοῦ γουλληαλμου βουιελλου· καὶ ἐκεῖθεν ὑπάγει ὁ περιορισμος ἕως εἰς τοὺς λίθους βουλκούψ διαβένωντα ἐκ τοὺς λίθους τῶν σικιων· καὶ ἐκεῖθεν περὰ ὀρθὴν ὁδὸν ἕως εἰς τὴν χέτην ὅπου ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἐξ ἧς ὑπάγει ἐκ τοῦ πυρίζειν εἰς τὴν πάνορμον, ἕως εἰς τοὺς λίθους λεγομένους σαρακινηστί χάγαρ ἐλγουράπ· καὶ ἐκ τοὺς ῥηθέντας λίθους διέρχεται ἕως εἰς τὸ ῥυάκην ὅπερ λέγεται τῶν βαλάτων· καὶ ἐκ τὸ ῥηθὲν ῥυάκην κατέρχεται τὸ ῥυάκην ῥυάκην ἕως εἰς τὸν μέγαν ποταμον. ἀπὸ δὲ ἄρκτρου ὑπάγει τὸν ποταμὸν ποταμὸν περιωρίζων σὺν τῆ διακρατῆσι φιτάλης ἕως εἰς τὸν σχιστὸν λίθων ὅθεν τὴν ἔναρξιν ἐποιήσαμεν. δι ὁ καὶ τὸ παρὸν σιγίλλιον συνήθως πιστοθὲν ἐπεδόθη τῆ εἰρημένη ἀδιλήνα καὶ τῶ ἀνδρὶ αὐτης τοῦ

noribus interdum utitur, ita et bonus princeps, qui subditos benefactis prosequatur, et hoc pacto quamdam veluti domum aedificet, non solum maximis muneribus, verum et parvis gratificationibus eorum rationibus consulit. Propterea Adelinae Adami uxori, quae legitimum meum filium Henricum suis aluit uberibus, impartita a nobis fuerunt munuscula. In pertinentiis nostrae ditionis Boici potestas nostra donavit ei suisque heredibus et successoribus praedium dictum Rachala Exames una cum iuribus ipsius, quinque paribus boum et quinque villanis, quorum haec sunt nomina: Moyses filius Solimen, Nemes, Ises et Muleasen fratres eius, et Muchammut filius Abderrachmet Buliptis. Fines autem memorati praedii sunt hi: ut incipit ad orientem a maiore flumine delabente infra Boicum a lapide scisso, et ascendit per rivum usque ad rupem dictam Elegzel, et illinc ascendit usque ad collem altum, unde apparet Zendupe, et inde praetergreditur Portam, et descendit ad viam quae ducit a Boico ad Pyrizin; ad meridiem ut pergit praedicta via a Boico ad Pyrizin, usque ad rivum, qui subterlabitur praedium Sumes, et divertit a memorato rivo secus rivum usque ad asperos lapides, et hinc ascendit ad praedictum rivum usque ad verticem, ubi extat aqua dicta Mintene; ad occidentem incipit a memorata aqua Mintene, unde initium ducunt fines Gulielmi Bunelli, et illinc protenditur usque ad lapides Bulchups, et pergit ad lapides ficuum, et inde recta transit viam usque ad verticem, ubi est via quae a Pyrizin Panormum ducit, usque ad lapides saracenice dictos Chagar Elgurap, et a praefatis lapidibus pergit usque ad rivum, qui dicitur Balatorum, et ab eodem rivo descendit secus rivum usque ad flumen magnum; ad septentrionem autem ducit iuxta flumen, et finitimus est agro Phitaliae usque ad lapidem scissum, unde initium sumpsimus. Quare praesens sigillum ex more roboratum traditum est praedictae Adelinae

ἔχειν αὐτοῖ τε καὶ οἱ αὐτῶν κληρονόμοι. μηνὶ ἀπριλλίω ἰνδίκτου δ' τῶ ϛχμδ' ἔτει † † †.

† Ρ'ογέριος ἐν χριστῶ τῶ θεῶ εὐσεβὴς κραταιὸς ῥήξ καὶ χριστιανῶν βοηθός.

eiusque viro, ut apud eos eorumque heredes maneat, mense aprili, indictione IV, anno 6644 † † †.

† Rogerius in Christo Deo pius potens Rex, et christianorum adiutor.

(Ex graeco apographo et italica versione Paschalis Baffii in Maiori Neapolitana Bibliotheca adservatis, quibus innuitur occurrere in autographo nomina villanorum litteris tum graecis, tum arabicis conscripta, sex versus litteris tantum arabicis exaratos praeeuntes subscriptionem, et fila serica rubra, unde sigillum pendebat.)

CXVIII.

1138 — Mense Maio — Indict. I.

Guido de Paschale donat monasterio S. Georgii Martyris praedium situm in loco dicto Gemello.

† γοϊδος σιγνω χειρὸς αυτου, τοῦ ἐπονυμία υὸς του γεὄργι τοῦ πασχαλίου.

† ἐν ονοματι τοῦ πατρος και του υιου καὶ του αγιου, πνευματος, ὁ πρόγεγραμμένος, γουΐδος ὁ τὸ σίγνον του τιμίου καὶ ζωωποιοῦ σταυρου, ἰδιοχείρος ποιησας, σὺν τῶ ονοματί μου καὶ τῆ πατρῶα επονυμία, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον ἐκοΐσιον· ἁπλὴν ἀποχὴν· αμετάνοήτον· απερίεργον· καὶ καθαρὰν ἀφιέρωσιν· τίθυμοι καὶ ποιῶ εκουσία μου τη γνώμη ἀυτωπροερετω υουλείσην· εκτὸς βιας ανάγκεις καὶ πάντὸς, ἀπηγωρεμμένου τροπου, εἰς σὲ καθηγουμενον κῦρ αββα ἰωσήφ καὶ εἰς τους υποσσὲ ἐυαγεστάτους μοναχους τοῦ αγιου, ἱερομάρτυρος γεοργίου, δι' ὅσπερ, ἐν αληθεια καὶ εὐθυτητι· ὁμολογῶ ἀπὲντευθεν ἤδι δωρίσασθαι καὶ ἀφιέρωσασθαι ὑπερ λυτρου καὶ ἀφέσαιως τῶν αμαρτιῶν ημῶν λεγω δὴ χωραφια μωδιων σιτου δ' σὺχωρίσαιος: τὸ ὄντα καὶ διακειμειον εἰς την ποθεσια του γέμιλλου, πλησιω τοῦ λεοντος τοῦ γέμιλλου, τὸ περιελθὸν μοι εκ της πατρικής μου κληρονομίας τουτο μὲν εδωρισαμι, καὶ αφιερωσαμι· εις την προλεχθήσαν εὐαγεστάτη μονη του αγιου μαρτυρος γεὄργιου· οὐχ απλως μεν ως τυχὴ καὶ ως ἔτηχεν, ἀλλὰ διὰ τὸ υπερεύχεσθαι, εν ταυτη τη ἀγία μονῆ· ως ανωτερω δέδειλοται· του απο του παρόντος καὶ εις τοὺς ἑξης ἅπαντας· καὶ διήνεκοῖς χρόνους επεξουσιως εχειν· τὴν τοιαὕτη μονη· τὸ τοιοὕτον χωραφιον ἀπὸ τη σημερον ἡμερα καὶ μέχρι τερματων ἀιῶνων· του ἔχειν ἐξουσιαν εν τουτω. ἢ ἰδιον· ἢ κληρονόμον· ἢ συνκληρονόμον· ἢ ξένου προσωπου· ἢ δ ὑπερ ουκ ηγοίμαι επελθοι τις των τοιουτων· καὶ ζητισην κηνήσιν· ἡ αγωγὴν οφιλει ποιήσε· ανθιστασθαι με καὶ διεκδικὰν ἀυτῶν απὸ πάντὸς εναν-

† Guido. Signum manus eiusdem filii Georgii de Paschale.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Guido suprascriptus, qui propria manu signum venerandae et vivificae crucis exaravi simul cum meo nomine et paterno cognomine, hoc praesenti instrumento voluntariae, simplicis, irrevocabilis, non extortae et purae oblationis, de propria sententia et libera voluntate, nulla vi, necessitate, aut alio vetito modo coactus, donationem et concessionem facio tibi praeposito domino abbati Iosepho, et piissimis monachis S. Martyris Georgii tibi subiectis: quo instrumento in veritate et iustitia declaro iam a praesenti die donasse et obtulisse, pro redemptione ac remissione nostrorum peccatorum, praedium capacitatis quatuor modiorum frumenti, situm in loco ubi dicitur Gemellus, iuxta (*territorium*) Leonis de Gemello, quod ex paterna hereditate mihi obvenit. Huiusmodi autem praedium donavi et concessi praedicto sanctissimo monasterio S. Martyris Georgii non simpliciter, temere et inconsulto, sed ut orationes ac preces fiant in eodem sancto monasterio, quemadmodum supra declaratum est; et a praesenti in omne futurum tempus huiusmodi praedium sit in potestate eiusdem monasterii ab hac die usque ad finem seculorum, nec in ipsum potestatem habeat aliquis de mea cognatione, aut ex meis heredibus, aut successoribus, aut aliqua extranea persona. Si vero, quod non putaverim, horum aliquis surrexerit, litem, quaestionem, aut molestiam illaturus, debeam ego contra insurgere, ac tui defensionem

τιουμενου προσώπου· καὶ σε αζημιον ἀταραχον καὶ ανενόχλητον διαφυλάττειν, ἢ δε καὶ τούτο οὐ ποιήσω, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐπιστροφὴν νουληθῶ γενεσθαι· πρώτον μὲν εν δικαστηριω, μη εἰσακουεσθαι μου, ἀλλ ἡναι με κατηραμενω παρα κυριω θεω παντωκράτορος· τῶν τιη' ἁγιων θεοφορων πατρων· ζημιουμένος νομισματα μ'· ὑπερ παρανασιας του τιμιου καὶ ζωοποιοῦ σταυρου· καὶ εἰς τὸ δημοσιον ετερα νομισματα μ'. ἐγγραφη ἡ παρουσα αφιέρωσης δια χειρὸς εμου λεοντος νοταριου καὶ ταβουλαριω αστεος πισκωπου τω μηνι μαιω της πρωτης ινδικτιονος του ἔτους ϛχμϛ'.

† λεων του νασταρούχου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμιον σταυρον.

† κώστα παπα ιωαννου μαρτυρω τον τιμιον σταυρον.

† λεων τοῦ γεμηλλου υπεγραψα τὸν τίμιον σταυρον μαρτυρων.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 39.)

suscipere ab omni contraria persona, et te immunem ab omni vexatione ac molestia praestare. Quod si non solum id non fecerim, sed facti me poenituerit, primum quidem in iudicio neutiquam exaudiar, deinde maledictus sim a Domino Deo omnipotente, et a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, et poenae nomine, ob violationem venerandae ac vivificae crucis, solvere tenear solidos quadraginta, et publico Fisco tantundem. Scriptum est praesentis concessionis instrumentum manu mea Leonis notarii et tabularii civitatis Piscopii, mense maio, indictione I, anno 6646.

† Leo de Bastarucho testis subscripsi venerandam crucem.

† Consta filius presbyteri Ioannis testis sum per venerandam crucem.

† Leo filius Gemelli testis venerandam crucem subscripsi.

CXIX.

1138 — Indict. (I).

Hugo filius Ranerii vendit ecclesiae S. Georgii Martyris vineam pretio unius equi.

† σίγνο χειρὸς οὔβω υιου ρανεριου.

Ἐν ονόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιοῦ, καὶ του αγίου πνευματος ὁ προγεγραμμένος οὔβω· ὁ τὸ σύγνον τοῦ τιμιου καὶ ζωόποιου σταυροῦ· ἰδιώχειρός σὶν τω ὀνοματι· καὶ τῆ πατρῶα ἐπονὶμία ποιήσας· τὴν παροῦσαν διάπρασιν τέλειαν απαλλάγὴν· τήθημι καὶ ποιω ἐκουσία μου τῆ γνώμη, εικήα προαιρέσει ἐκτὸς πάσης ἀνάγκης καὶ βίας· καὶ δίχα παντὸς ἀπηγορευσμένου τρόπου· εἰς την αγίαν τοῦ θεοῦ εκκλησίαν τοῦ αγίου μαρτυρος γεὼργίου ἀντικρυς τοῦ πισκωπιου, καὶ εις σὲ τω οἰκονόμω του προρηθεντος αγιου· τούνομα ἰωσὴφ· δι εἰς ὁμολογῶ πεπρακέναι σοι· καὶ ἀποτάξασθαι κατὰ τέλιαν νομὴν καὶ δεσποτίαν, ἀμπέλιον ρίζας ἑπτακωσίας καὶ ευδωμίντα σὺν τον ημεροδενδρίων τὸ ὀντα καὶ διακημένω εἰς τοπον λεγόμενον τοῦ ζαρβοῦ περωθεν τοῦ ποταμοῦ· παραδέδωκα αυτῶν τῶν τοιουτον ἀμπελώνα καθαρὸς καὶ ἐμφανὸς, μὴ ὑποκειμένων, ἐν δ ιαδίποτε ἀχλῆς δι ἀπολαβὴν με ὑπὲρ σου τοῦ αγωραστου, ἡπαργν ἓν· εις το ἐπέξουσίως

† Signum manus Hugonis filii Ranerii.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Hugo suprascriptus, qui signum venerandae et vivificae crucis simul cum meo nomine et paterno cognomento propria manu exaravi, de propria mea sententia et deliberatione, nulla vi aut necessitate compulsus, et sine alio vetito modo, facio et trado hoc venditionis et integrae cessionis instrumentum sanctae ecclesiae Dei sub titulo S. Martyris Georgii, quae est e regione Piscopii, et tibi praedicti Sancti oeconomo nomine Iosepho, quo instrumento declaro tibi vendidisse, et cum perfecto iure et dominio cessisse vineam habentem vites septingentas septuaginta cum arboribus fructiferis, quae sita est in loco, ubi dicitur Zarbus, trans flumen. Et tradidi tibi eamdem vineam sincere et aperte, nullique prorsus circumventioni obnoxius, quia accepi abs te emptore equum unum, ut a praesenti die et hora in omne futurum tempus habeas

ἔχιν αὐτῶ ἀπο τῆς παροῦσης ημέρας καὶ ὡρας· εις τοὺς ἑξῆς ἅπαντας, καὶ διηνεκεῖς χρώνους· πολεῖν χαρίζην· καὶ ἀνταλλάγτη· καὶ πάντα ποιῆν, ὁσα τῆς οἰκείοις δεσκότε παρακελευονται ὁ νόμος, ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ εμοῦ ἡλιφὸς μὴ εναντιοίμενος παρά τινος· η τον ημων υιων ἢ ανέψιω ἰδιω μήτε ξένον προσώπω υδὲ φοραθῶ ποτε ἢ χρώνω μεταμελος, οὐκ ἡσταμὴν δὲ μάλλον, καὶ διεκδυκῶν αυτῶ ἐκτὸς ἐναντιουμένου προσώπου, ἐν πρότης ὁμολογῶ υπαρχειν με κάτηραμένος, παρά κυριου θεου παντωκράτορος, καὶ γιεζην λέπρα τοῦ ἰουδα τοῦ προδότου· ζημιοῦμενος καὶ ὑπερ παραβασιας τοῦ τημίου καὶ ζωοποιου σταυρου νομισματα λϛ· καὶ ηθ οὑτος στέργειν καὶ ειμμενὴν την παρουσᾶν καὶ παρ εμοῦ γεναμένην ἁπλὴν καὶ καθαρὰν διάπρασιν· ὀχυρὰ αρραγεῖ καὶ ἀπαρασαλευτος· ἐγράφη δία χειρὸς ἐμοῦ λεοντος νοταριου ταβουλαρίω, τοῦ ἀστης πισκωπίω· παρουσια των αξιοπίστων μαρτύρων τοῦ ἔτους ϛχμϛ καὶ ἐνήσταμένης ινδικτιωνος.

† λεοντος βουφάρδου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμιον σταυρον.

† πέτρος τοῦ κούμβαρη μαρτυρ υπεγραψα τὸν τίμιον σταυρον.

† ιωαννης βισκώμηνος μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμιον σταυρον.

† νϊκολαος του βιγγιανηνου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμιον σταυρον.

† ὁ πρεσβυτερος ιωαννης γαμβρὸς του πρεσβυτερου ιωαννου τοῦ γεμιλλου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τίμιον σταυρον.

potestatem vendendi, donandi, permutandi, et omnia faciendi (*de eadem vinea*), quae propriis dominis leges permittunt, sicut dominium et auctoritatem a me accepisti, sine ullo impedimento sive meorum filiorum, aut consobrinorum, sive alicuius extraneae personae. Si vero temporis progressu contravenire proponam, et non potius antestare, ac te defendere ab omni contraria persona, primum quidem maledictionem habeam a Deo omnipotente, et lepram Giezi, et laqueum Iudae proditoris, et poenae nomine, propter praevaricationem venerandae et vivificae crucis, solvere debeam solidos sex et triginta, ac deinde ratum, firmum, stabile et inconcussum permaneat huius simplicis et purae venditionis a me factae instrumentum, quod scriptum est manu mea Leonis notarii et tabularii civitatis Piscopii, praesentibus fide dignis testibus, anno 6646, indictione ineunte.

† Leo Bufardus testis venerandam crucem subscripsi.

† Petrus de Cumbari testis venerandam crucem subscripsi.

† Ioannes Vicecomes testis venerandam crucem subscripsi.

† Nicolaus de Viggiano testis venerandam crucem subscripsi.

† Presbyter Ioannes gener presbyteri Ioannis Gemelli testis venerandam crucem subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis n.° 38.)

CXX.

1139 — Mense Maio — Indict. (II).

Leo Gemellus eiusque filius Michael donant monasterio S. Georgii nonnulla praedia posita in loco dicto Gemello.

† σιγνω χειρὸς λέοντος του γεμήλλου.

† σίγνω χειρὸς μηχαηλ ὑὸς αυτου του προριθεντος λεοντος του γέμηλλου.

† εν ονόματι τοῦ πατρος καὶ του υιου καὶ τοῦ ἁγιου πνευματος· ὁ προγεγραμμένος λεων· ὅ τι επονιμία τοῦ γέμηλλου· καὶ τοῦ υιου αὐτοῦ ονοματι μηχαὴλ. ὅ το σίγνον του τιμιου καὶ ζωὸποίου σταυρου·

† Signum manus Leonis de Gemello.

† Signum manus Michaelis filii praedicti Leonis de Gemello.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Leo suprascriptus cognomento de Gemello, cum filio meo, cui nomen Michael, qui signum venerandae et vivificae crucis propria manu exaravimus

εἰκειοχείρὸς ποιήσας· σὺν τῷ ὀνοματί μου καὶ τῇ πατρῳα επωνυμία, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον ἑκούσιον. ἀμετανόητον ἀπερίεργον αμετάτρεπτον· ἁπλὴν ἀπόχὴν καὶ καθαρὰν τελείαν ψυχικὴν ἀφιέρωσιν· τιθημι καὶ ποιῶ ἑκουσία μου τῇ γνῶμη· καὶ αὐθερέτω νουλήσει ἐκτὸς βίας ἀνάγκεις· καὶ παντὸς ἀπηγορευμένου τρόπου· δι ἥπερ ἐν αληθεῖα καὶ ευθύτιτη· ὁμώλογῶ ἀπεντευθεν ἤδὴ δωρήσασθαι καὶ αφιερώσασθαι· τά γονίκα μου χωραφια τὰ περιελθῶτα μοι εκ πατρικῆς μου κληρονομίας· εἰς τὴν ευαγεστάτην μονὴν· τοῦ αγίου ἱερομάρτυρος γεόργίου καὶ εις τον ἡγουμειον κύρι ἰωσὴφ· ὡσσυ χορίσεως μωδιων σιτου ε· καὶ ως κάτευὴ ορυάκῆς ἑώς ἐπὶκάτου εἰς τὸν λάκκον τῆς ἐυτελέας, ετι τὴν δὲ περιορισμὸς κατα μὲν ανάτολάς· ὅ λεος τοῦ αρμετάνου, ταυτα μὲν πάντα τα προλεχθεν χωραφιω· εδωρησάμιν καὶ ἀφιέρωσα, οὐχ απλῶς μὲν καὶ ἡκεὶ καὶ ὡς ἔτιχεν ἀλλ ὑπερ ψυχικῆ μου σωτηριας· τοῦ ἀπὸ τοῦ παρόντος καὶ εις τοὺς ἕξεις καὶ διηνέκεις χρόνους, ἐπεξουσιως ἔχειν τὴν τηαύτη αγία μονῆ· εις τὰ τοιαύτα χωράφι ποιεῖ τι θελήτει καὶ νούλεται· ὡς παρ εμου τὴν εξουσίαν καὶ κηριώτιτα λαβοὺσα· μὴδεις ἔστω ὁ παρενοχλῶν, ἡ παρενποδίζων τὴν τοιαυτην ἀγιὰ μονὴν· ἢ του μερούς μου· ἢ ξενου προσώπου· εἰ δ ὅπερ ουκ ηγοῦμὲν· ἐπέλθοι τὶς, τῶν τειούτων· καὶ ζήτισιν κίνησιν· ἢ ἀγωγὴν. ὀφείλει ποιεῖσαι, ἀνθίσταμιν· καὶ διεκδικὰν ἀυτῶ ἀπὸ πάντὸς, ενἀντιουμένου προσώπου· καὶ σὲ αζημιων ἀτάραχον καὶ ἀνενόχλητον διαφυλάττει· ἴ δε καὶ τούτο οὐ ποίήσον ἀλλὰ καὶ εις ἐπιστροφὴν νουληθω γενέσθαι· πρώτον μὲν ἐν δικαστηριω· μὴ εἰσακουεστέ μου· ἀλλ ἡναί με κατηραμένων παρά κυριω θεω παντοκρατορι· των τιή αγιων θεοφορων πατρων ζημιουμενος εις το δημοσιον νομισματα ου· εγράφη ἡ παροῦσα ἀφιέρωσης δια χειρὸς εμοῦ λεοντος νοταριου καὶ ταβουλάριω αστεως πισκωπης. τω μηνί μαιω τῆς πρωτης ινδικτιωνος τοῦ ἔτους ϛχμζ· τὸ οντα διακειμενα τὴν προριθεισαν χωράφι εις τόπον λεγώμενον του γεμηλλου· ἐν παρουσια των αξιωπιστων μαρτυρων.

† ιωαννης ἱερέως γαμβρός τοῦ πρεσβυτέρου ιωαννου γέμηλλου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμιον σταυρόν.

† λεον νουφάρδος μαρτυρ ὑπεγραψα τὸν τιμιον σταυρον.

† κώστας τοῦ παπα ιωαννου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τίμιον σταυρόν.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 40.)

simul cum nomine et paterno cognomento, praesenti chartula liberae, irrevocabilis, absolutae, immutabilis et simplicis donationis ac purae, perfectae et spiritualis oblationis, de propria sententia et spontanea voluntate, nulla vi, aut modo vetito adductus, in veritate et rectitudine declaro amodo donare et offerre venerabili monasterio S. Martyris Georgii eiusque praefecto domino Iosepho paterna praedia, quae mihi ex paterna hereditate obvenerunt, capacitatis quinque modiorum tritici; ut descendit rivus deorsum usque ad puteum Inopiae. Eius vero fines sunt: ad orientem Leo de Armetano. Integra autem memorata praedia donavi et obtuli non sine causa, neque frustra, neque fortuito, sed pro salute animae meae, ut venerabile monasterium a praesenti tempore et deinceps in perpetuum habeat facultatem faciendi de huiusmodi praediis quidquid voluerit, utpote quod dominium et potestatem a me accepit: nec quisquam sit de mea cognatione, aut quaecumque alia extranea persona, quae molestiam vel impedimentum praedicto monasterio afferat. Si vero, quod non putamus, eorum quisquam surrexerit, et molestiam, litem, aut actionem intenderit, nos teneamur antestare et vindicare ab omni contraria persona, et te immunem ab omni damno, perturbatione et molestia praestare. Quod si non solum hoc facere neglexero, sed et facti me poenituerit, primum quidem in iudicio me ne audiatis, immo maledictus sim a Domino Deo omnipotente, a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, et poenae nomine solvam Fisco numismata duo et septuaginta. Scripta est praesens oblatio manu mei Leonis notarii et tabularii civitatis Piscopii, mense maio, indictione I, anno 6647. Sunt autem memorata praedia in loco dicto de Gemello. Praesentibus fide dignis testibus.

† Ioannes presbyter gener presbyteri Ioannis Gemelli testis venerandam crucem subscripsi.

† Leo Bufardus testis venerandam crucem subscripsi.

† Consta filius presbyteri Ioannis testis venerandam crucem subscripsi.

CXXI.

1139 — Mense Maio — Indict. II.

Hugo SS. Trinitatis Venusinae abbas Leoni notario S. Nicodemi tradit nonnulla praedia ad monasterium S. Phantini pertinentia sub annuis olei praestationibus.

† Signum proprie manus Hugonis venusini Abbatis.

τὸν μαϊῶ μίνα· τῆς ινδικτιωνος β' τοῦ ἔτους ,ϛχμζ' ὄντος ἐμοῦ χοῦ καθηγουμένου ἁγίας τριάδος βενούσας· εἰς τὸν ἅγιον Φαντίνον τοῦ πρετοριατου· ηλθες προς με σοῖ κυρος λεων νοταριος ὁ τοῦ αγίου νϊκοδίμου καὶ ἐτήθης μοι τοῦ δούναι σοι ἀπο τὸν δηκέον διακρατιμάτων τῆς μονῆς ἁγιου Φαντίνου· ἤγουν ἀπο τον ἀγρηελαίον τοῦ ἐνκεντρόσε αὐτούς προς τὴν ὑπερεσίαν. ἐγὼ δὲ ἤξας τῆ σῆ παρακλήσει διὰ τᾶς πλήστας δουλήας καὶ ἐυεργεσίας, ἅς ἐποίησας πρὸς τὴν μονὴν καὶ πρὸς ἡμᾶς· δέδοκαμέν σοι τὸν ἀγριελαιόνα τὸν πλησηἄζοντα τοῦ εὐκτήρηου ἁγιου Φαντίνου τοῦ παλεου ὑπαρχη δὲ ὁ περιόρησμὸς αὐτοῦ ἀπο μὲν ἀνατολας ο Φραγμὸς τοῦ χωραφίου τοῦ προρηθέντος ἁγιου Φαντίου καὶ κατέρχεται τὸ ἥσον τῆς Φρακτῆς τοῦ περηβολέου ἄχρη τῆς οδοῦ· κατὰ δε δυσμοῦ τὸ χοχλάκην το κατερχόμενον ἐκ τὸ ὄρος καὶ ὁ κριζὰς· ἀπο δὲ ἄρκτρου ἡ δῦο ἄρμοι· ἀπο δὲ νότου ἡ ὁδὸς καὶ ὁ ἀγριλλος ὁ μεγας· τέλλην σε δὲ ἀπο τοῦ προρηθέντος κατ ειαὐτὸν εἰς τὴν μονὴν ἁγίου Φαντίνου κανναταην ελάδην και πλέον οὐδὲν· ἐμίος δεδοκαμέν σοι καὶ το χοραφήτζην το ὄντα πλησήον τοῦ ποταμοῦ τοῦ ελμίτου· ὑπάρχει ὁ περηόρησμος του προρηθέντος χοραφηου· κατὰ ἀνατολὰς ὁ ποταμὸς· καὶ η Φρακτή καὶ ὁ ἄρμος ὅπου ὕπαρχη ἡ ἀγριοσηκηες· κατα δυσμου τὸ ρηάκην τὸ πλησήον αμπελήου τοῦ μανδίλου τὸ ἅπερ ἔχουν εἰς τέλος εκ τὴν αὐτὴν ρηθήσαν μονὴν· ἀπο δε νότου τὸ βουνὴν καὶ ἡ ρηζοτηληθη· καὶ σηκλῆ· τέλλην σε δὲ κατ ενηαυτον ἀπο τοῦ τηουτου χοραφήου. εις τὴν μονὴν ἁγίου Φαντίνου· ἥμηση κανναταης ελαδην· ελαβομεν δὲ ἀπο σοῦ τοῦ προρηθεντος νοταριου λέοντος ταρια ἤκοση διὰ κληρούρην τὸν μοναχον ος ἐκ τούτο ἐπεδοκαμέν σοι αὐτῶ τοῦ ἔχη σε αὐτὰ ἄχρη στασεως κόσμου ἧς σε καὶ εις τους σοῦς κληρονόμους καὶ διαδόχους· καλὸς δε σου κάμνοτος καὶ του τέλους μη ἀρνοίμενου· ποιὴν σε ἐξ αυτὰ ἤ τη καὶ βούλεσε· ὁς τὸ κύρος παρ ημων ἠληφός· καλὸς δὲ σου τέλλον-

Mense maio, indictione II, anno 6647. Cum ego Hugo abbas sanctae Trinitatis Venusinae essem in (*monasterio*) S. Phantini Praetoriati, venisti coram me tu dominus Leo notarius S. Nicodemi, et petiisti a me, ut traderem tibi ex legitimis possessionibus monasterii S. Phantini, videlicet (*aliquod*) ex agrestibus olivetis, ut oleastros insereres sub praestatione. Ego autem tuis precibus motus ob servitia et beneficia quamplurima, quae praestitisti monasterio et nobis, dedi tibi agreste olivetum proximum oratorio S. Phantini veteris. Ipsius autem fines sunt: ab oriente sepes praedii praedicti S. Phantini, et descendit recta per sepem horti usque ad viam; ab occidente vero glarea, quae descendit a monte, et Criza; a septentrione duo Armi; a meridie via et oleaster maior. Solvere vero ipse tenearis pro memorato (*praedio*) quotannis monasterio S. Phantini cannatam olei et nihil amplius. Dedi tibi similiter et praediolum situm prope flumen Elmitum. Sunt fines praedicti praedioli: ab oriente flumen, et sepes, et Armus, ubi extat marisca; ab occidente rivulus prope vineam Mandili, quam sub praestatione tenet ab eodem dicto monasterio; a meridie collis et Rizotelithe, et claudit.tur. Solvas autem quotannis pro ipso praediolo monasterio S. Phantini dimidium cannatae olei. Accepi autem a te praedicto notario Leone tarenos viginti pro cultura, (*quae dicitur*) Monachus. Huius rei causa concessi tibi ipsi tuisque heredibus et successoribus, ut habeatis haec (*praedia*) usque ad finem mundi. Si vero strenue in iis laboraveris, nec unquam censum solvere recusaveris, tibi (*facultatem damus*) faciendi de illis quidquid volueris, utpote qui dominium a me accepisti. Quod si diligenter censum solveris, et ab ecclesia non

τος καὶ τὴν ἐκλησήαν μη ἀρνοίμενου μη ἔχην μας ἄδηαν του διόκην σε ἀπ αυτῶν· ἡ δὲ φοραθὸ ἤτε ἐγῶ η τοὺς μέλλοντας ἡγουμειεβην ἢ ἡκονομέβην εἰς τὴν ρηθήσαν μονὴν η αλλος τής ἀκηρόσε τὸ παρὸν χαρτήον· σχῆ τὸ αναθεμα παρὰ πατρος ὑιοὺ καὶ ἁγιου πνευματος καὶ τὴν αραν των τιή ἁγίων θεοφορων πατρων καὶ τὴν ἀγχόνην ἰούδα τοῦ προδοτου· πρὸς δὲ περησσοτεραν πιστοσην ἐκυροσα αὐτὸ τη σηνήθη ἡμῶν βουλλη τη δηακηρο μηνι καὶ ινδικτιωνι της προγραφήσης· γραφεν χειρι σπαθαρίου τοῦ φουκατζάρη ἐν παρουσια μαρτυρων.

† φιλιππος βακκέρης μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυρον ἠκεια χειρι· † βόνος γαμβρὸς νἰκολαου ασβεσταρου μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυρον· † λεων κοράτορας αγιου μηνα μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυρον· † λεων πολιχρόνης μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυρον.

† Robertus monacus interfui. † Petrus. Monacus. interfui. † Iohannes capellanus testis sum. † Gualterius diaconus. testis sum. † Bartholomeus monacus. Testis sum. Robertus Sancti Quintini. Monacus. testis sum. † Ego goffridus regis cappellanus hoc concedo.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 30.)

defeceris, nulla mihi sit potestas te illinc expellendi. Si autem vel ego, vel qui huius monasterii praefecturam sive administrationem suscepturi erunt, seu quicumque alius, praesentem chartulam infirmaverimus, habeamus anathema a Patre, Filio et Spiritu Sancto, et maledictionem tercentorum octo et decem sanctorum divinorumque Patrum, et laqueum Iudae proditoris. Ad maiorem autem fidem solita nostra cerea bulla signavimus hoc (*instrumentum*), mense et indictione supradictis. Scriptum manu Spatharii de Fucatzari coram testibus.

† Philippus Bacceris testis propria manu crucem subscripsi. † Bonus gener Nicolai Asbestari testis. crucem subscripsi. † Leo Curator Sancti Menae testis crucem subscripsi. † Leo Polichronus testis crucem subscripsi.

CXXII.

1140 — Mense Maio — Indict. III.

Constantinus Tzampia eiusque frater Ioannes Leoni Valinaco presbytero et sacellario maioris ecclesiae Lareti vendunt praedium positum in loco dicto Ilupi, numismatis sex et tarenis tribus.

† σίγνον χειρος κονσταντίνου υἱοὺ γεὸργειου ὁ τι επονομα τζάμπια †

† σίγνον χειρος ιωάννου ἀδελφου αὐτοῦ· αναλαμβαννόμενοι καὶ πάσαν οχλησην. †

† ἐν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοὺ· καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. ὑμὴς ἡ ἀνοτερος γεγραμμένη· ἡ τοὺς τἰμήους καὶ ζῶοπιοῦς σταυρους· ἡκήες χαὶρσὴν καθηπογράψαντες· ἐκτὸς πάσης υήας τε καὶ ἀνάνκης· φενόμεθα πὶπρασχοντες τὸ ἐμετερον χοράφεον ὁπερ κτόμεθα ἐκ μητρικὴς ὑμῶν κληροιομήας οὔρσου λέου του ημετέρου τοῦ ελαδα τοῦ παππου μας. ης τόπον λεγόμενον μὲν υλουπιν πὲπρακαμεν αὐτὸ ὸς προέφυμεν ὴς σὲ λέοντα πρεσυυτερον καὶ σακκελάρηον τὴς μεγάλης εκκλησία τὸν υαληνάκην· καὶ κληρονόμους καὶ διαδο-

† Signum manus Constantini filii Georgii cognomine Tzampia †.

† Signum manus Ioannis fratris ipsius, qui in nos omnem molestiam suscipimus †.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui venerabiles et vivificas cruces propriis manibus exaravimus, extra quamcumque vim et necessitatem vendimus nostrum praedium, quod possidemus ex hereditate matris nostrae, (*cui obvenit*) ab Urso Leone de Elada nostro avo, in loco dicto Ilupi; et venditionem hanc facimus, ut antea diximus, tibi Leoni Valinaci presbytero et sacellario maioris ecclesiae, et heredibus ac successoribus tuis, nummis sex et tarenis tribus. Hi vero sunt

χους σου· διά νομισματα ἐξε και ταρια τρία· εστην δὲ ὁ περηβρησμὸς τοῦ τιουτου χοραφήου οὑτος· ἀπο μὲν ἀνατολὸν χοράφεον τοὺ αὐγερηνοῦ· καὶ απο δίσεος χοράφεον σοῦ τοῦ ἀγόραστοῦ· ἀπὸ δὲ αρκτρου· χοράφεον· τῶν πεδῶν μηχαηλ τοῦ προτοσπαθαριου· απο δὲ μεσὴνυρίας ἡ ὁδος καὶ χωράφεων σου τοῦ αγοραστοῦ καὶ σηνκλη· ἐλάυαμεν δὲ τὴν σὴνφονηθήσαν τημὴν ἐξ ημῶν απο χυρὸν σου· ης χύρας ημετέρας· καὶ ἐπηήσαμεν σι· τελήαν· καὶ πληρεστάτην πράσην· απο τὴν σήμερον· καὶ εχην σε τὸ τηούτον χοράφεον τεκνα τεκνῶν· πολὴν· χαρήζην· ἀνταλλάγτυν· και ἐν πρηξὴν απογράφεσθε· και οσα ὁ θήος νόμος· τὴς ἠκήοις δεσπόταις παρακελευετε ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ημῶν ἠληφος· μὴ κοληόμενος ἡ ἐνποδηζόμενος παρά τινος τὸν ἠκήον ἀδελφων καὶ κληρονομων ημῶν· η δε ποτε καὶρο χρονο φανὴ τὴς· ενοχλοντα σε· ἠστασθε ἡμας καὶ δἰἐκδικὰν ἀπὸ παντὸς προσοπου ξενου τε καὶ ηδίου ἡ δ οὗ μὴ σταθόμεν καὶ διἐκδηκήσομεν· ἀλλὰ καὶ μαλλων προς αποστροφὶν νουληθόμεν ἐλθειν· ὁμολογοῦμεν τοῦ στρέφην μὰς τὰ ἐξε νομίσματα καὶ τα τρία ταρία τοῦ δίπλοῦ καὶ η τη κοπου καὶ ἐξοδους ἐπιδήξης εν αυτὸ· εν τρὶπλοῦ· καὶ ὑπὲρ παραυασεος τοῦ τιμήου σταυροῦ νομισματα λ' εξ· καὶ ηθ ούτος· στέργην καὶ ἐμμένην ἡ παροῖσα πράσης τοὺ τιούτου χοραφιου προς σὲ τὸν εὐτιχὺ ἀγόρακοτα λεοντα πρεσυυτερον τὸν προγεγραμμένον καὶ ης τους σοῦς κλερονομους καὶ διάδοχους· ἀχρη τερμέτον εόνον· ὅθεν εγραφη τὸ παρον χαρτιον τι ἡμῶν νουλὴ καὶ αρεσκήα τὸν πεπρακότον· η καὶ τα σίγνα γράψαντες ηκήες χερσὴν· τὸ δὲ ὅλον ὑφος χυρὴ εμοῦ ιωαννου εὐτέλους προτοπαπα καὶ ταυνυλαριου του μερους τοῦ λαρέτου μηνι μαϊὸ ινδικτιωνι γ' τοῦ ετους ϛχμή ἐνοπιον μαρτυρων.

† γεοργιος υιὸς ἰοάννου τη ἐπονυμια πίρριακος μαρτυρ υπεγραψα † νικολαος ὁ σκιμινας μαρτυρ υπεγραψα † γρηγόριος εὐπτελὴς πρεσβυτερος υιὸς ηικολαου τη εποιμια στηληγα μαρτυρ υπεγραψα † θεόφιλος ὁ εὐτελης δομέστικος κληρικος της μεγαλης εκκλησιας υπεγραψα † νηκηττης ευτελης πρεσβυτερος υπεγραψα † πετρος πρεσβυτερος του αγίου αθινογενους μαρτυρ † λεος χάλβις μαρτυρ υπεγραψα.

† ιωαννης εὐτελης πρωτοπαπὰ καὶ ταυουλάριος τον μερον τοῦ λαρέτου· τὸ παρον χαρτίον υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 31.)

fines eiusdem praedii : ab oriente praedium Augerini ; ab occidente praedium ad te emptorem spectans ; a septentrione praedium filiorum Michaelis Protospatharii ; a meridie via et praedium tui ipsius emptoris, et clauditur. Accepimus autem conventum inter nos pretium a tuis in nostras manus, et fecimus tibi perfectam et plenissimam venditionem ab hodierna die; ut habeas hoc praedium tu, tuorumque filiorum filii, (*cum potestate*) illud vendendi, donandi, permutandi, in dotem constituendi, et (*faciendi*) quidquid divina lex propriis dominis concedit, utpote qui dominium et potestatem a nobis accepisti, neque prohibearis vel impediaris a quolibet ex nostris fratribus et heredibus. Si quis autem quacumque occasione vel tempore apparuerit molestiam tibi illaturus, nos adversabimur, et te ab eo defendemus, quicumque sit vel extraneus vel propinquus. Nisi vero obstiterimus et defenderimus, sed potius consilium mutare voluerimus, assentimur nos tibi restituere duplum pretii sex numismatum et trium tarenorum, ac triplum laborum et expensarum, quas impenderis in praedio, et pro violatione venerabilis crucis numismata sex et triginta ; attamen firma deinceps ac stabilis maneat praesens venditio huius praedii tibi suprascripto fortunato emptori presbytero Leoni, tuisque heredibus et successoribus usque ad finem seculorum. Quare condita est praesens charta, nobis venditoribus ita volentibus et acquiescentibus, qui signa scripsimus propriis manibus, totum vero instrumentum manu Ioannis humilis protopapae et tabularii regionis Lareti, mense maio, indictione III, anno 6648, coram testibus.

† Georgius filius Ioannis cognomine Pirriacus testis subscripsi. † Nicolaus Sciminas testis subscripsi. † Gregorius humilis presbyter filius Nicolai cognominati Stiliga, testis subscripsi. † Theophilus humilis domesticus clericus maioris ecclesiae subscripsi. † Niceta humilis presbyter subscripsi. † Petrus presbyter sancti Athenogenis testis. † Leo Chalvis testis subscripsi.

† Ioannes humilis protopapa et tabularius regionis Lareti praesentem chartam subscripsi.

CXXIII.

1140 — Indict. (III).

Irene vidua Ioannis Franci cum filiis Basilio et Hugone vendit septem tarenis presbytero Constae praedium positum in loco dicto Mutero.

† σίγνον χειρὸς εἰρήνης γυνὴς τοῦ απιχουμενου πρεσυυτερου ιωάννου τοῦ Φράγκου † σίγνον χειρὸς βασιλειου υιου αὐτὶς: † σιγνον χειρος χοῦ ἀδελφου αὐτοὺ· Φενόμεθα οἱμὶς η προγεγραμένοι η τοὺς τήπους τῶν τιμιων και ζοωποῖων σταυρῶν οἰδιωχείρος γράψαντες Φενέμεθα και πούλομὲν τῶ ἡμέτερον χωραφιων ὥπερ ηγορασαμεν ἐκ τον παρα ιωάννου μαγγεαβόε τῶ ὀντα καὶ διακοίμενον εις το χωρίον μουτέρου περιορηζώμενον ούτος· κατὰ μὲν ανατολὰς ο μέγας δρόμος ω επαγώμενος εις τον μέδημαν καὶ κατα ανατολης ἄμφω ἄκτρου καὶ δίσεως το χωραφιον τοῦ σελίμου· καὶ κατα μενσιμβριαν το μερος τοῦ σάβα καὶ συνγκλὴ· τοῦτο επράσαμεν προς σὲ τον παπα κωνσταν· υἱον τῆς κυρας Φλάβιας εἰς τὸ αναμέταξὺ ἡμῶν συμΦωνηθεν τὶμὶμαν· ταρία ἑπτὰ σταμενα καλὰ· ἁτινα λαβὸν· από τὰς υμετερας χεῖρὰς εἰς τὰς ἡμῶν χειρας· πεποιείκαμεν συ τὴν παρούσαν καθαράν καὶ πληρεστάτην· διάπρασιν· τοῦ εχὴν σαὐτὸ εξουσίαν ἀπὸ τῆν σίμερον ἡμέραν καὶ ὥραν· εξουσιαν πουλεῖν χαρίζὴν ανταλλαττειν και εις πρικα τεκνων· καταγράφὴν· ὁς τὸ κύρος και τὴν εξουσιαν παρ ημῶν ἡλὺφὸς· μη ενοχλούμενος· η εμποδηζωμενος· παρά τινος· ου παρ ημῶν αυτῶν ου παρὰ των ημετέρων παίδων η ξενου προσόπου το συνὸλον ἡ δε τὴς Φανὴ ποτε καὶρὼ χρώνο· μετατρεὺσε βούλώμενος. μι εισακουεσθω αλλ εσθω ξένος και αλλωτριος τῆς καθαρας καὶ αμομητου των χριστιανῶν πίστεως· ζειμιουσθω και εις το βασιλικον σαγκελλον υπερ παραυασεως των τιμιων σταυρῶν νουμισματα λς' καὶ πρὸς σὲ τὸν αγωρακοτα το τιμιμᾶν επι τοῦ δυπλοὺν οικιουμεθα καὶ τὴν νομικὴν δεΦενσίονα. ἡ τις και εγραΦη χείρὶ ιωαννου νοταριου υιου νοταριου χριστοΦορου του σοὺΦραγαρου· εν ετει ϛχμη' ινδικτιωι η' ενοπιον μαρτυρων † Θεοδορος πρεσβυτερος λαμπας μαρτυρ υπεγραψα τονομα. † βονος μουτερος μαρτυρ. † γεωργιος λογκισανος μαρτυρ. † πετρος αδελφος αυτου μαρτυρ. † κωνσταs υἱὸς παπα λεοντος τοῦ προΦιτου μαρτυρ υπεγραψα. † κωνστας υἱὸς πετρου μουτερου μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυρὸν.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 32.)

† Signum manus Irenes uxoris defuncti presbyteri Ioannis Franci. † Signum manus Basilii filii ipsius. † Signum manus Hugonis fratris ipsius. Nos suprascripti, qui venerandas ac vivificas cruces propriis manibus exaravimus, vendimus praedium nostrum, quod emimus a Ioanne Mangeaboe, situm ac positum in regione Muteri, quod hos habet fines: ab oriente quidem via maior, quae ducit ad Medimam, et ab oriente, septentrione, et occidente est praedium Selimi, a meridie vero est portio Sabae, et clauditur. Hoc vendidimus tibi presbytero Constae filio dominae Flaviae pretio inter nos convento tarenorum septem bonorum, quod cum acceperimus a tuis in nostras manus, fecimus tibi praesentem puram et plenissimam venditionem, ut habeas potestatem ab hodierna die et hora vendendi, donandi, permutandi et in dotem filiarum constituendi, utpote qui dominium et facultatem a nobis accepisti. Neque sit aliquis qui tibi negotium vel impedimentum facessat, neque nos ipsi, neque quisquam ex nostris filiis, aut quicumque extraneus in universum. Si quis autem aliqua occasione vel tempore (*hanc venditionem*) subvertere velit, ne audiatur, sed extra communionem sit purae et immaculatae christianorum fidei, et pro poena solvat regio Fisco propter violationem venerandae crucis numismata sex et triginta, et tibi emptori pretium duplum, ac legitimam defensionem praestabimus. Haec autem chartula scripta est manu Ioannis notarii filii notarii Christophori de Sufragaro, anno 6648, indictione VIII, coram testibus. † Theodorus presbyter Lampas testis nomen subscripsi. † Bonus Muterus testis. † Georgius Longisanus testis. † Petrus frater ipsius testis. † Consta filius presbyteri Leonis de Propheta testis subscripsi. † Consta filius Petri Muteri testis crucem subscripsi.

CXXIV.

1141 — Mense Aprili 9 — Indict. (IV).

Nicolaus Condilus eiusque frater Leo vendunt Andreae magistro Eremitarum vineam positam ad rivum Cavurum tarenis aureis duodecim.

† Ἐν ονοματι του πατρος καὶ του υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος· Σιγνον χειρος νικολαου κονδιλου. Σιγνον χειρος λεοντος αδελφου αὐτοῦ. † ἡ τα σῆγνα τοῦ † τειμήου καὶ ζωῶπηοῦ σταυροῦ· ἡκήες χερσὴν πηήσαντες. ἀναλαμβανόμενοι καὶ τοὺς ἐμοῦς ἀδελφοὺς καὶ ἠδήους καὶ κληρωνόμους· φενόμεθα ἡμεῖς οἱ προγεγραμμένοι πολόντες ἧς σαὶ κυρον ανδρεαν μαΐστορα τὸν ἐρεμητὸν. καὶ ἧς πάσας ἑτέρους ἀδελφοὺς. τὸ ἀμπελιον ἡμῶν τὸ ἅπερ ἔχομεν ἧς το καυούρο ῥήαξ· ἀπου τές καρύες· καὶ ἀπέρχεται ἧς το σήνορον του ἀμπελίου τῆς μαρίας τῆς λαγγουβαρδίας. καὶ ἀνέρχεται κατα ἀνατολᾶς τὸ σήνορον· ἄχρη τοῦ ἀμπελίου τοῦ κυρου κόνστα τοῦ συνγγενὴ ἡμῶν. καὶ σὴνκλὴ ἧς τὸ ἀμπελιον τὸν ἐρεμητὸν. πεπράκαμέ ση αὐτὸν ἧς χρησοῦν ταρια ιβ'· ἅτηνα λαυὸν ἐκ τᾶς χήρας τὰς ημετέρας. προς τὰς χήρας τᾶς ἐμᾶς. πεπράκαμέ ση αὐτῶ τῆ ἡδήα μας βουλὴ· καὶ ἡδήα προῃρέση. καὶ οὐκ ἐκ τηνος τὸ παράπαν ἀνάγκης· ἡ χλεύης, ἡ ραδηοὐργήας· μή ἐμποδηζόμενος παρά τηνος· μήται παρ ημῶν· μηται παιδὼν. μήτε κληρονόμων. μήται τῆς ἐκ του κατ εμοῦ μερος ἡ δὲ φοραθὴ τῆς μετατρέπον την τηαὕτη τελήαν καὶ πληρεστάτην πράσιν· σχή τὸ ἀνάθεμα παρα πατρος καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνευματος· τὸν τρηάκοσίον ι' καὶ ἡ ἁγίων θεόφόρον πατρων· καὶ τα ἐξῆς· ζημηοῦστο καὶ ἧς το υασηληκὸν σανκκοῦλην νομισματα λς'· καὶ ἧς τὸν ἀγοραστὴν τρηπλὴν τὴν τηαὕτη· καὶ ἡθ οὕτω στέργην καὶ ἐμμένην ἡ τηαὕτη πράσης ἀπαρασάλευτος· μέχρη τερμάτον αἰῶνον· ἐν παρουσία τὸν ἀξηήπηστον μαρτύρων † ἀνδρέας υεσκομης οὗ τη ἐπονύμα τοῦ καφήρου μαρτυρ υπεγραψα. † παπᾶς φήλληππος μαρτυρ υπεγραψα. † καλωκνοῦρης τοῦ πουλαρη μαρτυρ υπεγραψα. † νικολαος σκρήυος· μαρτυρ υπεγραψα. † θύρσος πήτζης μαρτυρ υπεγραψα. † λέων τοῦ λεοπάρδου μαρτυρ υπεγραψα. † νικολαος πλασταρᾶς μαρτυρ υπεγραψα. † θύρσος γερακάρης μαρτυρ υπεγραψα. † ιωαννης υἱὸς παπὰ νηκηφορου πουλαρη μαρτυρ υπεγραψα. † παπᾶς νήκολαος υιὸς πρεσβυτερου λεοντος μαρτυρ υπεγραψα. † νηκολαος υἱὸς

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Signum manus Nicolai Condili. Signum manus Leonis fratris eius. † Nos qui signa venerabilis et vivificae crucis propriis manibus fecimus, comprehendentes (*in praesenti stipulatione*) fratres nostros et affines et heredes, vendimus tibi domino Andreae magistro Eremitarum, et ceteris tuis fratribus, vineam nostram, quam habemus ad rivum Cavurum, quaeque incipit a nucibus prope fines vineae Mariae de Longobardia, et ascendit finis ab oriente usque ad vineam domini Constae consanguinei nostri, et clauditur in vinea Eremitarum. Hanc (*vineam*) tibi vendidimus tarenis aureis duodecim, quos cum acceperimus e tuis in nostras manus, eam tibi vendidimus proprio nostro consilio et voluntaria deliberatione, nullaque omnino necessitate, vel dolo, vel mala fide; nemo autem molestiam tibi afferat neque nos, neque filii nostri, neque heredes, neque quisquam alius ex parte nostra. Quod si quis subverterit hanc perfectam et plenissimam venditionem, habeat maledictionem a Patre, Filio et Spiritu Sancto, et tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, et praeterea solvat regio Fisco numismata sex et triginta, atque emptori duplum pretium; et sic firma deinceps et inconcussa maneat haec venditio usque ad finem seculorum. Coram fide dignis testibus. † Andreas Vicecomes, cui cognomen de Cafiro, testis subscripsi. † Presbyter Philippus testis subscripsi. † Calocnures de Pulari testis subscripsi. † Nicolaus Scribus testis subscripsi. † Thyrsus Pitza testis subscripsi. † Leo de Leopardo testis subscripsi. † Nicolaus Plastaras testis subscripsi. † Thyrsus Geracares testis subscripsi. † Ioannes filius presbyteri Nicephori Pulari testis subscripsi. † Presbyter Nicolaus filius presbyteri Leonis testis sub-

καλωκνοῦρη τοῦ πουλαρη μαρτυρ υπεγραψα. παπα νικηφορος πουλαρη μαρτυρ. † Ἐγράφη χηρὶ πρεσβυτέρου καλιγράφου ἔτους ϛχμθ' μηνὶ ἀπρηλλιω εις τας θ'. ἡμέρα δ'. αρκαδιος πουλαρη μαρτυρ. † παπᾶς θεωδωρος ἐξηπολητης μαρτυρ υπεγραψα τῶν τίμιων σταυρον † παπᾶς λεων υἱὸς πουλαρη μαρτυρ υπεγραψα † θεοδωρος υἱὸς νικολαου κονδολεοντος μαρτυρ. † ιωαννης υἱὸς λεοντος κονδολεοντος μαρτυρ.

† ιωαννης νοτάριος τα ανωτέρω ἐκύρωσα. † ανδρέας μαήστωρ καστελλου αέτου μαρτυρ ὑπεγραψα τῶν τίμιων σταυρον.

scripsi. † Nicolaus filius Calocnuri de Pulari testis subscripsi. Presbyter Nicephorus Pulari testis. † Scriptum manu presbyteri Calligraphi, anno 6649, mense aprili, die IX, feria IV. Arcadius Pulari testis. † Presbyter Theodorus Exipolita testis subscripsi venerandam crucem. † Presbyter Leo filius Pulari testis subscripsi. † Theodorus filius Nicolai Condoleonis testis. † Ioannes filius Leonis Condoleonis testis.

† Ioannes notarius suprascripta roboravi. † Andreas Magister Castri Aëtae testis subscripsi venerandam crucem.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 33.)

CXXV.

1141 — Mense Aprili 9 — Indict. (IV).

Leo filius Nicolai Pulari, Constantina et Nicolaus eius uxor et filius vendunt Andreae magistro Eremitarum vineas positas ad Donacam, tarenis aureis decem et quinque pecoribus.

† Σηγνον χειρος λεοντος υἱοῦ νικολάου ποῦλαρη. † Σηγνον χειρος κονσταντήνας· σημυίου αὐτοῦ. † Σηγνον χειρος νικολαου υιοῦ αὐτοῦ.

†††† Ἐν ονόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος· Σηγνον χειρος πρεσβυτέρου γρηγόρηου· τῆς μακρήας. Σηγνον χειρὸς νικολάου αδελφοῦ αὐτοῦ. Σηγνον χειρος νικολαου θύου αὐτοῦ. Σηγνον χειρος θύρσου υἱοῦ αὐτοῦ. φενάμεθα ὑμῖν ἡ τα σήγνα τοῦ τημίου καὶ ζοῶπιοῦ σταυροῦ. ἡκήες χερσὴν πηήσαντες. ἀναλαμμανόμεθα καὶ τοὺς ἐμοὺς ἀδελφοὺς· καὶ ἠδήους καὶ κληρωνόμους. ποῦλόντα ἧς σαὶ κυρον ανδρέαν μαίστορα τὸν ἐρεμητὸν· καὶ ἧς πάσας τοὺς ἑτέρους ἀδελφοὺς· τὸ ἀμπέλιον ὑμῶν τὸ ἅπερ ἔχομεν εἰς τὸ δονακὰν, ἀπο το σήνορον τοῦ νικολαου κονδολεοντος. καὶ ἀνευέννη κατα ἀνατολᾶς τὸ σήνορων του κονστα τοῦ κονδολέοντος. ἄχρη τὸ σηνορων του λεοντος του μανδάτορα· καὶ σὴνκλῆ. πεπράκαμε σὴ αὐτὸν ἧς χρυσοῦν ταρια ι'. ἄτηνα λαυὸν ἐκ τὰς χήρας τὰς ημετέρας· πρὸς τὰς χήρας τὰς ἐμᾶς· πεπράκαμέ σή αὐτὸν τῆ ἠδία μας υουλὴ· καὶ ἠδήα προεβέση· καὶ οὐκ ἐκ τηνος το παράπαν ἀνάγκης· ἡ χλεύης· ἡ ραδηουργήας· μὴ ἐποδηζόμενος παρά τηνος· μήται παρ ημὸν. μήται παιδὼν. μήται κληρονόμων· μήτε τῆς ἐκ τοῦ κατ εμοῦ μέρος. ἡ δὲ φοραθὴ τῆς μετατρέπον τὴν τηαὕτη τελίαν καὶ πληρεστάτην πρασιν. σχὺ τὸ

† Signum manus Leonis filii Nicolai Pulari. † Signum manus Constantinae uxoris eius. † Signum manus Nicolai filii eius.

† † † † In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Signum manus presbyteri Gregorii de Macria. Signum manus Nicolai fratris eius. Signum manus Nicolai patrui eius. Signum manus Thyrsi filii eius. Nos qui signa venerabilis et vivificae crucis propriis manibus fecimus, pro parte quoque nostrorum fratrum, propinquorum et heredum, vendimus tibi domino Andreae magistro Eremitarum, et reliquis omnibus tuis fratribus vineam nostram, quam habemus ad Donacam, quaeque incipit a finibus Nicolai Condoleonis, et ascendit a parte orientis per fines Constae Condoleonis usque ad fines Leonis de Mandatore, et clauditur. Vendidimus eam tibi tarenis aureis decem, quos cum acceperimus e tuis manibus in nostras, eam tibi tradidimus nostro proprio consilio et propria deliberatione, nullaque prorsus necessitate, vel vi, vel mala fide; nemo autem tibi molestiae sit, neque nos, neque filii nostri, nec heredes, nec quisquam ex parte nostra. Si quis autem hanc perfectam et plenissimam venditionem subvertere voluerit, feriatur anathemate Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et tercentorum octo et decem sanctorum divi-

ἀνάθεμα παρα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· τὸν τριακόσιον ι' καὶ η' αγίων θεόφόρον πατρῶν. καὶ τὰ ἑξῆς. ζημιοῦστο καὶ ἡς το υασηληκὸν σανκοῦλην νομισματα λς' καὶ ἡς τὸν ἀγοραστὴν τριπλὴν τὴν τιμὴν· καὶ ἡθ οὑτο στέργην καὶ ἐμμένην ἡ τηαὕτη πράσης ἀπαρασάλευτος, μέχρη τερμάτον αἰῶνον· ἐν παρουσία τὸν ἀξιόπηστὸν μαρτυρων. † ἀνδρέας υεσκόμης οὗ τη ἐπονόμα τοῦ καφήρου μαρτυρ υπέγραψα. † παπας φήλληππος μαρτυρ υπεγραψα. † καλωκνοῦρης του ποῦλαρη μαρτυρ υπεγραψα. † νικολαος υἱὸς αὐτοῦ μάρτυρ υπέγραψα. † νηκολαος σκρήνος μαρτυρ υπεγραψα. † θύρσος πήτζης μαρτυρ υπεγραψα. † λεων τοῦ λεόπάρδοῦ μαρτυρ υπεγραψα. † νηκολαος πλασταρᾶς μαρτυρ υπεγραψα. † θύρσος γερακάρης μαρτυρ υπεγραψα. † ιωάννης υἱὸς παπᾶς νηκηφόρου ποῦλαρη μαρτυρ υπεγραψα. † παπᾶς νηκολαος υἱὸς πρεσβυτέρου λέοντος μαρτυρ υπεγραψα. † ἐγράφη χηρὴ πρεσβυτερου λεοντος καληγραφου ετους ϛχμθ'. μηνι ἀπρηλλιω εις τας θ' ημερα δ'. † παπᾶς ιωαννης θωμᾶς μαρτυρ υπεγραψα παπα νηκηφορος πουλαρη μαρτυρ. αρκαδιος πουλαρη μαρτυρ. † νικολαος υἱὸς πουλαρη μάρτυρ υπεγραψα. † παπᾶς λεων του πουλαρη μαρτυρ.

† ιωάννης νοταριος τᾶ ανωτέρω εκύρωσα. † ανδρεας μαηστωρ καστέλλου αετου μαρτυρ υπεγραψα τῶν τίμιων σταυρόν.

† Ἔδόκαν καγῶ τοῦ λέοντος υιοῦ νικολαου ποῦλαρη. ὁς δηὰ το ανάμερος του αμπελίου αὐτοῦ· τὸ ἅπερ ἔδοκεν αὐτὸν ἡ πενθερὰ αὐτοῦ πέντε κεφαλαια πρόυατα. τα δ' πρόυατα. καὶ τὸ ἓν ἐγήδιον. εἰς τελήαν πράσιν τοῦ αμπελίου.

norumque Patrum, ac praeterea solvat regio Fisco numismata sex et triginta, et emptori triplum pretium, et nihilominus firma deinceps et inconcussa maneat praesens venditio usque ad finem seculorum. Coram fide dignis testibus. † Andreas Vicecomes, cui cognomen de Cafiro, testis subscripsi. † Presbyter Philippus testis subscripsi. † Calocnures de Pulari testis subscripsi. † Nicolaus filius eius testis subscripsi. † Nicolaus Scribus testis subscripsi. † Thyrsus Pitza testis subscripsi. † Leo de Leopardo testis subscripsi. † Nicolaus Plastaras testis subscripsi. † Thyrsus Geracares testis subscripsi. † Ioannes filius presbyteri Nicephori Pulari testis subscripsi. † Presbyter Nicolaus filius presbyteri Leonis testis subscripsi. † Scriptum manu presbyteri Leonis Calligraphi, anno 6649, die nona mensis Aprilis, feria IV. † Presbyter Ioannes Thomas testis subscripsi. Presbyter Nicephorus Pulari testis. Arcadius Pulari testis. † Nicolaus filius Pulari testis subscripsi. † Presbyter Leo de Pulari testis.

† Ioannes notarius suprascripta roboravi. † Andreas Magister castri Aëtae testis subscripsi venerandam crucem.

† Dedi etiam ego Leo filius Nicolai Pulari pro portione eiusdem vineae, quam donavit ei socrus eiusdem, quinque capita pecorum, nempe quatuor oves et unum haedum in absolutam vineae venditionem.

(Ex antedicta membrana Archivi Neapolitani — n.° 33.)

CXXVI.

1141 — Mense Aprili 9 — Indict. (IV).

Gregorius presbyter eiusque patruus Nicolaus vendunt numismate uno et tribus ovibus Andreae magistro Eremitarum vineam sitam prope alteram, cuius mentio est in proxime superiore membrana.

† Σηγνον χειρος πρεσβυτερου γρηγορίου. † Σηγνον χειρος νικολάου θύου αυτοῦ. φενόμεθα ἡ ανότεροι γεγραμμένοι. ὅς το ὀμπέλιον ἔχωμεν ἐγγῆς τῆς πράσεως τῆς προγεγραμμενης. καὶ ἤχασιν αὐτὸν ἴ ἐρεμηται ἑνα χήρον· ὅς δηα ἓν νάμισμα. ἄχρη τῆς ὧδε· καὶ ἤλθομεν

† Signum manus presbyteri Gregorii. † Signum manus Nicolai patrui eius. Declaramus nos suprascripti possidere vineam prope memoratum praedium divenditum, et habuisse eam hactenus Eremitas pro sue aestimato uno numismate (*a nobis solvendo*). Et

ἐν απορήα πολλὴ. καὶ ουκ ησχήσαμεν στρέψαι πρὸς αὐτοῦς τὸ νομισμα. καὶ ἀρτήον ἔδοκεν ὑμᾶς γ' πρόματα. καὶ ἀποδόκαμεν αὐτοῦ τελήαν ἀπόπρασιν ὁς και τα ληπὰ τὰ γεγραμμένα ἐν το χαρτίον τοῦτο. μάλλον δαὶ καὶ το αὐτὸν ἀμπέλιον ὑπάρχει ἐγγὺς τὸν ἑτέρον. καὶ ἐπειῆσαμεν αὐτοῦ τὸ παρον χαρτίον του μηκέτι ζηττησιν ἐνοχλυσιν τῆς ἐξ ἐμῶν· μήτε ἀδελφῶν· μήτε παιδῶν· ἀλλὰ πάντα στερεὰ καὶ ἀπαρασάλευτα μέχρη αἰῶνας ἐῶνον. εν παρουσια τὸν ἀδελφων καὶ παιδῶν. καὶ κληρονόμων τὸν ἐνθᾶδαι γεγραμμέων †

cum in eam egestatem incidissemus, ut numisma solvere nequiremus, dederunt nobis tres oves, et nos fecimus ipsis perfectam eiusdem vineae venditionem, ut et reliquorum, quae in praesenti instrumento continentur, eo magis quod haec vinea sita est prope alteram; et condidimus propterea instrumentum, ut numquam quaestio neque molestia inferatur eis ab aliquo ex parte nostra, neque fratrum, neque filiorum nostrorum, sed omnia firma et inconcussa maneant in perpetuum. In praesentia fratrum, et filiorum, et heredum ibidem inscriptorum †.

(Ex eadem membrana Archivi Neapolitani — n.° 33.)

CXXVII.

1141 — Mense Aprili — Indict. IV.

Leo Armentanus et Riccardus eius filius donant monasterio S. Georgii Martyris praedium situm in loco dicto Gemello.

† σίγνω χειρὸς λεοντος τοῦ αρμεντάνου. † σίγνω χειρὸς ριγκαρδου υιοῦ τοῦ προριθεντος λεοντος.

Ἐν ονοματι του πατρὸς καὶ τοῦ υιοῦ καὶ του αγιου πνευματος, οἱμεῖς ἡ προγεγραμμένοι ὅ τε λεων καὶ ριγκάρδος ὁ τὸ σιγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιου σταυροῦ, ἰδιωχειρὸς ποιήσας, σὺν τὸ ονοματί μου καὶ τὴν πατρωαν εποντμίαν, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον, εκούσιον, ἁπλὴν ἀποχῖν· ἀμετανόητον, ἀπεριεργων· καὶ καθαρὰν, ἀφιἔρωσιν· τίθιμοι καὶ ποιω ἐκουσία μου τη γνώμη· αυτωπροερετω βουλησιν, εκτὸς υἱας ανάγκεις καὶ πάντὸς απηγωρεμενου τρώπου εἰς σὲ τὴν ευαγγεστάτὴν μονὴν τοῦ αγιου μαρτυρος γεὸργίου καὶ εις σὲ οἰκονόμον, ονοματι ἰὼσήφ, δι ἥσπερ εν αληθεία καὶ εὐθητητι, ὁμολόγω ἀπεντεὶθεν, ἤδι δωρισασθαι καὶ αφἰερῶσασθαι, υπερ λύτρου καὶ ἀφέσεως των αμαρτιων ημων. λέγω δῆ χωραφια μωδιων, ἡ τὸ ὄντη καὶ διακειμένω εις τὴν τοποθεσίαν τοῦ γέμηλλου πλησιον τω χωραφιω τὴν προριθεισαν μονὴν, ὅ τιεῖ σηνορί κάτα ἀνατολᾶς ὁ πρετβύτερος ιωαννης του γέμήλλου τούτον μὲν ἐδωρησαμεν καὶ αφηρωσάμεν εις τὴν προλεχθεῖσαν ευαγεστατὴν μονὴν του αγιου μαρτυρος γεοργιου οὐχ απλὸς μὲν ὡς ηκῆ καὶ ως ἔτυχεν, αλλὰ δια τὸ υπερεὐχεσθαι εν ταυτη τη αγια μονη, τοῦ ἀπὸ του παρόντος καὶ εισστερον ἐξοῖς ἅπαντας, καὶ διηναὶκοῖς χρόνοις επεξουσίος ἐχειν τὴν τηαὐ-

† Signum manus Leonis de Armentano. † Signum manus Riccardi filii praedicti Leonis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Leo et Riccardus, qui sanctam et vivificam crucem propria manu signavimus simul cum nostro nomine et paterno cognomento, de propria nostra sententia et libera voluntate, nulla vi, necessitate, aut alio vetito modo compulsi, praesenti instrumento facimus hanc voluntariam, simplicem, irrevocabilem, sinceram et puram donationem sanctissimo monasterio S. Martyris Georgii, et tibi oeconomo Iosepho, quo instrumento in veritate et iustitia declaramus a praesenti hora iam donasse et concessisse, pro redemptione et remissione nostrorum peccatorum, territorium modiorum octo situm in loco dicto de Gemello iuxta territorium praedicti monasterii, et ad orientem habens finitimum presbyterum Ioannem de Gemello. Memoratum vero territorium donavimus et concessimus praedicto monasterio S. Martyris Georgii haudquaquam simpliciter, temere et inconsulto, sed ut sacrae preces in eodem sancto monasterio pro nobis fiant. A praesenti autem hora in omne futurum tempus huiusmodi e rritorium sit in dominio praedicti monasterii usque tad finem seculorum, nec amplius sit in potestate

τη μοιη, τὸ τηρυτω χωραφιον απο τη σήμερον ημέραν καὶ μέχρη τερμάτων αἰώνων· τοῦ μι ἐχειν· εξουσίαν ἐν τουτω, ἡ ἰδίον ἡ κληρονομον ἡ ξενον πρώσωπον· ἡ δ ὀνπερ οὐκ ηγουμαι· επελθοι τις τὸν τιούτον καὶ ζήτησιν κίνησιν, ἢ αγώγῆν ὀφείλει ποιήσαι ανθισταμε καὶ ἐκδηκὰν αὐτῶ, από παντὸς εναντιουμενω πρωσώπο, καὶ σε ἀζημίον καὶ ανένόχλητον διαφυλάττειν, ἰ δὲ και τουτο ου ποιησω ἀλλὰ καὶ εἰς ἐπιστρόφὴν γενέσθαι, πρότο μεν εν δικαστηριω μη ἡσακουεσθαι μι αλλα κήμενον καταγραμενον παρα κυριω θεω παντοκρατορι των τιή' αγιων θεοφορων πατρων. ἐγράφη ἡ παρουσαν αφιέρωσιν δι ημου λεοντος νοταρίου και ταβουλαριω αστιος πισκόπω τω μηνι απριλλιω της δ' ινδικτιωνος τοῦ ετους ϛχμθ'.

† ιωαννης ἱερέως ὁ γαμβρος του γεμηλλου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμιον σταυρον.

† λεων χαλκεος μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρον.

† καλωκυρης τοῦ βαστάχρουχου μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρον.

alicuius de mea cognatione, aut nostrorum heredum, aut alterius extraneae personae. Si vero, quod fore non arbitramur, horum aliquis surrexerit litem, actionem, aut controversiam illaturus, debeamus antestare, et tui defensionem suscipere ab omni contraria persona, ac te immunem a quocumque damno molestiaque tueri. Quod si et hoc facere neglexerimus, aut facti nos poenituerit, in primis ne audiamur in iudicio, ac deinde maledicti simus a domino Deo omnipotente, et a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus. Scripta est haec concessio a me Leone notario et tabulario civitatis Piscopii, mense aprili, indictione IV, anno 6649.

† Ioannes sacerdos gener Gemelli testis venerandam crucem subscripsi.

† Leo Ferrarius, testis venerandam crucem subscripsi.

† Calocyrus de Bastachrucho testis venerandam crucem subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 42.)

CXXVIII.

1141 — Indict. IV.

Leo et Columba eius uxor Gaudileto priori monasterii S. Mariae de Pertusia territorium et vineam posita prope ipsum monasterium tarenis octo vendunt.

† Εν ονοματι του πατρος καὶ τοῦ υιου καὶ του (ἁγίου πνεύματος. σήμειον) λέον ὁ υιος ἡλίας· σημειον κολουνβα (ἡ γυνὴ αὐτοῦ. οἱ τὸν) τίμιον σταυρον ποίξαντες· ἡκία ἡμῶν (γνώμη καὶ ἀγαθῆ) πρόαιρέσει· φαίνωμεθα ἡμῆς οἱ πρόγεγραμμένοι (ἀπεντεῦθεν) καὶ πουλῶμεν εἰς τὴν ἁγίαν θεοτοκον μαρίας τῆς περτουσας ὅλον το χωράφὴν τὸ ἔχωμεν γράπτὸν ἐν πρὶξ, καὶ τὸ ἔριμον ἀνπέλην καὶ τα ὕμεροδένδρια καὶ ἄγρια. ὅλον, ὅσον ἔχωμεν επάνω τῆς στράτας, διμοσιας· καὶ ὁμόλογούμεν, ὅτι απελάβωμεν ἐκ χειρὸς τοῦ πριώρης γαυδιλέτου· τίμιμα ταρια, η', κίτε δε τὴν κληρονομίαν ταύτὴν· ἐπικάτω του μοναστηρίου τῆς ἁγίας θεοτόκου τῆς περτούσας, ἐγγὺς τοῦ νικολάου δαλφιου· εποιήσαμεν δὲ τὴν παρούσαν απόταγὴν· ἵνα εχέτω. τὴν κληρονομίαν ταύτὴν τὸ μοναστήρὴν, ἀπὸ

† In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Signum manus Leonis filii Eliae. Signum Columbae eius uxoris. Nos suprascripti, qui sanctam crucem signavimus, de propria nostra sententia et libera voluntate amodo vendimus monasterio S. Mariae de Pertusia totum territorium, quod habemus scriptum in tabulis dotalibus; item vineam incultam cum arboribus fructiferis et silvestribus, quae omnia possidemus supra viam publicam, et declaramus accepisse de manu prioris Gaudileti pretium tarenorum octo. Sita vero est huiusmodi hereditas in parte inferiori monasterii S.Mariae de Pertusia, iuxta Nicolaum Dalphium. Fecimus autem praesentem renunciationem, ut huiusmodi hereditas sit in potestate monasterii iam nunc et in perpetuum. Si qua vero occasione vel

τοῦ νύν καὶ εἰς τὸ διήνεκες· ἐὰν δὲ φανῇ ποτὲ κερῶ χρονω· ἤτε ἡμῖς, η ἐκ τῆς συγγενίας ἡμῶν ἡ ἄλλος τὶς ανθρωπος ζητοντα· η δίκας ποιωντα· πρότον την αρὰν ἐπισπόμενος· παρὰ πατρος καὶ υιου καὶ αγίου πνευματος· καὶ τῶν ιβ'· αποστόλον, καὶ τῶν τιη' θεοφόρων πατρων καὶ μετὰ ἰουδα τοῦ ισκαριότου εχετω τὴν μεριδα. καὶ περὶ τα μωρὰ του κοσμου. εἰς τὴν ἐκκλησιαν της αγιας θεοτοκου εις τὸ διπλοῦν ζημιωθήτω καὶ εις τὸ δημοσιον λς' νομισματα· καὶ ἄκον συχάσι· ἐποιησα δὲ τὸ παρον εγγραφον. εν παρουσια καλων και αξιοπιστων μαρτυρων.

μαρτυρ † βιταλης κριτης· μαρτυρ † λέον τοῦ καγιάνου· μαρτυρ † λέον μάστωρ ὁ υιος νικῖφορου. εγραφη δια χειρος βασιλειου νοταριου· ὁ υιος κομητος του πρεσβυτερου ανανία εν ετει ϛχμθ'. ινδικτιῶνι δ'. μηνί εις τὰς ιζ'. ημέρα σαββατου· ωρα θ' εν τω κερω του ενδοξου κομητος ἡμῶν νικολαου· καὶ μάστωρ τῆς ολιθας· νικολαος ὁ υιός λεοντος θέπεντη· καὶ πριῶρης τῆς ἁγίας μαρίας ο μοναχος γαυδιλέτος.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 43.)

tempore, sive nos ipsi, sive ex nostra cognatione quisquam, aut quicumque alius praesumpserit molestiam aut litem inferre, incurrat primum maledictionem Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et duodecim Apostolorum, et tercentorum octo et decem divinorum Patrum, et habeat partem cum Iuda Iscariota, et in mundi vanitatibus marcescat, ac poenae nomine solvat ecclesiae S. Deiparae duplum pretii, et publico Fisco solidos sex et triginta, atque invitus sileat. Fecimus autem praesentem chartulam coram probis et fide dignis testibus.

Testis † Vitalis Iudex. Testis † Leo de Cagiano. Testis † Leo Magister filius Nicephori. Scriptum manu Basilii notarii filii Comitis presbyteri Ananiae, anno 6649, indictione IV, die sabbati XVII mensis, hora IX, temporibus gloriosi Comitis nostri Nicolai, et Magistri Olithae Nicolai filii Leonis Thepenti, et prioris S. Mariae monachi Gaudileti.

CXXIX.

1141 — Indict. IV.

Testamentum Ioannis filii Nicolai Tangarelli.

† Εν ονοματι του πατρος καὶ του υιου καὶ του ἁγιου πνευματος. Επὴδιπὲρ αδίλω θάνατω· κατὲδικάστη ὁ των ανθρωπων γένος· καθά ο ευαγγελήστης λουκᾶς απὼφωνὸν λέγει· ὅτη ουκ ἤδωμεν· την ἡμεραν ουδε την ὁραν εν ἡ ὁ θανατος ερχέτε· δὶα τούτω καγὼ Ιωαννης ὁ του νικολαου ταγγαρὲλλου υιος· ἕος οὐ ἔχω τω νοὺν σὶν τὰς φρένας βουλάμε υπὴν εκ τῆς πενηχρὰς μου υπωστάσιος· ἐν προτης αφήο πέρι τη εμὲ ψύχεὶ τράκτουρον· ἐν μέτα του ἴνου ἴγουν λ' λαγήνηα· καὶ τὴν μιραν του εμου . . . . . τω ἅπερ ἔχω μετα της θεοδώτης· τω ὁν εστι πλησιον θεόδωρου τοὺ κριατου· καὶ τὶν φὴτηὰν της . . . . . τω ὁν εστὴν εις τοὶς κριατους αφίο τὴ εμι γινεκὴ εαν ευρεθη ενγὰστρὰμένη· ἴ δ ουχεὶ· ἔστο τη εμὴ ψυχη· ὕγουν τ' πωδαρια καὶ περι τη εμὶ ψυχη· τρακτουρα· β'· καὶ τηναριον· ἐν· καὶ . . . . . α'· καὶ εγγιδιων καὶφάλεα τρία δια του εξωδου· ὁμιως καὶ σιτου μωδια· β'· καὶ εκ τον καυπων εκάστου τηνηδου

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quoniam humanum genus incerta morte mulctatum est, prout Evangelista Lucas diserte ait, quia nescimus diem et horam qua mors advenit; propterea et ego Ioannes Nicolai Tangarelli filius, donec mentis et animi sum compos, de mea exigua re familiari testari volo. In primis relinquo pro anima mea tractoriam unam triginta vini lagenis plenam, et portionem mei . . . . . quod habeo cum Theodota, ac positum est prope Theodorum de Criato, et plantationem . . . . . extantem ad Criatos, relinquo uxori meae, si praegnantem ventrem ferat, si secus, sint pro anima mea, nempe tercentos pedes, et pro anima mea tractorias duas et tinarium unum et. . . . . unum, et haedorum capita tria propter expensas, item et frumenti modios duos, et ex agris uniuscuiusque. . . . . partem. Relinquo filio meo Nicolao duas vineae portiones ad Criatos prope vineam

μίραν· αφιο καὶ του εμου υιου νικολαου αμπελιου πὲ-
τζηα· β'· εις τοὺς κριατους πλὴσιον· του αμπελιου
του ιωαννου ρὶτζψιτου· καὶ μιαν αγελαδαν ἰγουν ι
τηφλὴτινα καὶ τω μοὺσχάρην· καὶ βοῦτηα. β'· καὶ
τὴιαριον· εν· καὶ αμκλειδιον· εν· ὅπου ησιν τα πάν-
ιηα· καὶ εκ του ρω . . . . . καὶ αν πιη παὶδα·
καὶ ζήσι ας εχει τω ἓν μερος· καὶ υιος μου νἷκολαος
τὰ δίο μερη· ἳ δ ουχι ας εχει του αυτου νἷκολαου·
ομιως δε καὶ εκ τὴν ηκήαν καὶ του νἷκολαου· αφιο
αξὴνάρα· καὶ ἷνον· καὶ σκὲπαρνον· καὶ τρὶπανον· καὶ
τα παντα ὅλα τα εσωπίσια· ει τὴ δ αν ἐστὴν . . . .
του νικολαου· χρὸστω δὲ· καὶ εις τὴν πρωτὴν ημων
γὴν μιλλιαρισια τρια. ας πουλὴθεί εκ τὼ κράσὴ .
. . . . . ὅπου εχη γουμαρια. ί'. αφηο δὲ καὶ ἷς τὼν
αυθεντὴν μιλλιαρισια τρια· ας δωθη εκ τὲς παλαταις.
διοτι εκρατει τὴν ἐξουσιαν . . . . . του νικολαου εγη-
δια· τρια καὶ ἷς τὴν προτὴν γὴν μου εγηδια· β'·
καὶ τηοκαλὴ· εγηδια· β'· χρὸστω δὲ μιλλιαρισιον· ἐν·
του εμου σινγενου ας ἐγλὴθει εκ τὼ κρασὶ· χρὼστω
δὲ καὶ τὴ εμι γὴνὴ· δια τω ιματον μιλλιαρισια ς'
ασὲ τὴν αγελαδὴν· καὶ μιλλιαρισια γ' χρωστω αυτὴν
δια το σκὸυλαρον· ὰς εγλὴσι εκ τω κρασὴ . . . . . κη-
πουρον πὰσαν τὴν ημιν ἷπωστασεον εστὼ του εμου υιου
νἷκολαου καὶ εαν πιη παιδα η τηαυτη γεινὴ. ἷ τ ουχι
ιστω παιτα του εμου υιου νἷκολαου· παρουσια των α-
ξιὼπίστων μαρτυρων. Επαφιω δε επὶτρωπους καὶ εκ-
διὴγηταδους περι τὴ εμὶ ψυχὴ. τὸν κυρον ρὸδιάνου υιου
του παπα νικολαου· καὶ θεοδὼρου τὸὺ κριατου· καὶ
λεοντος του κριατου· καὶ γρὴγωρἷου του βὶτζηζὴου·
ἷα πιουσιν περι τη εμὶ ψυχη δὼη αυτους ὁ κυριος εν
ἡμερα τὴς κρισεος· ὁστὴς δε φανὴ αντιτασσὸν τὴν αἰν-
διαθὲσιν σχεὶ τὸ αιαθεμα παρα πατρος υιου καὶ α-
γιου πνὴυματος· ζὴμιουστω δὲ καὶ εν τω διμὼσιο νο-
μισματα λς'· Εγραφη δε η τηκυτη διαθεσις δια χει-
ρος θεοφανους ἱερεως· καὶ ταβουλαριου ετει ϛχμθ' ιν-
δικτιωνι δ'. † βασιλειος του παπα γεοργιου ὁ τὼτε
κριτὴς· μαρτυρ υπεγραψα. † βασιλειος μαλὼμὴνε μαρ-
τυρ υπεγραψα· † μιχὰὶλ του ζαφὰραρρὸυ μαρτυρ
υπεγραψα· † νικολαος του κυρου σὲργει μαρτυρ υπε-
γραψα· † ρωκεριος του τὲπενδε μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 41)

Ioannis Ritzpsiti, et vaccam unam, videlicet Typhlitinam, cum vitulo, et dolia duo ac tinarium unum, et arcam unam, ubi extant panni, et . . . . . et si pepererit filium, et is vixerit, habeat partem unam, meusque filius Nicolaus partes duas, secus vero habeat (*eam quoque partem*) idem Nicolaus. Item et inter res ad Nicolaum spectantes relinquo dolabellas, et urceolum, et asciam, et terebram, et reliqua omnia fabrilia instrumenta si qua sint . . . . . Nicolai. Debitor vero sum praedictae uxori meae trium milliarisiorum, quae ex vini venditione habeantur . . . . . ubi sunt arbuti decem. Relinquo autem etiam Authentae milliarisia tria, quae dentur ex aedibus pro eius dominio . . . . . Nicolao haedos tres, et memoratae uxori meae haedos duos, et totidem Theocalae. Debeo autem consanguineo meo milliarisium unum, quod solvatur ex pretio vini. Sum item debitor uxori meae milliarisiorum sex pro indumento, quae solvantur ex pretio vaccae, et milliarisiorum trium pro inauribus, quae e pretio vini solvantur. . . . . hortulus et reliqua omnia mea bona spectent ad meum filium Nicolaum, sive uxor mea pepererit filium, sive non. Coram testibus fide dignis. Relinquo vero curatores et administratores, qui saluti animae meae consulant, dominum Rodianum filium presbyteri Nicolai, et Theodorum de Criato, et Leonem de Criato, et Gregorium de Bitzitzio, et de eo, quod fecerint pro anima mea, Dominus remuneretur ipsos in die iudicii. Quicumque autem insurrexerit contra hoc testamentum, maledictus sit a Patre, a Filio et Spiritu Sancto; solvat autem et Fisco numismata sex et triginta. Scriptum manu Theophanis presbyteri et tabularii anno 6649, indictione IV. † Basilius filius presbyteri Georgii olim Iudex testis subscripsi. † Basilius Malomine testis subscripsi. † Michael de Zafararro testis subscripsi. † Nicolaus filius domini Sergii testis subscripsi. † Rogerius de Tepende testis subscripsi.

CXXX.

1141 — Indict. IV.

Presbyter Leo de Mutero cum filiis et Theodoro eius genero vendit Andreae magistro Eremitarum praedium, situm in loco dicto Buchorta, tarenis duobus et triginta.

† σίγνον χειρὸς παπα λέοντος τοῦ μουτερου † σιγνο χειρος κονσταντινου υιοῦ αυτοῦ. † σιγνο χειρος βωνοῦ υιοῦ αυτου † σῖγνο χειρος γοῦληαλμου υιοῦ αυτοῦ † σιγνο χειρος μέλχησι υιοῦ αυτοῦ † σῖγνο χειρος θεοδορου γράμβώς τοῦ ανοτέρω γαίγραμενοῦ.

Εν ονοματι του πατρος και τοῦ υυου και του αγιου πνευματος φενωμεθὰ ημὴς ἡ ανοτερόι γεγραμενόι η τὰ σίγνὰ τῶν τιμὸιῶν καὶ ζῶοπηῶν σταυρῶν· ηχοῖες χὲρσὶν καθοὶπογράψάντες την παρουσὰν ενγράφῶν· απλὸν καθαρὰν και τεληὰν διὰπρὰσὶν τό χῶραφηῶν του μουταρὴ· το απερ εχὸ ης τα πλαγὴὰ τα επιλεγόμενὰ τοῦ βουχορτά· πουλὸ δ. αὐτὸν το χοραφηὸν· του μαστρὸ αδρὲὰ· και τον δε ληπὸ αδελφὸν· τὸν εποονομηὰ τον ερεμήτῶν· ης το αναμεταξὸι· ημὸν σινφοντηθεν τιμὶμὰν ηγὸυν ταρήα λ' β' εστι δὲ και ο πιρηωρησμὸς τον τιουτὸν χοραφηῶν· κατὰ μὲν ανατὸλας το χὸραφηὸν· ιὼαννου του ροῦχαρη ην εποουλησε κυρῶυ ροκερὴ υυοῦ νοτὸρὴ βονοῦ πρὸτοιομβελλησιμοῦ· και κατα δέσμας· παπα νηκολαος του κάπὰντονὰν· το απερ εποῦλησε του κυρᾶυ ρασυ· και κατα αρκτροῦ η ωδὸς του μουτὰρη· και κατὰ μεσιυρηὰς ο ρηακας· και σινκλὴ· του εχήν σας απο τὴν σιμὲρον καὶ ης τοὺς εξοὶς απὰντὰς χρονοὺς κληρονομὴν και δεσπὸζοιν· ος τὸ κηρὲς καὶ τιν εξοὺσιὰν παρ εμων ειληφος μὴ ενὸχλουμενὲς παρὰ τηνὸς μὸιτὲ παρ εμου μὴτε τον εμον τεκνὸν μὸιτὲ κληρὰὶομων· η σὶνκληρονομων· η ξένὲυ αἰθρὸποῦ το σιυολὸν αλλ ὥστὶς φάνη ένῶχλὸν σε· ηνα στικὸ· καὶ διευφ νβὸ αυτῶν· η δὲ ου στὰθὸ και διέφενδεψὸ αυτὸν καὶ ης δὶαστρὸφὴν ελθὸ ὥμὸλογὸ ζημήοῦμέθὰ υπὲρ παράυασεὸς τὸν τιμὸιῶν· καὶ ζοωπήὸν σταυρὸν νομισματα λς'· Και ηθ οὗτὸς εμενὴσε η τιαὶ τι πρὰσὶς αχρη τερματων εονὸν ἐν πὰρουσια μαρτυρων· του ετους ϛχμθ' ηνδικτιονης δ'

† παυκαλλὸς κομὴς του δρογγαρη μαρτυρ υπεγραψε τον σταυρον † καλοκυρις κομις του δρογγὰρη μαρτυρ † πρεσβυτερος πετρος υἷος πρεσβυτερου ημερι μαρτυρ

† Signum manus presbyteri Leonis de Mutero. † Signum manus Constantini filii eius. † Signum manus Boni filii eius. † Signum manus Gulielmi filii eius. † Signum manus Melchisii filii eius. † Signum manus Theodori generi supradicti.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signa venerandae et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, praesentem scripturam (*condidimus*) simplicis, purae et perfectae venditionis praedii Mutari, quod habemus in loco dicto Buchorta. Vendidimus autem hoc praedium magistro Andreae et ceteris fratribus cognominatis Eremitis, pro pretio inter nos convento tarenorum duorum et triginta. Fines vero memorati praedii sunt huiusmodi: ab oriente praedium Ioannis Ruchari, quod ille vendidit domino Rogerio filio notarii Boni Protonobilissimi; ab occidente praedium presbyteri Nicolai de Capantona, quod dudum vendidit domino Rao; a septentrione via de Mutari; et a meridie rivulus, ac clauditur. Ex hac autem die et in posterum illud habeas ac possideas, quippe qui a nobis dominium et potestatem accepisti; neque quisquam, sive ego, sive filii mei, sive heredes vel coheredes, sive in universum extranea quaevis persona tibi molestiam inferat; sed si quis adversus te insurrexerit, antestabimus teque tuebimur; si vero nec obstiterimus nec defenderimus, et consilium mutaverimus, assentimur, ut ob violationem venerandae et vivificae crucis numismatis sex et triginta mulctemur; et nihilominus huiusmodi venditio usque ad finem seculorum manebit. Coram testibus. Anno 6649, indictione IV.

† Pancallus Comes Droagari testis crucem subscripsi. † Calocyrus Comes Drongari testis. † Presbyter Petrus filius presbyteri Imeri testis.

† ιωάννης υυος νηκολαου του επικηγλη μαρτυρ
† γραφὲν δια χειρὸς πρεσβητέροῦ νικολαοῦ του μαγουλου.
† πέτρος λαγγαίβαρδος μαρτυρ υπαιγραψεν τὸν τημιον σταυρὸν.
† ιωάννης υἱὸς νοταρίου χριστοφορου μαρτυρ υπεγραψα οιδιοχειρος. † στεφανος υυλλιχας μαρτυρ εγραψα τον σταυρον

† Ioannes filius Nicolai de Epiciglo testis.
† Scriptum manu presbyteri Nicolai de Magulo.

† Petrus Longobardus testis subscripsit venerandam crucem.
† Ioannes filius notarii Christophori testis manu propria subscripsi. † Stephanus Villicus testis crucem scripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 34.)

CXXXI.

1141 — Indict. IV.

Cala uxor demortui presbyteri Nicetae de Suraco cum filiis suis vendit notario Andreae de Isca praedia, posita ad Capita Argillorum, aureis tarenis octo et triginta.

† Σήγνον χειρος κκλης γϊνῆς του απιχομένου νηκητου ηερεως του σουρακου. † σίγνον χειρος κωνσταντίνου ὑού αυτῆς. † σϊγνον χειρος σεργιου υοῦ αυτῆς. σίγνον χειρος λέωντος υιοῦ αυτης. † σίγνον χειρος σιδανου υιοῦ αυτης. † σίγνον χειρὸς ανδρεου υιου αυτης.

ἡμεῖς οἱ ἀνωτερω ἐγχαράξαντες οἰκεῖαις ἡμῶν χερσὶν τοὺς τύπους τοῦ τιμίου καὶ ζωὁποιοῦ σταυροῦ· ἐν τῶδε τῷ ὕφει· φαινωμεθα ἑκουσια ἡμῶν βουλη καὶ ἀρεσκία· ἐκτὸς πάσις ἀπήγορευμενης αἰτίας· πϊπράσκοντες προς σὲ νοταριον ἀνδρέαν τὸν τοῦ ἰσκι ἄστου· τὰ χωραφια ἡμῶν ἃ ἔχωμεν ἀγωράν. εἰς τὰ κεφαλωματα τῶν ἀργυλλων· εἰς τὸ μέσον τῶν χωραφιων σου· ὅθεν καὶ τοὺς ἀγωρέους ἡμῶν χάρτους οὓς ἔχωμεν ἐξ αὐτῶν· ἐπεδώκαμέν σοι αὐτοὺς. ὑπαρχει δὲ καὶ ὁ περὶόρισμὸς αὐτῶν οὕτως· ἀπὸ μὲν ἀνατολης καὶ δύσεως· τὰ χωραφια σοῦ τοῦ αὐτοῦ ὠνητοῦ· ὡσαὕτως ἐκ το βόριον μερος· τὰ ἄκρει τοῦ πλαγίου· ἀπο δὲ τοῦ νωτιου μερους ὁ δρόμος ὁ βασιλικος· ταῦτα τὰ χωραφια ὡς εἴρεινται καὶ περιόρίζονται· καθὰ καὶ οἱ ἀγωραίοι ἡμῶν χάρτοι δήλοῦσιν· πεπράκαμέν σοι αὐτὰ διὰ ταρία χρύσοῦν τριάκοντα καὶ ὀκτὼ· ἀπόλαβὼτες οὖν ἀπὸ χειρῶν σου εἰς χειρας ἡμῶν τα ριθεντα ταρία· τέλεια καὶ ἀνέλλοιπα· ἐποιήσαμέν σοι τελειαν καὶ πληρεστάτην διἄπρασιν. τοῦ ἔχειν σε αὐτὰ· ἀπὸ τὴν σημερον ἡμεραν τε καὶ ὡραν εἰς ἴ ἰαν ἐξουσίαν καὶ κυριὸτητα· τέκνα τεκνῶν σου· ποιεῖν ἐξ αὐτὰ εἴ τι καὶ βούλεσαι· ὡς τὴν κυριοτητα καὶ ἐξουσιαν παρ ἡμῶν εἴληφῶς· οἰκειουμεθα δὲ σοι καὶ τὴν

† Signum manus Calae uxoris defuncti Niceti presbyteri Suraci. † Signum manus Constantini filii ipsius. † Signum manus Sergii filii ipsius. Signum manus Leonis filii ipsius. † Signum manus Sidani filii ipsius. † Signum manus Andreae filii ipsius.

Nos suprascripti, qui propriis manibus signa venerabilis et vivificantis crucis exaravimus in hac chartula, spontanea nostra voluntate et beneplacito, absque omni vetita causa vendimus tibi notario Andreae, civitatis Iscae, praedia nostra, quae emimus, ad capita Argillorum (*posita*), in medio praediorum tuorum; quare instrumenta nostra emptionum, quae habemus, tibi tradidimus. Circumscriptio vero ipsorum haec est: ab oriente et occidente praedia, quae ad te emptorem pertinent, et item ex septentrionis latere extrema planities, a meridie autem via regia. Haec praedia, uti dictum est, memoratis confiniis descripta, prout nostrae emptionum chartulae ostendunt, vendidimus tibi aureis tarenis octo et triginta. Hos igitur tarenos integri et iusti ponderis cum acceperimus a tuis in nostras manus, fecimus tibi perfectam et plenissimam venditionem, ut eadem (*praedia*) habeas ab hodierna die et hora in propria potestate et dominio tu et filii filiorum tuorum, et facias de iis quidquid volueris, utpote qui dominium et auctoritatem a nobis accepisti; et promittimus tibi a quacumque persona extranea et propinqua legitimam defensionem, qua ante-

νομικην δεφενδεσίωνα· ἀπό παντὸς ἀνθρωπου ξένου τε καὶ ἰδίου· του ἀνθἤστασθαι καὶ διἐκδικάν σε· εἴτις δὲ φανὴ ποτε κερῶ ἢ χρόνω· ἐκ τοῦ καθ ημῶν μερους· ἢ κατὰ σάρκα συγγενων· ἢ αδελφων· ἢ τεκνων· ἢ ξένων προσώπων τοινῶν· ζητῶν ἢ εγκαλῶν ὑπὲρ ἀνατροπην τῆς παρ ἡμῶν ἰδιοβουλης· καὶ αὐτοπροερέτως· γεναμένης καθαρὰς καὶ βεναίας διἀπράσεως· ἵνα μὴ εἰσακουηται ἀλλ' ἵνα ζημιούται εἰς τὸ δημόσιον νομἰσματα λς'· καὶ ειθ ουτω στεργει καὶ ἐμμένει ἡ παροῖσα ὠνῆ ἀμετάτρεπτος: εἴτις καὶ ἐγραφη· διὰ χειρὸς σεργιοῦ εὐτέλους· καὶ ταβουλαριου ἄστεως μεσῶν· παρόντων μαρτυρων· ἐν τῶ ϛχμθ' ετη. ινδικτιῶνος δ'.

† Θεοδορος σπαθἴτζης μαρτυρ υπεγραψα. † νἴκόλαος μαύρικος μαρτυρ υπεγραψα τὸν τἴμιον σταυρον. † υασιλειος υιος ἡλια δαμασκινοὺ μαρτυρ υπεγραψα. † Θεοδωρος ὑιὸς ὁ τοῦ ἀπηχομένου υασιληου σπαστρίκου μαρτυρ υπεγραψα. † ανατολης μαρτυρ. † νἴκολαος μαγλαβητης μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυρον †

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani. n.° 35.)

stabimus teque tuebimur. Si quis vero quavis occasione vel tempore apparuerit ex parte nostra, vel ex nostris consanguineis, vel fratribus, vel filiis, vel quibuslibet extraneis personis, qui tibi litem intenderit, vel te in ius vocaverit ad subvertendam hanc puram et stabilem venditionem, nostra voluntate et propria deliberatione tibi factam, ne exaudiatur, sed mulctetur Fisco numismatis sex et triginta; et nihilominus deinceps firma et immutabilis maneat praesens emptio, quae scripta fuit manu Sergii humilis tabularii civitatis Mesorum, coram testibus, anno 6649, indictione IV.

† Theodorus Spathitza testis subscripsi. † Nicolaus Mauricus testis subscripsi honorabilem crucem. † Basilius filius Eliae Damasceni testis subscripsi. † Theodorus filius defuncti Basilii Spastrici testis subscripsi. † Anatoles testis. † Nicolaus Maglabeta testis crucem subscripsi.

CXXXII.

1142 — Mense Maio — Indict. (V).

Ioannes Buttillerus vendit Petro Molinari praedium, positum in loco dicto Spelunca Molendinorum Caggiani, tarenis undeviginti Salernitanis.

† σήγιον χειρὸς ιωαννου ὁ υιος νικιφόρου βουττιλλέρι.

Ἐν ονοματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ αγίου πνειματος. ἐγῶ ὁ ανοτερω πρἐγεγραμμενος τὸν σήγιον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῶν σταυρὸν ποἴξας, ἰδία μου βουλη φαίνωμαι πράσκωντα εἰς σὲ πέτρον ὁ υιος οὔρσου μιλυνάρης, τὸ χωραφιον, ὅπερ ἔχω εἰς τὸ τὸπωνπωθεσιαν τοῦ σπιλέου τῶν μύλων του καγγιάνου· διὰ τάρια σαλερνου, ιθ' ἐπάνω τοῦ πέραν τῶν αλὸγων· μετὰ ὑμερωδενδρια καὶ ἀγρια, μετὰ τοῦ τρίτου μέρους, τῶν αππιδίων, καὶ καριδίων, καὶ εκ τὸ πωταμοῦ ὅσον κρατεῖ τὸ χωραφιον· ὅλον τὸ ὑμισὶ. ἐπὶκάτω τῆς ὁδοῦ μετὰ τὰ ζώντα νερὰ ὅλα· εἰσὶν δὲ τὰ συνορια τοῦ χωραφιου απὸ μερος ανατολικὸν· οἱ τοῦ βαραλέον· καὶ απὸ δυσμῶν οἱ υιοὶ τοῦ λέον τῆς μούδας· καὶ απὸ ἄρκτρος. ὁ πωταμὸς ἄχρη τὸ ἡμισὶ· καὶ απὸ μεσυμβρίας, ὁδὸς δημοσια· ἐγῶ

† Signum manus Ioannis filii Nicephori Buttilleri.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus, qui signum sanctae et vivificae crucis exaravi, de propria mea voluntate vendo tibi Petro filio Ursi Molinari possessionem, quam habeo in loco, ubi dicitur Spelunca Molendinorum Caggiani, pretio tarenorum Salernitanorum undeviginti, supra Traiectum equorum, cum arboribus fructiferis et silvestribus, cum tertia parte pyrorum et nucum, cum medietate fluminis, quae dictam possessionem alluit subtus viam, et cum omnibus aquis vivis. Sunt autem termini praedictae possessionis: ad orientem filii Baraleonis; ad occidentem filii Leonis Mundae; ad septentrionem flumen usque ad medietatem; et ad meridiem via publica. Atque ego suprascriptus Ioannes, acceptis tarenis de manibus Pe-

δὲ ιωαννης ὁ ανωτερω προγεγραμμενος, μετὰ τὸ ἀπολαβεῖν τὰ ταρία ἐκ χειρὸς πέτρος μυλινάρης, ἐποιήσα, αὐτῶ τὴν παρούσαν γραφὴν ἵνα εχέτω ἐξουσιαν τὸ χωραφιον· καὶ τὰ ζώντα ὕδατα ὅλα τὰ ἐπικάτω τῆς ὁδοῦ· καὶ τὸ ὑμισὶ τοῦ πωταμοῦ, ὅσον κρατεῖ τὸ χωραφιον, ποιεῖν ὁ βουλεται καὶ πουλεῖν, καὶ χαρίζειν, ὡς τὴν ἐξουσιαν παρ εμοῦ ειλιφωτα ἐὰν δὲ φανῆ πωτὲ καιρῶ, ἤτε ἐγῶ, ἤτε υιος μου, ἢ ἄλλος τίς, ἄνθρωπος ζητόντα, ἢ μάχας ποιῶν, περὶ τοῦ χωραφίου, ἢ ἐκ τὸ ὑμισὶ τοῦ πωταμου, ἢ ἐκ τὰ ζώντα ὕδατα· ζημιόθητω εις τὸν αγοραστὴν εις τὸ διπλάσιον· καὶ εις τὸ δημοσιον νομισματα λς' καὶ ακον συχάσι, ἐγράφη τὸ παρὸν συγγραμμα δια χειρος βασιλειου νοταριου ὁ υιος· του κομητος· ἐν ετει ,ϛχν' ινδικτιωνι ι' μηνὶ μαίω ἐνώπιον καλῶν καὶ αξιοπιστων μαρτυρον· † βιταλης κρητης· μαρτυρ † πετρος δε βαραλεον μαρτυρ † μαρτυρ λεον τοῦ ιωαννου, μουνδα εν τοῖς καιροῖς τοῦ ευλαβεστατου ημων κωμιτος νικολάου· καὶ μαιστωρ ὀλεττας ὁ υιος νικιφορου ὁ αυτὸς δεσκωμης.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 44.)

tri Molinari, feci eidem praesentem chartulam, ut habeat in sua potestate praedium cum omnibus aquis vivis infra viam publicam, et cum medietate fluminis, quae eamdem possessionem alluit, cum potestate a me accepta faciendi quodcumque voluerit, sive vendendi, sive donandi. Quod si quis aliquando praesumpserit, sive ego, sive filius meus, sive quicumque alius molestiam aut litem inferre sive de possessione, sive de medietate fluminis, sive de aquis vivis, solvat emptori duplum pretii, et publico aerario solidos sex et triginta, et invitus sileat. Scriptum est praesens instrumentum manu Basilii notarii filii Comitis, anno 6650, indictione X, mense maio, praesentibus probis et fide dignis testibus. † Vitalis Iudex testis. † Petrus de Baraleone testis. † Leo filius Ioannis Mundae testis. Temporibus piissimi nostri Comitis Nicolai, et Magistri Olettae filii Nicephori Vicecomitis.

CXXXIII.

1142 — Mense Septembri — Indict. VI.

Adelasia filia demortui Roberti Comitis de Basabillia donat monasterio Eremitarum de Driene vineam in agro de Driene positam.

† Σίγνον χειρὸς αδιλασίας.

† Σίγνον χειρὸς μαχαλδας.

† Γίκιτος ἄρα καὶ ἁρμοδίως· οἱ ἀπόστολοι καὶ θειοι νόμοι· καὶ κανόνες διακελεύωνται ἡμας· ἀόκνως καὶ ἀδιαλίπτως ἀγωνίζεσθαι καὶ ἀναπληρὴν τὰ ἐνταλματα του θεοῦ καὶ πατρος· ἀλλ ὁ μισόκαλλος καὶ πονηρώτατος ἐχθρὸς· εἰς ακηδιαν καὶ ραθυμίαν τοῦ πράγματος θείγη ἡμὰς· καὶ ἀδιμονοῖμεν τῆς του θεοῦ οἰκείωσεως· πάντα γὰρ τὰ κτήματα καὶ τὰ ἐδέσματα καὶ ἡ δόξα του παρόντος μάταια ἰδοὺσα οὖν καὶ διανωήθεῖσα· καγῶ ἀδιλασία ἡ τοῦ μακαριωτάτου κόμητος ροπέρτου βαταβύλλια θυγάτηρ· μικρόν τι δώρημα ποιήσας θεῃ βουλήθη ὑπὸ μακαρίας κοιμήσεως των γωνέων μου· καὶ περι ψυχικής μου σωτηρίας. διὸ καὶ τοῦ πράγματος ἐκπληροτήσα οἰκηωβούλος ὁλοψύχος γένωμε· καὶ δεῖ φένωμε ὡς

† Signum manus Adelasiae.

† Signum manus Machaldae.

Iure quidem ac merito Apostoli divinaeque leges et canones nos sedulo atque indesinenter certare, ac Dei Patrisque mandata adimplere iubent: inimicus vero osor honesti ac scelestissimus ad incuriam socordiamque nos allicit, ut a Dei amicitia deterreamur. Quapropter cum ego Adelasia, filia beatissimae memoriae Comitis Ruperti de Basabillia, animadverterem atque cogitarem quam fluxae sint possessiones omnes, epulae, ac praesentis temporis gloria; cumque parvum quidem, Deo volente, munus obtulerim propter beatam parentum meorum requiem, animaeque meae salutem, propria voluntate ac toto animo id operis perfeci. Ideoque ego, quae mea manu signum venerandae et vivificae crucis propria sententia ac de

ἀνοτέρως τὸ σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ· οἰκεία μου τὴ χειρὶ· καὶ οἰκία τὴ διανοία καὶ τὴ προερέσι χαράξασα· ἀφιερώνοντα· καὶ ἁπλῶς ἐπιδείδοντα χάρισμα δοραιᾶς· τῆς ἁγιωτάτης καὶ θεόφρουρίτης ἁγίας μονῆς των ἐραιμήτων δριένης· ἀμπέλιον ἐμὸν οἰκεῖον τό αγωρασθὲν ἐπὸ τοῦ μακαριωτάτου συζύγου μου κυρου γιοτζουλὶν δὴ δίναντ ἐκ τὸν τρουσταΐνον τὸν υἱὸν γουλιάλμου ἐνκουμβρὶ· καὶ ὄντα τὴ αὐτῆ χώρα δριένης· ὁ γάρ διορισμος αὐτοὺ ἐστὶν, κατὰ μὲν ἀνατολὰς τὰ ἀμπέλια τοῦ κραταιοτάτου ριγὸς· ἐκ δὲ δυσμων ο μέγας δρόμος· εκ δε ἄρκτρου ἐπάρχει τὸ χωρίον· ἐκ δὲ μεσιμβρίας χωράφιον κυινὸν· καὶ ἄρχεται ὡς προεἴπομεν το ὁμοίως· καὶ σὺνκλήοι· τουτο δὲ στέργω καὶ ἐμμένω ὡς ανοτέρως πρόἔγραψα τῆς ριθήσις ἁγίας μονῆς· μήτις οὖν τῶν εμῶν κληρονόμων· ἢ ἐξουσιάστων· φανῆσεται ἐνοχλῶν ἢ ἐμποδίζων τὸ ψυχικὸν παρὼν δόρημα· ἢ δέ τὶς ποτὲ φοραθὴ περικόπτον τούτο καὶ μεταλάτγων· ἐχέτο τὸ ἀνάθεμα παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· καὶ τὴν ἀρὰν τῶν θεόφόρων καὶ ἁγίων τιή πατρών· συνγενήσετε δὲ ἡ μερῖς αὐτοῦ· μετὰ ἰοὐδα τοὺ προδότου· τὴν δὲ λέπραν γιέζη τοὺ παιδαρίου κληρωθήσεται ἀλλὰ καὶ ἡς τὸ βασιλεικον δαιμώσιον· ζημοιοῦσθω· λίτρας χρυσοῦ, σ'· εἰθ οὕτως δὲ στέργιν καὶ ἐμμένειν τὸ παρῶν ψυχϊκὸν δόρημα· πρὸς δὲ περισσοτέραν πίστωσιν καὶ ἀσφάλιαν, ἔγραψα τὸ παρὸν σιγίλλιον καὶ ἐσφράγισα τὴ οἰκεία μου ταύτη σφραγίδι· καὶ ἀπέδωκα ἐξ οἰκεῖων χειρῶν πρὸς τὰς χείρας σοῦ τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ ὁσιοτάτου καθιγουμένου· τὴς ανοτέρας προγεγραμμένης ἁγίας μονῆς τῶν ἐρεμίτων μηνὶ σεπτεμβρίω τοῦ ἔτους ,ϛχιά ἰνδικτιῶνος ϛ'· καταινώπιον πάντων τῶν εὑρεθέντων παρόντων ἀξιοπίστων μαρτύρων.

† γαλτέριος φρεστολος μάρτυρ † γιλῆυέρτος φαλπος μαρτυρ † γουλῆάλμος πἔρζτῆ μάρτυρ ὑπέγραψα † βραχέρης μάρτυρ υπεγραψα † γουλιάλμος πραγματεύτης μαρτυρ υπεγραψα † γουλίαλμος τερχειρας μαρτυρ υπεγραψα † ραιάλδος φρεστολος μαρτυρ υπεγραψα † ροκέριος χαλκεύς † ροβέρτος ἐκαῦρῖς † μαυρικις δριανας μάρτυρ † ροῦκεριος στρατιγος δριανας μάρτυρ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani – n.° 36.)

liberatione exaravi, offero, et donationis nomine sincere trado sanctissimo defensoque a Deo monasterio Eremitarum de Driene vineam ad me pertinentem, quam emit vir meus beatissimae memoriae, dominus Giozulinus de Dinant a Trustaino, filio Gulielmi Encumbre. Huiusmodi autem vinea posita est in eodem agro de Driene, atque hisce finibus circumscribitur: ab oriente quidem vineae potentissimi regis; ab occidente via maior; a septentrione ager; et a meridie praedium commune, ac prout diximus incipit et clauditur. Hanc autem vineam, ut superius praescripsi, dicto sancto monasterio dono ac confirmo, neque ullus ex meis heredibus atque officialibus hoc spirituale donum infirmare vel impedire audeat. Quod si quis unquam ipsum imminuerit et mutaverit, maledictionem habeat a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, nec non partem cum Iuda proditore, atque lepram sortiatur Giezi puellae; insuper mu'ctetur Fisco regio libris auri ducentis; atque ita deinceps firma sit ac maneat praesens spiritualis donatio. Ad maiorem autem fidem et securitatem hoc sigillum scripsi, meaque propria bulla roboravi, atque ex meis manibus tradidi in manus tuas sanctissimi ac pientissimi praepositi suprascripti sancti monasterii Eremitarum, mense septembri, anno 6651, indictione VI, coram omnibus qui interfuerunt testibus fide dignis.

† Galterius Frestolus testis. † Gilibertus Falpus testis. † Gulielmus Pertius testis subscripsi. † Bracherius testis subscripsi. † Gulielmus Curialis testis subscripsi. † Gulielmus Terchira testis subscripsi. † Ranaldus Frestolus testis subscripsi. † Rogerius Ferrarius. † Robertus Ecubris. † Mauricius de Driene testis. † Rogerius Strategus de Driene testis.

CXXXIV.

1143 — Indict. VI — Piscopii.

Hugo filius Ranerii et Ata eius nurus cum Rogerio eius filio offerunt SS. Trinitati Cavensi eiusque suffraganeo monasterio S. Mariae de Cyr-Zosimo monasterium S. Georgii Martyris de Piscopio.

† σίγνο χειρὸς οὗβω υιὸς ρανέρι.

† σίγνων χειρὸς ἀτα ἡ γυναίκα τὸ ἦτο του κυρ στεφάνος υἱος τευ κυρ ουβου υιος ρανερι.

† σίγνον χεῖρος ρωκέρι υιὸς ἀυτοῦ.

Ἐν ονόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱου καὶ τοῦ αγίου πνευματος· εἰμεῖς ὁ προγεγραμενος οὗβος υἱὸς ρανερι καὶ ἄτα οἱ γαμβρὴ αυτοῦ καὶ ρωκερης υιὸς αυτοῦ ὃ τὸν σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιω σταυρου· ἰδίος χειράς ποιήσας, σὺν τω ονοματήν μου καὶ ἐποιοματων τὴν παροὶσαν ἐγγραφον ἐκούσιον· ἁπλὴν· ἀπόχὶν αμετανοήτο· απερίεργον καὶ καθαρὰ ἀμφιέρωσιν· τίθημι καὶ ποιώ εκουσία μου τη γνώμη· ἀυτοπροερίτω βούλησιν εκτὸς βιας ανάγκης καὶ παντὸς ἀπηγωρευμένου τρώπου εἰς σὲ τὸν ευλαβέστατων καθηγουμενον κυρ φάλκου, καὶ εις τὴν ὑπὸ σσὲ ἐυανγεστάτη μονη τῆς αγίας τριαδος τῆς κάβας δη ὡσπερ εν αληθεια καὶ ἔυθήτητα· ὁμολογω απέντευθε ἡδι δωρίσασθαι καὶ ἀφιέρώσασθαι ὑπέρ λύτρων καὶ ἀφέσεος τῶν ἁμαρτίον ιμοῦ τε καὶ τὸν τέκνω μου κυρ στεφάνου καὶ ρωκερη· λέγω δὶ τοῦ αγιοῦ μάρτυρος γεόργιου τῆς πισκωπης καὶ παντὸς τα κράτη αυτῆς και εις την ὑπὸ σσὲ της αγίας θεοτοκου τοῦ κυρ ζωσιμου καὶ τὸ ἀπολαβεῖν οἰκονομον κυρ λάνδον τουτο μεν εδωρισάμεν καὶ αφηερῶσαμεν εις την προλεχθησαν μονην της αγίας τριάδος καὶ εις την πάναχράντο του κῦρ ζωσιμου ουχ ἁπλῶς μὲν ως οικῆ καὶ ως ἔτιχεν αλλα δια το ὑπερευχίσθαι ὧς ανώτεροι δέδειλωτε του απο τοῦ παρόντος καὶ εις τους εξῆς ἅπαντας καὶ διηνεκεῖς χρώνοις επεξουσίος χρονός εχειν τὴν τη μονῆ τὸ τηρυτον την μονην του αγίου μάρτυρος γεοργιου ἀντικρυς τω πισκοπης ἀπό την σημερον ἡμέραν καὶ μέχρι τερματων αἰώνων του μή ἐχειν εξουσιαν εν τουτω ἰδιό· ἢ κληρωνόμω ἡ τεκνον ἡ ξενω προσώπω· ἢ δ ωπερ ουκ ειγουμεν ἐπελθει τῆς τον τίουτον καὶ ζητησίν κοινησην ἢ αγωγὴν ὄφειλει ποιησειν· ανθισταμεν καὶ κεκδικὰν αὐτῶ ἀπό παντὸς εναντιουμενω προσωπω και σε αζήμιον ατάραχον καὶ ἀνενόχλητον διαφυλάττει· ἢ δε καὶ τουτο ου ποιῆσω ἀλλὰ καὶ

† Signum manus Hugonis filii Ranerii.

† Signum manus Atae uxoris quondam domini Stephani, filii eiusdem domini Hugonis filii Ranerii.

† Signum manus Rogerii eius filii.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Hugo filius Ranerii, et Ata nurus eius, et Rogerius eius filius, qui signum venerandae et vivificae crucis propriis manibus effinximus cum nomine et cognomento nostro, praesens instrumentum spontaneae et simplicis cessionis, atque irrevocabilis, purae et non supervacaneae oblationis, de propria nostra sententia et libera voluntate, nulla vi, necessitate aut quocumque alio modo vetito coacti, condimus et facimus tibi piissimo abbati domino Falco, et venerabili monasterio S. Trinitatis Cavensis, cui praees; quo (*instrumento*) in veritate ac rectitudine declaramus a praesenti hora concedere et offerre pro remissione et redemptione peccatorum nostrorum, nostrorumque filiorum domini Stephani et Rogerii monasterium S. Martyris Georgii de Piscopio cum omnibus eius pertinentiis tuo suffraganeo monasterio S. Mariae de Cyr-Zosimo, eiusque oeconomo domino Lando. Atque hanc quidem concessionem et oblationem fecimus praedicto monasterio S. Trinitatis et purissimae Deiparae de Cyr-Zosimo non frustra, temere et inconsiderate, sed, quemadmodum supradictum est, ut supplicationes fiant; et ex hac hora et in omne futurum tempus idem monasterium S. Martyris Georgii, situm e regione Piscopii, in eorum potestate sit, ex hac (*inquam*) die usque ad seculorum finem; et nemo ex propinquis, heredibus aut filiis nostris, aut alia extranea persona in illud potestatem habeat. Si vero, quod non putamus, contigerit, ut eorum aliquis quaestionem, litem aut actionem intentare velit, nos debeamus obstare et te vindicare ab omni contraria persona, immunemque a quavis noxa, molestia et perturbatione praestare. Quod si et hoc facere ne-

εις επιστροφῆν νουληθω γενέσθαι προτον μεν εν δικαστηριω μη εισακουεσθέ μου αλλ ηναι μεν κατηραμένων παρα κυριω θεω παντοκρατορι των τιη' αγιων θεοφορων πατρων ζημιουμενον νομισματα τουτ εστιν ριάλες λς' υπερ παραβασίας του τιμίου καὶ ζωοποιου σταυρου καὶ εἰς το δημοσιον ετερας τωσας ἐγράφη η παρουσα αφιερωσης· χειρι λεοντος νοταριου τοῦ αστης πισκωπίω τοῦ ἔτους ϛχνα' καὶ ινδικτιῶνος ϛ'.

glexerimus, aut huiusmodi oblationis nos poenituerit, primum quidem ne exaudiamur in iudicio, immo maledicti simus a domino Deo omnipotente, a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, et poenae nomine solvamus ob praevaricationem venerandae et vivificae crucis numismata, hoc est regales sex et triginta, et Fisco tantundem. Scripta est praesens oblatio manu Leonis notarii civitatis Piscopii, anno 6651, et indictione VI.

† βιτάλιος καβαλλαριος μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμιον σταυρον.

† Vitalis Caballarius testis subscripsi venerandam crucem.

† γουλλιέλμος καβαλλάριος τοῦ ρουβίου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμίον σταυρον.

† Gulielmus Caballarius de Rubio testis subscripsi venerandam crucem.

† λεων βουφαρδος τῆς πισκωπης μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμίον σταυρον.

† Leo Bufardus de Piscopio testis subscripsi venerandam crucem.

† λεων του καριατου μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμίον σταυρον.

† Leo de Cariato testis subscripsi venerandam crucem.

† λεον βαλλάκαντα μαρτυρ υπεγραψα τον τιμίον σταυρον.

† Leo Ballacanta testis subscripsi venerandam crucem.

† καλοκύρης μαρτυρ υπεγραψα τὸν τιμίον σταυρον.

† Calocyris testis subscripsi venerandam crucem.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 51.)

CXXXV.

1143 — Mense Septembri — Indict. VII.

Nicolaus Hyacinthellae filius monasterio S. Petri Imperialis promittit se quotannis praestiturum libram thuris pro plantatione in vallo, quod inter vineas monasterii et suam extabat.

† σίγνον χειρὸς νικολάου τοῦ τῆς ὑάκινθέλλας.

† Signum manus Nicolai filii Hyacinthellae.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς· καὶ τοῦ υἱοῦ· καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ προγεγραμμένος νικόλαος· ὁ τὸν τίμιον· καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν ἰδία χειρὶ προτάξας· τὸ παρὸν ἀσφαλιστικὸν ἔγγραφον τῆ μονῆ τοῦ ἁγίου πέτρου τοῦ βασιλικοῦ· οὕτως ἐκτίθημι· Ἐπειδὴ ἀναμεταξὺ τῶν ἀμπελίων τῆς μονῆς· καὶ τῆς ἀμπέλου μου χαράκωμα ἦν καὶ φραγμός· διὸ σὺ ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν οἰκονόμος ἰωάννης· ἠθέλησας δι ἐγγράφου ἔχειν σε τὴν δουλείαν τῆς μονῆς· ὑπὲρ τοῦ φυτευθέντος παρ' ἐμοῦ ἐν τε τῶ χαρακώματι καὶ τῶ φραγμῶ καθὼς καὶ τὸ ἔγγραφον δηλοῖ. ὅπερ ἐξετέθη μοι παρὰ τοῦ προ σοῦ πρεποσίτου ἀντωνίου· ἰδοὺ· κατὰ τὴν τοῦ ἐγγράφου περιοχὴν· ἀσφαλίζομαι τῆ μονῆ· ἵνα κατὰ χρόνον δουλεύσω αὐτῆ, ἐγὼ καὶ κληρονόμοι μου ὑπὲρ τούτου· λίτραν μίαν λιβάνου· ἐν τῆ εορτῆ τῶν βα-

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Nicolaus, qui venerandam ac vivificam crucem manu propria exaravi, praesentem securitatis chartulam monasterio S. Petri Imperialis in haec verba condo. Quoniam inter vineas monasterii et vineam tuam erat vallum et septum, quapropter tu Ioannes in praesens oeconomus ex scriptura obtinere volebas servitutem monasterio debitam de plantatione a me facta in eodem vallo et septo, prout ex ipso instrumento patet, quod praepositus Antonius tuus praecessor mihi fecit, ecce, iuxta huiusce chartulae continentiam, securitatem praebeo, me meosque heredes soluturos esse quotannis monasterio pro huiusmodi servitute libram unam thuris in festo Palmarum. Ideirco nisi libram

ἴον· ὅθεν· εἰ μὴ, τὴν λίτραν τοῦ λιβάνου· δουλεύσομεν καταχρόνον τῇ μονῇ· ἐγὼ καὶ κληρονόμοι μου· ἵνα τῶ μέρει αὐτῆς· νομίσματα τρία καταβάλωμεν· καὶ ἄλλα τοσαῦτα τῶ δημοσίω· φυλάττον μετὰ ταῦτα τὸ παρὸν ἔγγραφον ὀχυρὸν εἰς ἀεί· ὃ ἐγράφη ἀξιώσει ἐμῆ· χειρὶ κουρκουσίου υἱοῦ ἰωάννου· μηνὶ σεπτεμβρίω· ἰνδικτιῶνος· ζ' ἔτους ,ϛχνβ'. παρουσία μαρτύρων.

† λέων ὁ τοῦ κώνσταντινου υἱὸς παρακληθεὶς ὑπέγραψα μαρτυρῶν οἰκειοχείρως.

† μέμπετζης υλαττωνος ὄφφουλου γόνος ὡς μάρτυρ ὑπέγραψα τῶν γεγραμμένων.

† Hoc Melis natus scriptum firmat Nicolaus.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.° 28.)

thuris quotannis monasterio praestiterimus ego heredesque mei, parti eiusdem numismata tria et totidem Fisco publico persolvemus, servantes nihilominus in posterum firmum hoc instrumentum, quod scriptum fuit rogatu meo manu Curcusii filii Ioannis, mense septembri, indictione VII, anno 6652, coram testibus.

† Leo filius Constantini rogatus testis subscripsi propria manu.

† Mempetza Blattonus Offuli filius testis subscripsi hoc instrumentum.

CXXXVI.

1144 — Indict. (VII).

Rogerius eiusque filii donant templo SS. Deiparae de Turribus et sanctis Stephano et Ioanni de Cuculo vineam Cuculi positam.

† μαιτα δαι τυς σινκαταβάσαιως του κυριου και σοτιρος ἡμῶν υισου χριστου ετους α'' ρ'' μ'' δ'' κἀγό κυρος ρόκαιρῦς και..... υιός κυρος δονναιμα υιος κυρου ραναλδου και παντα τα ημα ταικνά εκδιδόμαιθα περι ψυχικης υμῶν σοτιριας και τον ἡμαιτερων γονέων υς τον ναόν τής ὑπαιραγίας θεοτοκού τῶν τουρνῶν και υς τον αγιον σταιφάνον και υς τον αγιον ιωκιννη του κουκούλοῦ το ιμαιτερον ἀνπαιλιον τὸ απερ εχομεν ὑς τό κούκούλόν το πλισιαζον του αγαπιτου το απερ καὶ υτον πρόὀυδοσον τουτον ὁ ἐμὸς πατιρ κυουριός ραναλδός υς την αυτην υπεραγιαν θεοτοκον ομιος στέργομεν αυτο ημεις και παντα τά ἡμαιτερα ταικνα εν παρουσια των μαρτυρων νοταριος υασιλιος μαρτυρ παπας γαιοργιος του προτοκαραυου μαρτυρ χουβυερτος πρεσυυτερος μαρτυρ † ρουβυερτος βουγιανος μαρτυρ. κοστας σινες καλκος μαρτυρ † πιτζουν μαρτυρ.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 37.)

† Ab Incarnatione Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi anno 1144. Ego dominus Rogerius et... .... filius, dominus Donnema filius domini Ranaldi, et omnes mei filii offerimus pro salute animae nostrae et parentum nostrorum templo sanctissimae Deiparae de Turribus, et sancto Stephano, et sancto Ioanni Çuculi nostram vineam, quam habemus Cuculi prope Agapitum, quamque antea donavit pater meus dominus Ranaldus eidem sanctissimae Deiparae. Item confirmamus ipsam (*donationem*) nos et omnes filii nostri in praesentia testium. Notarius Basilius testis. Presbyter Georgius Protocarabi filius testis. Chubertus presbyter testis. † Robertus Bugianus testis. Çonsta Sines faber ferrarius testis. † Pitzus testis.

CXXXVII.

1145 — Mense Iunio 15 — Indict. VIII — Roncae.

Malgerius Altavilla confirmat monasterio S. Nicolai de Camato praedium, acceptis ducentis tarenis, sub annua praestatione sex arietum duorumque suculorum.

† σϊγίλλιον γενάμενον παρ εμοῦ μαλγερίου ἀλταβήλλα καὶ ἀπογόνου τοῦ ἐν μακαρία τῆ μνήμη κυρού χοῦ ταυριάκου καὶ πέρας δωθέν καὶ επιδωθέν εἰς σε τῶ καθϊγουμένω κυρώ φϊλαξέτω μονῆς τοῦ σοτηρίου πατρος ἡμῶν νϊκολάου τοῦ καματώ καὶ τῶν ἐκεῖσαι προκαθϊμένων μοναχων· μηνϊ ἰουνίω εις τας ιε ινδικτιῶνος ἡ του ἔτους ϛχνγ'.

Ἐπεἰδεἰπερ καγῶ μαλγέριος ἀλταβήλλα ὥστως μου ἐν τη ἐμῆ χόρα ρόγκας· ἤλθες πρός με συ ὁ ανωτέρω ριθεῖς καθϊγούμενος αγίου νϊκολάου· ετοῦμενός μοι· τοῦ στέρξε σοι τῶ χωράφιον ἔν ὑπήρχε ρϊνκάρδου σαρακοἰανοῦ· περϊορίζεται δὲ οὕτως· ἐκ μὲν τῶ ανατολικὸν μέρος· ὡς ὑπάει η ὁδῶς η βασιλική ἄχρϊ τοῦ πωταμοῦ· καὶ ἀναβέννη ὁ πωταμὸς ἄχρι τοῦ βουνκιάρδου· καὶ κατερχεται ἀπω δύσεως μεχρι εις τήν στράταν τὴν βασιλικήν καὶ σῦνκλεῖ εν ῶ τήν αρχήν εποιήσαμεν· καγῶ δὲ τῆ σύνβουλή τῶν εμῶν αρχώντων· μάλλον καὶ τοῦ εμοῦ μαίστορος κυρού πέτρου· καὶ τὴ συ παρακλήσει ἤξας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εδωρήσω ἡμῆν απο τοῦ σοῦ πράγματος ταρία διακῶσϊα καὶ ὑπερ τοὖτω εστερξἄν σοι τῶ χωράφιον ἔν ὑπήρχε τοῦ ρϊνκάρδου σαρακειανοῦ· εἰς σαὶ· καὶ τοὺς ἐκεῖσε προκαθιμένους μοναχούς μέχρι ταιρματος αἰῶνων· σῦ δε ἵνα μου τέλλης τῶν πάσων ἐνϊαυτῶν ἡγεῦν τῶ ἁγίω πασχα κρίους ἔξαι. καὶ τὰ χριστοῦ γἔννα κατα ενϊαυτον χοιρίδια δύο· καὶ οι μετα σαὶ προκαθιμένη μοναχοί καὶ οἱ μελλωντες ἡγούμενοι ενχειρἰσασθαι ταύτην τῆν μονῆν ταύτα ἵνα τέλλης πρός με καὶ εἰς τοῦς εμοῦς κληρονόμους καὶ διαδόχους· καὶ ἵνα ταὖτω κρατήση ἡ αγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία ὡς ἀνοτέρω ἔφιμεν ἀπ εμού και τέλλην μοι τοὖτο καὶ διὰ τοῦ παρόντος μου σιγιλλίου πρὸστάττω πάσην και εστέρξαν ἵνα μὴ τίς ἔστω ὁ ἐμποδἰζων σε· ἢ ενοχλῶν σαι απο ταύτης τῆς στέρξεως ἰν ἐποίησα σοι καὶ εις τὴν ἁγίαν του θεοῦ ἐκκλησίαν και τῶν ἐκεὶ προκαθημένον μοναχῶν· μήται μήν ἐμαῖ αὐτὸν ἢ τους μετ εμαῖ κληρονόμους ἢ διαδόχους μετατρεπειν ταύτα τρόπω τυνῆ ἢ ἀκειρήν. ὁ γὰρ τοὖτω φωραθη ποιή-

† Sigillum factum a me Malgerio Altavilla, ex progenie domini Hugonis Tauriaci, beatae memoriae, et insuper datum ac traditum tibi domino Philareto, praeposito monasterii servatoris patris nostri Nicolai de Camato, et monachis ibidem commorantibus, mense iunio, die XV, indictione VIII, anno 6653.

Cum ego Malgerius Altavilla essem in meo Roncae oppido, venisti ad me tu supradictus praepositus S. Nicolai, petens a me, ut confirmarem tibi praedium, quod fuit Riccardi Saraciani, et his limitibus circumscribitur: ex parte orientis, ut ducit via regia usque ad flumen, et ascendit secus flumen usque ad Bunciardum, et descendit ex parte occidentis usque ad viam regiam, et clauditur in eo loco unde initium duximus. Ego autem consilio meorum procerum, et praesertim [illegible] ri mei domini Petri, tuaeque obsecundans petitioni, nedum ob ducentos tarenos, quos mihi dedisti de re tua, idcirco confirmavi praedium, quod fuit Riccardi Saraciani, tibi et monachis illic commorantibus usque ad finem seculorum. Tu vero dabis mihi singulis annis, id est in sancto festo Paschatis, arietes sex, et in Natali Christi porcellos duo, et monachi et praepositi, qui eiusdem monasterii suscepturi erunt administrationem, eadem persolvent mihi meisque heredibus et successoribus; ac sancta Dei ecclesia, ut superius diximus, possidebit dictum praedium a me traditum, nec a praestatione absistet. Ad haec praesenti meo sigillo omnibus stabili ratione mando, ne quis tibi sit impedimento aut molestiae post hanc confirmationem, quam feci tibi et sanctae Dei ecclesiae et monachis inibi degentibus; ac mihi meisque heredibus et successoribus nefas sit aliquo modo eam subvertere aut infirmare;

σει ἔστω ἐπάρατως παρα κυριου θεοῦ παντοκράτορος· ἡθ αὑτω μένων τω παρὸν σιγίλλιον απαρασάλευτον ὑπερ εἰς πίστωσιν περισσωτέραν γραφεν καὶ τῆ διακεῖρω ἡμῶν βούλλη σφραγισθὲν ἐπεδώθη σῦ τω ἡγουμένω μονῆς του αγιου νικολάου μηνὶ του ἔτους και ινδικτιῶνος τοῖς προγεγραμμένοις.

† πέτρος μαίστωρ παρευρεθεὶς επι τη τοιαύτη στέρξη μαρτυρ υπέγραψα τῶν τίμιον σταυρὸν οικεία χηρὶ.

† γουλιέλμος καιλάς μαρτυρ υπέγραψα τῶν τίμιον σταυρὸν οἰκεία χηρῆ.

† ῥωγέριος υιος χρυστοφόρου του καταντζαριου μαρτυρ υπέγραψα.

† γουλυέλμος υἱός γρϊμοάλδου παρευρεθεις επί τη τιαὕτη στέρξη μαρτυρ υπέγραψα των τίμιον σταυρον οἰκεία χηρὶ.

† ἐγράφη τῶ παρὸν σιγίλλιον δια χειρός υασιλειου και καμβριλλιγου τοῦ αυθέντου ἡμῶν κυρού μαλγερίου αλταβίλλα παρα προστάξεως αὐτοῦ.

nam si quis facinus hoc admiserit, maledictus erit a domino Deo omnipotente ; et nihilominus deinceps manebit praesens sigillum inconcussum, quod ad pleniorem fidem scriptum, et mea cerea bulla signatum, traditum est tibi praeposito monasterii S. Nicolai, mense, anno et indictione supradictis.

† Petrus magister, qui interfui huiusmodi confirmationi, testis subscripsi venerandam crucem propria manu.

† Gulielmus Celas testis subscripsi venerandam crucem propria manu.

† Rogerius filius Christophori de Catacio testis subscripsi.

† Gulielmus filius Grimoaldi, qui interfui praedictae confirmationi, testis subscripsi venerandam crucem propria manu.

† Scriptum est praesens sigillum manu mei Basilii Cambrillingi nostri Dynastae domini Malgerii Altavillae de mandato ipsius.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani n.° 38.)

CXXXVIII.

1145 — Mense Iulio 30 — Indict. VIII.

Nicolaus oeconomus S. Menae tradit praedium de Umbrosa Leoni Mauropego et Ioanni Calceni sub annua pensitatione unius tareni.

† σίγνον χειρὸς νικολάου οἰκονόμου ἁγίου μηνου· φαίνωμαι ἐγῶ ὁ προριθεὶς νικόλαος οἰκονόμος· διδώντα προς σάς λέοντα μαυρωπηγον· καὶ Ιωάννην καλκένη· τὸ χοράφιον τῆς ὁμυρῶσας· σινοροῦντος τοῦ μαυρωπήγου, τοῦτο χωράφιον ἐστὶν ὁ περιόρησμος αὐτοῦ. κατα μὲν ἀνατολής τὸ ριάκην καὶ τὸ συνόρην τοῦ κλήμη· καὶ δύσεως τὸ ἕτερον ρυάκην ἄχρι τοῦ ποταμοῦ· ἀπὸ δε ἄκτρου ὁ μεγας λιθος· καὶ ἀπόδήδι εἰς τὸ σύνορον τοῦ κλημη· ἀπο δὲ νότου ὁ ποταμός· καὶ σὺνκλῆ· τούτο τὸ χόραφιον· ἀπόδίδομαι προς σὰς τοὺς ἀνοτέρω γεγραμμένους· τέλλην δὲ σάς κατενιαὐτὸν εἰς τὴν μονὴν τοῦ αγίου μηνου· τέλος ταρίον α' τέκνα ἐπὶ τεκνῶν σας· ἄχρι στάσεως κόσμου. τοῦ μὴ ἔχειν τινὰ ἄδιαν· τοῦ παρασαλεὕσε σας εἰς τὸ τιεὕτον χοράφιον. μήται ἐγῶ μήται ὁ μέλλων οἰκονομεὕειν· τουτο γέγονε κατενώπιον τῶν ἡμῶν πνευματικων αδελφῶν· καὶ κατενώπιον ἀξιολόγων καὶ

† Signum manus Nicolai oeconomi Sancti Menae. Ego praedictus Nicolaus oeconomus trado vobis Leoni Mauropego et Ioanni Calceni praedium de Umbrosa. Conterminum idem est Mauropegi praedio, eiusque fines sunt : ab oriente rivus, et confinium Clementis ; ab occidente alius rivus usque ad flumen ; a septentrione magnus lapis, et vadit ad confinium Clementis ; ab austro fluvius, et clauditur. Hoc praedium do vobis suprascriptis, ut solvatis quotannis monasterio Sancti Menae tributum tareni unius de filiis in filios vestros usque ad finem mundi. Nemo vero potestatem habeat turbandi vos in huiusce praedii possessione, neque ego, neque futuri oeconomi. Actum coram meis spiritualibus fratribus, et fide dignis ac fidelibus testibus. † Ba-

πιστῶν μαρτύρων: † βασίλειος υραχὸς μαρτυρ. † ρωμανὸς υἱὸς αὐτοῦ μαρτυρ: † παπα θεοδωρος ποταμὸς μαρτυρ: † μαρτυρ θεόδωρος κονταρας. μαρτυρ ὑπέγραψα. † θαλασσιανος μαρτυρ † ιωάννης κήλαυς μάρτυρ: † λεων κοράτορας μάρτυρ.

† Ἔγραφη τὸ παρὸν χαρτίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ κωνσταντίνου ἱερέος τοῦ ἁγίου θεωδώρου· ἰουλίου λ'. τὸ ἔτος ϛχνγ' ἰνδικτιονος η'.

† Ego. Peregrinus. regii: canonicus.

† σπαθάριος ὁ τοῦ φουκατζάρι μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 39.)

silius Brachus testis. † Romanus filius ipsius testis. † Presbyter Theodorus Potamus testis. † Testis Theodorus Contara testis subscripsi. † Thalassianus testis. † Ioannes Cilabus testis. † Leo Curator testis.

† Scripta est praesens chartula manu mei Constantini sacerdotis Sancti Theodori, die XXX iulii, anno 6653, indictione VIII.

† Spatharius filius Fucatzari testis.

CXXXIX.

1145 — Mense Martio 20 — Indict. VIII. — Panormi.

Rogerius rex Celsio Scyllacensis ecclesiae episcopo designato confirmat tria diplomata, quorum uno Rogerius primus Siciliae Comes donaverat eidem ecclesiae nonnulla praedia nonnullosque homines, inter quos non pauci presbyteri; reliquis duobus Rogerius dicti Comitis filius eiusque mater antedictae ecclesiae tradiderant ac postmodo confirmaverant ecclesiam Roccellae cum rebus et hominibus ad hanc pertinentibus.

† Ρογέριος ἐν χριστῷ τῷ θεῷ εὐσεβὴς κραταιος ρὴξ. καὶ βοηθὸς τῶν χριστιανῶν.

Ἐν τῇ ἡμετέρᾳ επιμελείᾳ. διαφέρει πάσας τὰς ὑποθέσεις επαναγαγεῖναι επι τὸ κρίττον· καὶ τὸ δι πλίον τα τῶν θείων ναῶν διαφερόμενα· μετα προθυμίας ἐπισφαλῆσαι καὶ ἐπι τὸ πλείστον ἐνδυναμῶσαι ἐν ταύτῃ τῇ εἰρινικῇ καταστάσει. Ἐνθὲν τῇ κελεύομεν, ἵνα πάντα τὰ συγίλλια τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν λοιπῶν πιστῶν τῶ κράτους μου, ἀναιεῶσαι καὶ ἐπιδείξαι εἰς ἐμφάνειαν· καὶ ἵνα ἔσοιται ἀσφαλησμένα ὑπὸ τῆς δυνάμαις τῶ ὑψιλοτατου κράτους μου. Ὅθεν κατὰ τον μαρτιον μηνα εἰς τας κ' τῆς ἰνδικτιῶνος η', ἔτος ϛχνγ', διαγοντί μου ἐν τῇ πόλει πανόρμου, καὶ ἐν πάσῃ εἰρήνῃ καὶ γαλύνῃ, τῇ παντοδυνάμι τοῦ παντοδυνάμου θεοῦ διατυρουμένω μετα τῶν κομήτων καὶ ἀρχόντων τοῦ κράτους μου· πρὸσῆλθες ενώπιον ἡμῶν σι κέλσιος ὁ ὑποψίφιος σκύλλακος, καὶ οἱ κανωνικοί σου, καὶ ὑπέδειξας ἡμὶν συγίλλιον λατίνικον μολῃβδόβουλλον ἔχοντα χρόνον ἰνδικτιῶνος παρὰ τοῦ ἀειδήμου καὶ μακαριωτάτου πατρὸς τοῦ κράτους μου· δορούμενον εἰς τὴν τιαύτην ἐπισκοπῖαν σκύλλακος, χωράφια ἔχοντα καὶ τὸν περιόρισμὸν καὶ ὅρος καὶ πρεσβυτέρους γραικους σὺν τῶν τέκνον αὐτῶν, καὶ ἀνθρώπους εἰς τὸ σκύλλαξ καὶ εἰς τὸ στύλον καὶ εἰς

† Rogerius in Christo Deo pius potens Rex, et Christianorum adiutor.

Ad nostram providentiam spectat omnia praecepta in melius revocare, maximeque illa, quae ad divina templa pertinent, alacriter confirmare, et quamplurimum corroborare in hoc pacato rerum statu. Idcirco praecipimus, ut omnia sigilla ecclesiarum et reliquorum fidelium potestati meae subditorum renoventur, et in apertum proferantur, roborataque sint auctoritate summi principatus mei. Quare mense martio, die XX, indictione VIII, anno 6653, dum commorarer in civitate Panormi, et omnino in pace ac tranquillitate, auxilio omnipotentis Dei me servante, cum comitibus et proceribus meae ditionis, accessisti ad nos tu Celsius designatus episcopus Scyllacensis, tuique canonici, et ostendisti nobis latinum praeceptum plumbeo sigillo consignatum habens indictionis notam, a parente meo perillustris ac beatissimae memoriae conditum, quo donantur praedicto Episcopatui Scyllacensi nonnulla praedia suis finibus comprehensa, et nemus, et presbyteri graeci cum suis filiis, et homines de Scyllacio, Stylo et Alari, quorum haec sunt nomina: Consta notarius cum eius filiis — Nicolaus Rodo-

τὸν ἄλαρον. ὧν τα ὀνόματα εἰσὶ τούτα. κώνστας νοταριος σὺν τῶν παίδων αὐτοῦ. — νίκολαος ροδοκάλλος συν τῶν παίδων αυτού. — βασίλειος πλατοπόδος συν τῶν παίδων αυτοῦ. — ιωάννης πλατοπόδος συν των παίδων αυτοῦ. — ἀρκάδιος παραπονήμιος συν των παίδων αυτοῦ — κοσμᾶς τοῦ τραύλου συν τῶν τέκνων αυτοῦ. — χρύσιος συν τῶν παίδων αυτοῦ. — οἱ παίδες κόνδου νικολαος λεον. καὶ πέτρος. — παίδες ιωάννου πρεσβυτέρου θεόκτίστης νικήτης καί μιχαήλ. — κώνστας αστροπήρος συν των παίδων αυτοῦ — νικολαος τορνάτωρ συν των αδελφῶν καὶ των παίδων αυτοῦ — πέτρος καπραριος συν των παίδων αυτοῦ. — ιωάννης χρύσηλος σὺν τῶν ἀνεψιων αυτοῦ. — ἀρκάδιος καί κώνστας συν τῶν παίδων αυτῶν — βασίλειος κατίλλος συν τῶν αδελφῶν καὶ τέκνων. — οἱ παίδες κομιτοῦ λέων καὶ πέτρος. — νικολαος καλοκυρίκαλλος συν του βασιλειου αδελφοῦ καὶ παίδων. — οἱ παίδες γρηγοριου καλλη. — βασίλειος ἀφλαμᾶς συν τῶν τέκνων αυτων. — λέων ἀδελφός αυτοῦ συν τῶν παίδων αυτοῦ. — οἱ παίδες γρηγορίου μελησσάρι. — ἀνδρεας χονδίνος συν τῶν τέκνων. — ιωαννης κοδαλός συν των τεκνων. — λέων κοδαλός συν τῶν τέκνων αυτου. — θεωδωρος συν τῶν τέκνων. — κώνστας καπράριος συν τῶν τέκνων. — μαλοφάγος συν τῶν τέκνων. — ιωάννης χρυσης συν τῶν παίδων καὶ πέτρου ἀδελφοῦ αυτου. — οἱ παίδες ἠλία πιννιατήρου κωνστας ιωάννης νικολαος συν των παίδων. — ιωάννης φράγκος καὶ νικολαος ανεψιός αυτου. — χρυσόλεων ὁ υἱός παπᾶ κωνστα. — οἱ παίδες τῆ δικηζῆ βασίλειος· καὶ ἰωάννης. — οἱ παίδες τῆ δικήζῆ, βασίλειος καὶ κωνστας. — οἱ παίδες τῆ δικηζῆ κοσμὰς λεων ρομανὸς θεωδωρος νικηφορος πέτρος καὶ κώνστας. — λέων τῆς σοφίας συν τῶν τέκνων. — οἱ παίδες κώνστα της σοφιας συν των τέκνων. — ἀνδρέας φράγκος συν τῶν τέκνων. — ιωάννης τραϊτούρος συν των τέκνων. — οἱ παίδες ούρσου κακονικητου· μιχαήλ καὶ ούρσος συν τῶν τεκνων. — ἀνδρεας κοσχινος συν των τεκνων. ιωάνου· βασιλείου καὶ λεοντος συν τῶν τεκνων. — ιωάννης σχολάριος συν τῶν τέκνων. — πάνκαλλος συν τοῦ υἱοῦ αυτοῦ — ἰωάννης φράγκος ὁ υἱός νικηφόρου. — ιωάννης κουσεντίνος συν τῶν παίδων αυτοῦ. — λέων σκύλλακος. — ιωάννης σικέλιος συν των τέκνων ἀυτοῦ. — νικόλαος σικελιός συν τῶν τέκνων ἀυτοῦ. — λέων σπανός συν των παίδων αυτοῦ. — βασιλειος τῆς μαμμης. — λέων δημεγενήτης καὶ νικήτης λήστουρος συν τῶν παίδων. — υουτήραις. —

callus cum eius filiis — Basilius Platopodus cum eius filiis — Ioannes Platopodus cum eius filiis — Arcadius Paraponimius cum eius filiis — Cosmas de Traulo cum eius filiis — Chrysius cum eius filiis — Filii Condi Nicolaus, Leo et Petrus — Filii Ioannis presbyteri, Theoctista, Niceta et Michael — Consta Astropirus cum eius filiis — Nicolaus Tornator cum fratribus eius et filiis — Petrus Caprarius cum eius filiis — Ioannes Chrysilus cum eius consobrinis — Arcadius et Consta cum eorum filiis — Basilius Catillus cum fratribus et filiis — Filii Comitis Leo et Petrus — Nicolaus Calocyricallus cum Basilio fratre et filiis — Filii Gregorii Calli — Basilius Aflamas cum eius filiis — Leo frater eius cum filiis suis — Filii Gregorii Melissari — Andreas Condinus cum filiis — Ioannes Codalus cum filiis — Leo Codalus cum eius filiis — Theodorus cum filiis — Consta Caprarius cum filiis — Malophagus cum filiis — Ioannes Chryses cum filiis et Petro eius fratre — Filii Eliae Pinniateri Consta, Ioannes, Nicolaus cum filiis — Ioannes Francus et Nicolaus eius consobrinus — Chrysoleo filius presbyteri Constae — Filii Dicezae Basilius et Ioannes — Filii Dicezae Basilius et Consta — Filii Dicezae Cosma, Leo, Romanus, Theodorus, Nicephorus, Petrus et Consta — Leo de Sophia cum filiis — Filii Constae de Sophia cum filiis — Andreas Francus cum filiis — Ioannes Traiturus cum filiis — Filii Ursi Caconiceti, Michael et Ursus cum filiis — Andreas Coschinus cum filiis Ioanne, Basilio et Leone cum filiis — Ioannes Scholarius cum filiis — Pancallus cum eius filio — Ioannes Francus filius Nicephori — Ioannes Cusentinus cum eius filiis — Leo Scyllacensis — Ioannes Sicelius cum eius filiis — Nicolaus Sicelius cum eius filiis — Leo Spanus cum eius filiis — Basilius de Mamma — Leo Demegeneta et Niceta Listurus cum filiis — Butires — Siderus — Ioannes Magister cum filiis — Anastasius — Niceta de Hypato — Filii Anastasii — Nicolaus de Hypato cum eius filiis — Consta Spanochus — Presbyter Andreas — Philippus de Mamma — Nicolaus de Mamma — Nicolaus de Megalo cum filiis — Basilius gener Cusentini — Nicolaus Cusentinus — Andreas Cusentinus — Leo de Traulo — Leo de Monacha cum eius filiis — Filius presbyteri Leonis Calandri — Filii presbyteri Alexii — Filii presbyteri Ursi Leonis —

σίδερος. — ιωάννης μαϊστωρ συν των τέκνων · — ἀναστάσιος. — νικήτας τοῦ ὕπατη. — οἱ παίδες ἀναστάσι. — νικόλαος τοῦ ὕπατη συν των τέκνων αυτοῦ. — κώνστας σπανοχος. — παπᾶς ἀνδρέας. — φίλιππος τῆς μαμμῆς. — νικόλαος τῆς μαμμῆς. — νικόλαος μεγαλεῦ συν τῶν τέκνων. — βασίλειος γαμυρὸς κουσεντίνοῦ. — νικόλαος κουσεντίνος. — ἀνδρέας κουσεντίνος. — λέων τοῦ τραυλοῦ. — λέων τῆς μοναχῆς συν τῶν παίδων αυτοῦ. — ὁ υἱὸς πρεσβυτέρου λέοντος καλάνδρου. — οἱ παίδες πρεσβυτερου ἄλεξίου. — οἱ παίδες πρεσβυτέρου οὔρσου λέοντος. — οἱ παίδες θεοδότου πρεσβυτέρου τοῦ βότι. — οἱ παίδες πρεσβυτέρου βονέλλου. — οἱ παίδες πρεσβυτέρου βασιλείου καριοτου νικηφορος καὶ καλόκερος. — οἱ παίδες πρεσβυτέρου γρηγορίου κονδίλου λεων νικόλαος υασιλειος· καὶ ἀρκάδιος. — ὁ πρεσβυτερος νικήφορος γαμυρος μηζηθερου συν των παίδων. — ὁ πρεσβύτερος κώνσταις λαρδόφόρος συν τῶν παίδων. — μαύρικιος πρωτοπαπᾶς συν των παίδων. — υασιλειος ἀρχιδιάκονος συν τῶν τέκνων. — οὔρσος πρεσβυτερου τζαππακουννης σὺν τῶν παίδων. — οἱ παίδες πρεσβυτέρου σπαρνήτου γρηγόριος ιωάννης στέφανος. — λέων πριμικέριος συν τῶν τέκνων. — βασίλειος πρεσβυτέρου φραξιτάριου συν τῶν τέκνων. — οἱ παίδες πρεσβυτέρου ἀνδρέου γεώργιος καλυύκος. — νικόλαος πρεσβυτέρου μαρροσφάκτου συν τῶν παίδων. — νικόλαος πρεσβυτέρου δαγέλλου συν τῶν παίδων. — νικόλαος πρεσβυτέρου υιυίλλου συν των παίδων. — καλώκιρος πριμικέριος συν τῶν παίδων. — πρεσβύτερος ἀρκάδιος ταβουλαριος συν τῶν παίδων λεοντος καὶ μιχαὴλ. — μηζηθηρος πρωτοπαπᾶς συν τῶν παίδων. — πρεσβύτερος βασίλειος ρωμαίον συν τῶν παίδων. — λέων φιγούλης συν τῶν παιδων. — λέων πρεσβυτέρου κρούξης συν τῶν παίδων. — λέων δέκαρχος συν τῶν παίδων. — σέργιος πολήτης συν των παίδων αὐτοῦ. — βασίλειος ἀρκόλυκος συν τῶν παίδων αὐτοῦ. — οὔρσος βοσκός. — οἱ παίδες γρηγοριου δομεστικου. — οἱ παίδες λέωντος ιυσικου. — νικολαος πρεσβυτερος υουνέλλη. — λέων γαμβρὸς πυρροῦ. — ιωάννης γαλλάνδος. — θεώδωρος κονταράτος. — ιωαννης ἀρετής. — βασίλειος δρογγάρης. — νικολαος σκεπαστός. — ἡ χῆρα τοῦ σκληροῦ. — λέων ηλασοέλαδος. — εὐσταθιος τοῦ σακκή. — βασίλειος κονδολούκου. — παπα γρηγοριος καριοτης συν τῶν παίδων. — Ομως ὀνόματα ριβ'. — Καὶ εἰς αυτὸ τὸ συγίλλιον διάγορεύει, ἵνα ὅσους ξένους δηνηθῆς συν-

Filii Theodoti presbyteri de Boto — Filii presbyteri Bonelli — Filii presbyteri Basilii Carioti, Nicephorus et Calocerus — Filii presbyteri Gregorii Condili Leo, Nicolaus, Basilius et Arcadius — Presbyter Nicephorus gener Mizitheri cum filiis — Presbyter Consta Lardoforus cum filiis — Mauricius protopapa cum filiis — Basilius archidiaconus cum filiis — Ursus filius presbyteri Zappacunnes cum filiis — Filii presbyteri Sparniti, Gregorius, Ioannes, Stephanus — Leo Primicerius cum filiis — Basilius filius presbyteri Fraxitani cum filiis — Filii presbyteri Andreae, Georgius, Calibcus — Nicolaus filius presbyteri Marrosfacti cum filiis — Nicolaus filius presbyteri Dagelli cum filiis — Nicolaus filius presbyteri Bibilli cum filiis — Calocyrus Primicerius cum filiis — Presbyter Arcadius tabularius cum filiis, Leone et Michaele — Mizitherus protopapa cum filiis — Presbyter Basilius Romaeus cum filiis — Leo Figulus cum filiis — Leo filius presbyteri Cruxae cum filiis — Leo Decarchus cum filiis — Sergius Polita cum eius filiis — Basilius Arcolicus cum eius filiis — Ursus Boscus — Filii Gregorii Domestici — Filii Leonis Bisici — Nicolaus filius presbyteri Bunelli — Leo gener Pyrrhi — Ioannes Gallandus — Theodorus Contaratus — Ioannes Aretes — Basilius Drongarus — Nicolaus Scepastus — Vidua Scleri — Leo Elasoeladus — Eustathius de Sacca — Basilius de Condoluco — Presbyter Gregorius Cariota cum filiis. Sunt insimul nomina duodecim et centum. Et in ipso sigillo edicitur, ut quotquot extraneos potueris aggregare, modo ne sint ex (*ditione mea*), nec pertineant ad terrarios et proceres meos, eos aggreges et addicas territorio ecclesiae. Ostenderunt etiam alterum sigillum latinum a potestate mea, et semper memorandae matris meae conditum, et plumbea bulla munitum, anno ab hinc tricesimo sexto, quo donatur antedicto Episcopatui Scyllacensi Roccella cum omnibus pertinentiis eius, eodem modo, quo eam possidebat Gerasimus Cathegumenus, etiam cum villanis, qui sunt in ea, quorum haec sunt no-

ρεῦσαι, οιτινες μι εστωσαν ἀπὸ τῆς (sic)
μήται ἀπὸ τῶν τερρεριων καὶ ἀρχόντων μου σουρεύειν αὐτοὺς, καὶ ἀπλικεύειν εἰς τὴν χώραν τῆς ἐκκλησίας. Ἔδειξαν καὶ ετερον συγιλλιον λατίνον παρα τοῦ κρατους μου καὶ τῆς ἀείμνήστου μου μητρος μοληβδόβουλλον εχοντα χρονους λϛ', δορούμενον εἰς τὴν τιαὔτην ἐπισκοπήν σκυλλακὸς τὴν ρόγκελλαν σὺν πασης τῆς διακρατήσεος ἀυτῆς καθάπερ ἐπεκράτι αὐτὴν, γεράσιμος ὁ καθηγούμενος σὺν καὶ των ἐν αυτῆ υελλάνων· ὧν τὰ ὀνόματα εἰσὶν ταύτα. γρηγόριος τῆς κουλοΰμβης. — οἱ παίδες σαρδοῦ. — ὁ πύρριας. — νϊκήφορος τοῦ τιγάνι. — ὁ μακρῶ Ἰωαννης. — γουρρούφης. — ιωάννης σεργωνᾶς. — καλοκύρις. — λέων χόνδρις. — οἱ παίδες παπὰ σεργίου. — βουλφάρακος. — θεοδωρος πελεκανός. — μαύρος ἀδελφός αὐτοῦ. — λεων βουραυηθης. — βασιλειος μορκλής. — ιωαννης τοῦ πρεσβυτερου κωνστα. — βόνος. — βασίλειος μιτζέτης. — θεοδωρος τοῦ καθάριου. — μοναχῆ τιγάνησσα. — νϊκολαος τοῦ ανατολού. — θεοδωρος του γενάκου. — ὁ γαμβρὸς αυτοὺ. — υασιλειος σικοτάκει. — λέων τοῦ τιγάνη. — ιωάννης τοῦ μουρκλῆ. — λέων τοῦ χάσκαρη. — ὁ χαμοδράκον. — λέων τοῦ κουνσουλου. — ὁ κόρμος. — γαλατις χαλκός. — ὁ γοταριος βασίλειος. — τοῦ κακόκοσμου. — ὁ μιτζετής. — ομως καὶ οὔτοι λδ'. — καὶ γένονται πάντες συν τῶν ἀνοτέρω γεγραμμένων ἑκατὸν τεσσεράκοντα ἓξ. Ἔδειξαν καὶ ἕτερον συγίλλιον καὶ μολυβδόβουλλον παρὰ τοῦ κράτους μου καὶ τῆς ἀειμνήστου μου μητρὸς. Ἔτι ϛχιζ' στέργοντα και επικυρουντα. . . . . τὴν εκκλησίαν ρογκέλλας· μετα πρεσβυτέρων διαγορευομένων ἀνωτέρω. . . . . ταῦτα τὰ ἀνοτέρω . . . . . ἀεὶ ἐπ' αὐτῶν καὶ διαγορεύει, στέργει καὶ ἐπικυροῖ τὸ κράτος μου πρὸς τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν τῆς ἐπισκόπης· καὶ τὰ πράγματα τῶν πρεσβυτέρων. . . . . τοῦ κράτους μου ὥς ἐλπίζων εἰς τὴν ἁγίαν καὶ πάνυχον οἰκεσίαν τὴν ἐν αὐτῆ· ὑπὲρ λύτρου καὶ ἀφέσεος ἁμαρτιῶν πάντων τῶν ἡμετέρων γεννητόρων καὶ ἡδίων ἡμῶν. καὶ ἡμεῖς ἔξωμεν ἀιτιμνηστήαν ἔλεος παρὰ κυρίου θεοῦ παντοκράτορος. Ἐγράφη εν μηνὶ καὶ ινδικτῶνι καί ἔτι τοῖς προγεγραμμέιοις. καὶ δια μολίβδου σφραγισθὲν καὶ κυρωθὲν ἐπεδόθη σοι.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 40.)

mina: Gregorius de Culumba — Filii Sardi — Pyrrhias — Nicephorus de Tigani — Macro Ioannes — Gurrufa — Ioannes de Sergona — Calocyrus — Leo Chondris — Filii presbyteri Sergii — Bulfaracus — Theodorus Pelecanus — Maurus eius frater — Leo Buravithes—Basilius Morcla—Ioannes presbyteri Constae filius — Bonus — Basilius Mitzeta — Theodorus de Cathario — Monacha Tiganissa — Nicolaus de Anatolo — Theodorus de Gennaco — Gener ipsius — Basilius Sicotacus—Leo de Tigani — Ioannes de Murcla —Leo de Chascari — Chamodracon—Leo de Cunsulo — Cormus — Galatus Chalcus — Notarius Basilius de Cacocosmo — Mitzeta—Sunt insimul et hi quatuor et triginta. Et sunt omnes cum supra memoratis centum quadraginta sex. Ostenderunt etiam aliud sigillum plumbea et ipsum bulla munitum, et datum a potestate mea, ac matris meae nunquam obliviscendae, anni 6617, quo confirmata fuit et rata habita donatio. . . . ecclesiae Roccellae cum presbyteris suprascriptis. Quae antedicta. . . . . semper ab eis; et potestas mea recenset, comprobat et confirmat sanctae Dei episcopali ecclesiae et bona presbyterorum. . . . . de mea dominatione, sperans in sancta et nocturna deprecatione, quae in eadem ecclesia fiat pro redemptione et remissione peccatorum omnium nostrorum parentum et propinquorum. Et nos pro remuneratione misericordiam apud dominum Deum omnipotentem nanciscamur. Scriptum est mense et indictione et anno supradictis, et plumbea bulla signatum atque roboratum tibi datum est.

CXL.

1145 — Mense Novembri — Indict. IX.

Ioannes praepositus monasterii S. Petri Imperialis tradit Theophylacto regis Rogerii medico quatuor sexagenaria vinealia acceptis ducatis sexaginta, et sub annua praestatione octo librarum cerae.

† Ego Johannes prepositus. † Ego Beringerius monasterii antistator.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ προγεγραμμένος ἰωάννης πρεπόσητος τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου πέτρου τοῦ βασιλικοῦ. ἔτι δὲ κἀγὼ υερεγγέρης ὁ ἀντιστάτωρ τῆς αὐτῆς μονῆς, οἱ τοὺς τιμίους καὶ ζωοποιοὺς σταυροὺς οἰκείαις χερσὶ προτάξαντες. μετὰ τῶν ὀνομάτων καὶ τοῦ ἀξιώματος ἐμοῦ τοῦ πρεποσήτου τὸ παρὸν ἔγγραφον πρός σὲ θεοφύλακτον ἰατρὸν τοῦ κραταιοῦ ῥηγὸς τὸν καὶ υἱὸν νικολαου μαγίστρου. οὕτως ἐγὼ ὁ πρεπόσητος ἐκτίθημι. Ἐπειδὴ χρείαν ἔχουσα ἡ μονὴ. πρὸς διοίκησιν αὐτῆς καὶ περιποίησιν· τέσσαρα ἑξηκονταρεια ἀμπελότοπα ἀλσώση· εἰς τὴν τοποθεσίαν τοῦ ὄρτε κείμενα· πρός σὲ διαπράσαι διέγνωκα. καὶ δὴ, λαβὼν παρὰ σοῦ δουκάτα ἑξήκοντα. ἐξουσίαν σοι ἐπὶ τὰ δηλωθέντα τέσσαρα ἑξηκονταρεια ἀμπελότοπα· καὶ παρρησίαν ἐγχειρίζομαι. πωλεῖν αὐτὰ εἰ βούλει. δωρεῖσθαι. ἀντικαταλλάττειν. γράφειν προιξὶ. ὑλοκοπεῖν. καὶ περικαθαίρειν· φυτεύειν καὶ βελτιοῦν. κληρονόμοις σου ἰδίοις καὶ διαδόχοις καταλιπεῖν. καὶ πᾶν ἄλλο ἀνύειν εἰς αὐτά. ὅσον τὸ καταθέλησιν· σύνορα δὲ τῶν τεσσάρων τούτων ἑξηκοντα.ρείων οὕτως εἰσὶν· ἐξ ἀνατολῶν ἡ ὁδὸς ἡ πρὸς τὸν ἅγιον ἄγγελον τῆς γραβίνας ἀπάγουσα· ἐκ δυσμῶν, φυτεῖαι τῶν κληρονόμων λούπου λεγομένου γρανούλλου· ἐκ νότου φυτεῖαν κώνστα τοῦ σεππόππα καὶ ἰωάννου τοῦ υἱοῦ νικολάου μαίστορος, ἐκ βορέα, ἡ μηγάλη στράτα· ταῦτα οὖν τὰ τέσσαρα ἑξηκονταρεια ἀμπελότοπα διάπρασα σοι, μέλλων σὺ καὶ κληρονόμοι σου. εἰς καρποφορίαν ἐρχόμενα, δουλεῦσαι τῇ μονῇ ταύτῃ, κατ' ἔτος ὑπὲρ αὐτῶν, λύτρας ὀκτὼ κηροῦ. καὶ εἰ συμβῇ ὀψέ ποτε ἐρημωθῆναι παντελῶς. ἵνα ἡ χώρα αὖθις ἀπαμείνῃ τῇ μονῇ. καὶ εἴπερ ὀψέ ποτε μεταμελούμενος κατά τινα μηχανὴν. καὶ πρόφασιν· ἀφελεῖν ταῦτα θελήσω ἀπὸ σοῦ. ἢ ἀπὸ κληροιόμων σου· ἐγὼ ἢ διάδοχοί μου· καὶ οὐχὶ μάλιστα διεκδικῆσαι ταῦτα τὰ ἑξηκονταρεια ταῦτα ἀμπελότοπα σοὶ καὶ κληρονόμοις σου ἀπὸ παντὸς ἀν-

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Suprascriptus Ioannes praepositus monasterii S. Petri Imperialis, insuper et ego Berengerius antistes eiusdem monasterii, venerandas ac vivificas cruces manibus propriis exaravimus cum nominibus et mea praepositi dignitate; praesens vero instrumentum tibi Theophylacto medico potentis Regis et filio Nicolai Magistri hoc pacto ego praepositus trado. Cum monasterium necessitate premerétur, propter administrationem et conservationem suam, statui tibi vendere quatuor vinealia sexagenaria silvescentia in loco dicto Orte; et cum a te acceperim ducatos sexaginta, dominium tibi tribuo in praedicta sexagenaria quatuor vinealia, et facultatem vendendi ea si volueris, donandi, permutandi, in dotem scribendi, lignandi, purgandi, plantandi et meliorandi, heredibus tuis propriis et successoribus relinquendi, et perficiendi cetera omnia quae tibi placuerint. Fines vero huiusmodi quatuor sexagenariorum ita sese habent; ab oriente via, quae ducit ad S. Angelum de Gravina; ab occidente plantationes heredum Lupi cognomento Granulli; a meridie plantationes Constae de Seppoppa et Ioannis filii Nicolai Magistri; a septentrione via maior. Haec igitur vinealia quatuor sexagenaria vendidi tibi hoc pacto, ut cum ad fructificationem pervenerint, tu tuique heredes quotannis solvatis eidem monasterio pro hisce praediis libras octo cerae; et si labentibus annis olim contigerit, ut omnino deserta evaserint, rursus ad monasterium loca haec redeant: et si quando in posterum mutato consilio, machinatione aliqua et praetextu auferre haec tibi vel heredibus tuis voluero ego aut successores mei, et non potius de-

..ρωπου, ἵνα πρὸς ἅπαν τὸ μέρος σου. ἐγὼ καὶ διάδοχοί μου. νομίσματα ῥηγᾶτα εἴκοσιν ἀποτίσωμεν. πᾶσαν καὶ ἀνάλωσιν, ἣν ἀναλώστε εἰς αὐτὰ βελτιοῦντες. καὶ φυτεύοντες. καὶ ἄλλα εἴκοσι ῥηγᾶτα τῷ δημοσίῳ. φυλάττοντες μετὰ ταῦτα τὴν παροῦσαν πρᾶσιν, ὀχυρὰν εἰς ἀεὶ. ἥτις ἐγράφη ἀξιώσει ἐμῆ. καὶ τοῦ ἀντιστάτωρος τῆς αὐτῆς μονῆς, καὶ τὴν δηλωθείσαν δουλείαν τούτων τῶν ὀκτὼ λίτρων τοῦ κηροῦ ὡς εἴρηται, ἵνα δουλεύση καὶ σὺ καὶ κληρονόμοι σου τῇ μονῇ. ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου πέτρου ἥρισα τοῦ ἰουνίου μηνὸς χειρὶ κουρκουσίου υἱοῦ ἰωάννου. μηνὶ νοεμβρίῳ. ἰνδικτιῶνος Θ'. ἔτους ,ϛχνδ'. παρουσία μαρτύρων.

† Hoc Melis natus scriptum firmat Nicolaus.

† ἀρχοντίτζης υἱος λεοντος μαρτυρῶν ὑπέγραψα οἰκεία χειρῖ.

† μιχαὴλ ὁ υἱὸς κωνσταντίνου τοῦ κοδίνου ὑπέγραψα. μαρτυρῶν οἰκεία χειρὶ.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.° 29.)

fendere praefata sexagenaria vinealia tibi et heredibus tuis a quovis homine, omnibus e parte tua ego et successores mei solvamus nummos regales viginti, et omnes expensas quas feceris, ut eadem meliorares ac plantares, et totidem alia Fisco, servantes nihilominus praesentem venditionem firmam in omne aevum; quae scripta fuit rogatu meo et antistitis eiusdem monasterii (et memorata praestatio octo librarum cerae, uti praedictum est, solvatur a te tuisque heredibus monasterio in festo S. Petri, videlicet mense iunio) manu Curcusii filii Ioannis, mense novembri, indictione IX, anno 6654, coram testibus.

† Archontitza filius Leonis testis subscripsi propria manu.

† Michael filius Constantini Codini testis subscripsi propria manu.

CXLI.

1145 — Mense Decembri — Indict. (IX).

Irene uxor quondam Mule cognomento Troglari donat monasterio S. Mariae de Cyr-Zosimo territorium tercentorum modiorum, Nohae situm in loco dicto S. Euplo.

† σύγνον χειρὸς εἰρίνης της ποτε σήμβιου μουλε ο της επόνημια τοῦ τρογλαρου †

† ἐν ονοματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. ἡ προγεγραμμένη κἀγὼ ειρίνη ὁ τη ἐπονυμεία τοῦ τρόχλαρου ὁ το σύγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυρου οἰκεία χειρὶ καθυπογράψας· τὸ δὲ ἴφος τοῦ δνώματος καὶ ἐπονημιῶν. διὰ τοῦ νοταρίου προτάξας φίνωμαι προς σὲ κυρ ρογεριον ὁ της εκείνοις προεστως τῆς μονης τῆς ἁγίας θεοτοκου του κυρ ζωσίμου καὶ σὴν σοὶ, παντας τοὺς ὑπο σε αδελφους, ἀφιερῶ σοι τους χωραφης· ὅση χορήπεως μωδιων· τ'. ἅπερ ἔχω ἐκ της μητρικης μου ὑποστάσεως· καὶ κεινὰ μὲ τοὺς ἄλλους μου ἀδελφους· τὴν ἐμην μύραν το ωντα καὶ διακειμενον εις τὴν περιοχὴν. ἄστι τοῦ νόε· εἰς τοπον λεγόμενον του αγίου εὔπλου· ὧν καὶ διορίζεται· οὕτως· κατα μὲν ανατολας· αρχόμεθα. ὡς ιδι ἐχει· παλεαν ἀπλήκεμα· καὶ απ εκεινης η ἥσα εως εις το ριάκει· καὶ καταβῃ το ξέρω ριάκη· καὶ

† Signum manus Irenes uxoris quondam Mule cognomento Troglari.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascripta Irene cognomento Troglari, quae signum sanctae et vivificae crucis propria manu exaravi, nomen vero et cognomen per notarium praefixi, offero tibi domino Rogerio praeposito monasterii S. Deiparae de Cyr-Zosimo, et una tecum omnibus fratribus, quibus praees, territorium capacitatis modiorum tercentorum, quod ex maternis bonis mihi obtigit, et commune habeo cum aliis meis fratribus, meam scilicet portionem. Situm vero est huiusmodi territorium in pertinentiis civitatis Nohae, ubi dicitur S. Euplus, his finibus comprehensum: ad orientem incipit a loco, ubi nunc est vetus diversorium, et inde vadit recta usque ad rivum, et descendit torrens et procedit ad flumen magnum Sarmenti, et inde recta pergit ubi fines sunt territorii Ursini filii pre-

ρίκτη εις τον μέγαν ποταμον του σαρμέντη. καὶ ἔρχεται η αυτὴ ἦσα· καὶ συνορίζει με τὸν χωραφιον ουρσήνου· του πρεσβυτερου φιλαρέτου· καὶ συνκλήζη με το χωραφιον τα ἅπερ ἀφιέρωσι βασίλειος του πρεσβυτερου ευστάθήου εις το μοναστηριον· ἔχει ιν αυτὴ σηκε· δ'. εκ τουτο το χωραφιον αφιερωσα την εμην μύραν· εις τον ὑρημένον πάνσεπτον ναὼν τῆς υπεραγίας θεοτοκου· καὶ ης σε κυρ ρωγεριον ο της εκεινης καιροῖς προεστως· ἵνα ιχη αυτὴς η ἐκκλησία ἀεὶ παντοτε· καὶ συνκυριεύση αυτην μεχρη τερματων αιώνων καὶ επέκεινα· ἴ δὲ φανόσιν ποτὲ κυρῶν ει χρονων τοῦ επιζητήσε η αγία εκκλησια εκ του τιούτου χωραφιου· εἴ αγωγην τυνα κατα της εκκλησιας χρείσασθαι βουλόμενος, μήτε εγῶ μήτε της εκ του κατ εμοῦ μερους εἴ κληρωνομος. εἴ ξέ ου προσόπου· ἔστο αυτῶ ανάθεμα παρα πατρὸς καὶ υιοῦ καὶ αγίου· πνευματος· τὸν τί'. και η'· αγίων θεοφόρων πατρων. κληρωνομεῖν καὶ την αράν ἰούδα τοῦ προδότου. ζημιούσθω δε, καὶ υπερ παραβασίας του τημίου καὶ ζωωποιου σταυρου νομισματα λς'· ἡθ ουτως διαμένεται κατα της εκκλησίας, ἡ τιαύτη τέλια καὶ πληρεστάτη αφιέρωσις· ἣν καλωθελῶς εποίησά σοι στερεα βεβαία καὶ απαρασάλευτος δια το εὐτο· μοι αρεσθηναι † γραφὲν δια χειρὸς κωνσταντίνου νοταριου ὁ το επικλην τὸν κλεριμοντε κατ επιτροπῆς ρωγεριου της εκεινης κεροις προεστῶς ἐν μηνι· δεκεμβριω· της η' ινδικτιωνος· τοῦ ἔτους ϛχνδ'. παροντων αξιοπιστων μαρτυρων.

† βασίλειος του πρεσβυτερου εὐστάθειου μαρτυρ υπεγραψα οικεία χειρὶ τον τήμιον σταυρων το δὲ ἴφος δια του νοταριου καὶ ταβουλαρίου.

† δουραντης της νουκάρας μαρτυρ υπεγραψα. † ιωαννης ιερευς μαρτυρ υπεγραψα.

† ιωαννης του κῦρ δόμεστηκου και κρητης τοῦ κυρ ζωσιμου μαρτυρ υπεγραψα.

† στεφανος του κυρ ευσταθίου μαρτυρ υπεγραψα.

sbyteri Philareti, et clauditur cum territorio, quod obtulit monasterio Basilius filius presbyteri Eustathii; sunt vero ibidem ficus quatuor. Huius autem territorii portionem, quae mihi obvenit, offero praedictae venerabili ecclesiae SS. Deiparae, et tibi domino Rogerio, qui eidem nunc praefectus es, ut ipsum possideat ecclesia in perpetuum, et dominium habeat usque ad finem seculorum et ulterius. Si quis vero aliquando repetere voluerit praedictum territorium a sancta ecclesia, aut ipsi litem intentare, sive ego, sive quisquam ex meis consanguineis aut heredibus, sive alia persona extranea, maledicti simus a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, et heres sit maledictionis Iudae proditoris, et ob sanctae ac vivificae crucis violationem solvat poenae nomine solidos sex et triginta, et nihilominus deinceps ecclesia retineat istiusmodi plenam et perfectam oblationem, quam de bona voluntate feci tibi, firme, stabiliter et inconcusse, quoniam ita mihi visum est. † Scriptum manu Constantini notarii cognomento Clarimontis de mandato Rogerii pro tempore monasterii praepositi, mense decembri, indictione VIII, anno 6654, praesentibus fide dignis testibus.

† Basilius filius presbyteri Eustathii testis propria manu subscripsi honorabilem crucem, nomen vero per notarium et tabularium.

† Durantes de Nucara testis subscripsi. † Ioannes presbyter testis subscripsi.

† Ioannes filius domini Domestici et Iudex Cyr-Zosimi testis subscripsi.

† Stephanus filius domini Eustathii testis subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 46.)

CXLII.

1146 — Indict. IX.

Gulielmus de Fabalibus in filii locum adoptat Philippum Nicolai filium.

† Εν ονοματι του πατρός του υιου καὶ του αγιου πνευματος· επιδήπερ εξ αρχὴς καὶ ανωθεν εἰ θήοι νωμοι καὶ ἱερὶ κανωνες διακαὶλεύουν ἴτε εκ θεου ἴτε εξ ἰδιας προερεσεως υιους πνευματικοὺς γίνεστε· ὅθεν καγὼ γουλλιέλμος, τῶν Φαυάλων ἴωθετηζω τὼν υιον του νἴκολαου υιος του κυρ ούρσου του κυρ σινέσιου· του δουλεύσαι μἴ ὁ υιος σάρκὴκὼς· ἀδηλος· ἀκλωπος· καὶ απὼ παντώς κακού πράγμὰτως ὁ υιος πιστως και αν. . . . . ειυα επιδωσω αυτων γυνὴ καὶ εκ τω πραγματων μου επιδωσω αυτου ος του εμου υιου· καὶ εαν πάλην ευρεθὴ ὁ αυτως πνευματικος μου υιος φἴληππος· εν κλωπια. καὶ εν κακηα καὶ μὴ πιήση τώ θελημα μου· ὡς καθώς εστην τω δικαιον καὶ αποχωριστὴ απ ἰμου ἐκ του ἰμοὺ ὑκου ἵνα μὶ επιδωσω αὑτου τηπωτε. και απολαμβανω τὼν παροντα υιον μου δια χειρος του πατρος αυτου ενοπιον του γουαλτεριου βαλτερινου. καὶ ιωαννου του πρεσβυτερου γεωργιου καὶ ιωαννου του αγιου αρχαγγελου. ὁ καὶ εγγήἴταἳδες· παροντων αξιωπιστων μαρτυρων. γραφέν δια χειρος θεοφυλακτου ἱερεως νοταριου ετους ϛχνδ'. της θ'. ινδικτιωνος. † ιωαννης της δωνναλειας τωτε κριτης μαρτυρ υπεγραψα. † ιωαννης του πρεσβυτερου γεωργιου μαρτυρ υπεγραψα. † ιωαννης του αγιου αρχαγγελου μαρτυρ υπεγραψα. † καρυερτος του μαριανου μαρτυρ υπεγραψα. † γουάλτεριος υαλτεριος μαρτυρ υπεγραψα. καὶ ἰς τουτο απολαμβανω αυτου τὸν παροντα υιον μου ζωντα καὶ νεκρών· καὶ ἴς την εξουσιαν μου και των υιον ημὼν παντωτε εὼνας εὼνων.

† In nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti. Quoniam ab initio et antiquitus divinae leges et sacri canones statuunt, sive ex divina, sive ex sua cuiusque voluntate, filios adoptivos adscribi; ideo ego Gulielmus de Fabalibus adopto filium Nicolai filii domini Ursi de domino Synesio, ut loco carnalis et germani filii mihi inserviat, et sit sine dolo et fraude, atque ab omni malo opere abstineat, ut fidelem filium decet . . . . . dabo quidem ipsi uxorem, et bonorum meorum consortem faciam, ac si meus esset filius. Quod si quando ipse adoptivus meus filius Philippus in furto aut aliquo flagitio deprehendatur, nec, ut par est, mihi obtemperare velit, et a me, meaque domo secesserit, non tenebor quicquam ei dare. Recipio autem hunc meum filium de manibus proprii eius patris coram Gualterio Balterino, et Ioanne filio Georgii presbyteri, et Ioanne de S. Archangelo, qui et fideiussores sunt, praesentibus etiam fide dignis testibus. Scriptum manu presbyteri Theophylacti notarii, anno 6654, indictione IX. † Ioannes de Donnalea pro tempore Iudex testis subscripsi. † Ioannes filius presbyteri Georgii testis subscripsi. † Ioannes de S. Archangelo testis subscripsi. † Charbertus filius Mariani testis subscripsi. † Gualterius Balterinus testis subscripsi. Ac proinde agnosco hunc praesentem filium vivum et defunctum et in potestatem meam recipio meorumque filiorum in secula seculorum.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 45.)

CXLIII.

1147 — Mense Augusto 24 — Indict. X.

Nicolaus Ciconia, et Nicolaus de Licastro vendunt tarenis sex et viginti Nicolao filio Meli de Licastro, eiusque fratribus vineam positam ad Umbrecem.

† Εν οιομματι του πατρος καὶ του υιου καὶ του αγίου πνευματος· σὴμίον χειρος πρεσβυτερου νικολαου κικῶνια· καὶ νηκολα δε λεικαστρου οιμοῖς επιτροποι ὁ τον τημηρον και ζωοπιον σταυρον· ειδυοχειρον μου προταξεν οικηα εἶμῶν γνὲμοι· καὶ ημᾶς προαίρετος δι ης φενῶμεθα κε ομολωγουμεν πρασχῶμεν το αμπελιον τῶ οντα καὶ διακίμενον εἰς τω οὐμβρεκαι· εις τον νικολαον υιου μελε δε ληκάστρου καὶ τοὺς αδελφοὺς αυτου λέο· και ρῶυέρτου· τὸ ἐχουσὶν εἰς εξοῦσίαν· κλαδέυσε· αρωτρευσε· τριγίσε· πουλεῖν· χαρίζειν· ανταλλαττειν· και υς πρίκα των υιων αυτοῦ διδῶναι· καὶ ει τι δ αν υουλεται ὃς το κυρος καὶ τι αυφεντία παρ ημᾶς ἔλαυεν· ἀπο του νὶν και εις τοὺς εξῆς χρονους· εστὶν δὲ μετρος οργίες του αυτοῦ αμπελιου· μέρος ανατολικον οργίες κζ' δύσι· οργιες λθ' και β'. αγκονάρια· μεσυμυρύα· οργιες ιε' και β' αγκονάρια· μερος ἄρκτος οργιες κ' στη σῶδω καὶ εξῶδω. καὶ μιαν σικειαν· καὶ οἰμοῖς ἐπίτρωπη· ὁμωλῶγοῦμεν· ὅτι ειλείφαμεν εκ τας χείρας τοῦ νικολα. και τον αδελφῶν αυτοῦ· ταρὶα κζ'· καὶ οιμοῖς ει πίτροπι ει προγεγραμμένοι· εδῶκαμεν περι τὴν ψυχὴν του λεο δε ληκαστρου· περ αφεσεος τας αμαρτίας αυτου· εαν φανὴς ποταὶ καιρω χρονω. ειται οἰμοὶς ει προγεγραμμένη ηται εκ τοῦ γενους ἀυτὸν· ἡ ται υιος αυτοῦ· ζιτουντα· η εγκαλουντα· ει δικωλογοῦντα· ἀπάνο του γ' αδελφοὺς· περι του αμπελο· τουτο· ὁμολογῶ ειυα δῶσι εἰς τῶ σακκελλιον του ριγὸς ριγαλη κ'· καὶ συὸπαν ἄκον καὶ μη υουλων· και τώ ειυε ακολυτον παντων· υπο βαδιμονιου αλφάνου μάγιρε. εν παρουσία ἀξιοπιστῶν μαρτυρων λεο παλμενταίρι μαρτυρ. † υασιλειος ριτικαίλλα μαρτυρ. † νικολαος υουλταίλλα μαρτυρ. † εγραφη δια χειρος ιωαννου ἱερεως τη κὲλευσὴν του κριτου τοῦ μιναδα· μηνι αυγοῦστου εις τας κδ'· ημερα. κυριακη. ωρα θ'. ετους ϛχνε' ινδικτιωνος ι'· εν τοις καιροις ρουκερίου ροιγὸς· μιναδα κριτης. ρουγεριου σισινηάνου στρατιγῶ· εξουσιάστα δε ιωαννὴν υολταίλλα υιος λέο πρωτοπαπα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 47.)

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Signum manus presbyteri Nicolai Ciconiae, et Nicolai de Licastro. Nos curatores, qui venerandam et vivificam crucem propria manu exaravimus, de propria nostra sententia et libera voluntate declaramus et confitemur vendere Nicolao filio Meli de Licastro, eiusque fratribus Leoni et Roberto vineam, quae sita est in loco dicto Umbrece, ut amodo et in perpetuum habeant potestatem putandi, arandi, vindemiandi, vendendi, donandi, permutandi et in dotem suorum filiorum constituendi, et quidquid voluerint faciendi, utpote qui dominium et facultatem a nobis acceperint. Haec autem est mensura ulnarum eiusdem vineae: ad orientem ulnae septem et viginti; ad occidentem ulnae undequadraginta et duo cubiti; ad meridiem ulnae quindecim et duo cubiti; ad septentrionem ulnae viginti, cum ingressu et egressu, et una ficu. Et nos curatores declaramus accepisse de manibus eiusdem Nicolai eiusque fratrum tarenos sex et viginti; et nos suprascripti curatores dedimus eos pro anima Leonis de Licastro, et pro redemptione eius peccatorum. Si qua vero occasione vel tempore apparuerit aliquis, aut nos ipsi suprascripti, aut ex cognatione nostra, aut filius noster, contra memoratos tres fratres petitionem, actionem, aut accusationem de supradicta vinea movere volentes, solvere debeamus Fisco regio regales viginti, et inviti ac nolentes silere; illi autem a nemine impediri aut molestari possint. Scriptum sub fideiussione Alphani Magiri, praesentibus fide dignis testibus. † Leo Palmenteri testis. † Basilius Riticella testis. † Nicolaus Vultella testis. † Scriptum est manu Ioannis presbyteri de mandato Minadae Iudicis, die dominica XXIV mensis augusti, hora IX, anno 6655, indictione X, temporibus Rogerii Regis, Iudicis Minadae, Rogerii Sisiniani Strategi, et Magistratus Ioannis Voltel lae fili Leonis protopapae.

CXLIV.

1147 — Mense Novembri — Indict. XI — Circlarii.

Testamentum Alpheranae de Caralea.

† Εν ονοματι του πατρος καὶ τω υιου καὶ του αγιου πνευματος· ἐπείδείπερ καγῶ ἀλφεραναις υπαρχων υιος του απιχαμενου ιωαννου του παπα νικολαου της καραλεας εν νοσω υαριτατω κατακλινεις κλινη τε κατασχεθεὶς τον νοῦν δὲ καὶ τας φρενας ερρωμενας εχω καὶ επι νοὺν εχω τω του θανατου ἀδειλον τέλος· κατα τὼ φάσκον ριτον. οτι ουκ ἐστιν ἀνθρωπος ὸς ζήσεται· καὶ ουχ ὥψαιτε θάνατον τούτο· οὖν πλειωνα· ενθυμουμενος τα προσὸντα μοι εκ τῆς πενηχρας μου ουσίας διατηθιμι· Εν πρωτοις θέλω καὶ βούλωμαι· ἵνα δοθητω υπερ ψηχής μου σωτηριας τω εμὸν μερος του αμπελιου εκ τα αμπελια του καλαυρου ὃν μοῖ ἔλαχεν μώριον· ταύτην προριθεισαν αμπελον τῶ εμῶν μερος ὃν· ἐμοὶράσαμην συν του ἐμοῦ υιου λάνδου καὶ του γάμβρου μου δουράντη ἐπαφίω ἀυτα τοῦ εμεῦ υιου λάνδου· ἄμα και τον αππιδον ὃν υπάρχει μεσόν τῶ αμπελιω ὃν ἐστὶν πλησίον τῶ αμπελιω τῆς καρρικάτας· καὶ σικαίαν μιαν ορθώσικα· ὃν υπαρχει εἰς την κατω αμπελι ὃν ἔιχεν θεωρετρον υ θυγατηρ βασιλείου του καλαυρου· διότι εκύκευσέ με· εις τὴν εμην αδιναμιαν. καὶ μέλλει μὴ δουλεύσαι· ἀπο της εμης εκ κωσμου αφήξεως ὑπερ ψυχηκής μου σωτηριας· καθὼς ἔθος εστὶν περι τῶν τεθνάιώτων μεχρι υἱου ζωῆς αὐτου· ὁμὶος επαφίω ἀυτῶ του υιου μου λάνδου υπερ ψυχηκης μου σωτηριας ἐκ τῶ ἐμὸν μερος τω χῶραφιον ὀν υπάρχει ἐπικατω μερος τῶ σπίλαιον τῆς αγιας ἐλενης πλησίον τῶ χῶραφιον τω κῦρ σαλαμὸν υιου γουλλιελμου ρουσιτου εκ τῶ δυσικον μερος· τῶ δὲ από τῶ δυσικὸν μερος υπάρχει τῶ χαλκει της αγιας ἐλαίνης· ἐπαφίω δὲ του εμου γαμβρου δούραντη τῶ αργὸν χωραφιον ὀν υπάρχει πλῆσιον του αυτου μοίραν του αμπελιου· την δε αμπελον ὡς καθως ὑπήρχε μοιρασμενον ἐπιτρέπω ἵνα ούτος υπάρχει μέχρὶ τερματων εὼνων· τα δὲ χωραφια καὶ υμεροδενδρια· ὅπου δ ἀν υπάρχει· ἐπαφίω του ἐμου υιου λάνδου καὶ τὴς εμῆς θυγατρος ανινης. ουτος θέλω καὶ υούλωμαι απαντα γενέσθαι· ὡστις δὲ ευρεθῆ εναντιουμενος κακωπραγμων· εκ ταύτης τὴς εμης διατάξεως σχὺ τω αναθεμα παρα πατρος· καὶ υιοῦ και αγιου

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quoniam ego Alpheranas filius defuncti Ioannis filii presbyteri Nicolai de Caralea, morbo gravissimo correptus, lecto detineor, sanam autem habeo mentem animumque, et incertum mortis finem recogito iuxta illud dictum, quod non est homo, qui vivet et non videbit mortem, eo magis haec recolens, de tenui patrimonio, quod possideo, ita statuo. In primis volo et cupio, ut detur pro animae meae salute pars vineae Calabri, quae mihi obtigit ex divisione eiusdem vineae, quam fecimus cum meo filio Lando, et meo genero Durante: et relinquo ipsam meo filio Lando simul cum una pyro, quae est in medio vineae iuxta vineam de Carricata, et unam ficum orthosycam, quae est in inferiori parte vineae, quam post nuptias in donum obtinuit filia Basilii Calabri, quoniam curam mei habuit in aegrotatione mea, et post meum obitum inservire debet saluti animae meae toto vitae suae tempore, ut mos est pro defunctis. Item relinquo eidem filio meo Lando pro salute animae meae partem meam de terra, quae sita est ad inferiorem partem speluncae S. Helenae: ad occidentem iuxta terram domini Salomonis filii Gulielmi Rusiti; nam quae occidentem spectat, est Ferrarii S. Helenae. Relinquo autem genero meo Duranti terram incultam sitam iuxta illam partem vineae, quae ipsi obtigit. Volo autem ut huiusmodi divisio vineae sic permaneat usque ad finem seculorum. Terras vero, et arbores fructiferas, in quocumque loco fuerint, relinquo filio meo Lando, et meae filiae Annae. Ita volo et cupio omnia fieri. Si quis autem improbus impedimentum afferre audeat huic meo testamento, maledictionem habeat a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et

πνευματος. ζημιοῦσθω δὲ καὶ εἰς τὼ δημοσιον νομισματα λϛ· ἐγραφη ὑ παρουσα διαταξης δια χειρος εμου νικολαου νοταριου και ταβουλαριου κηρκλαριου· εν μηνι νοεμβριω της ια' ινδικτιωνος του ϛχνϛ' ετους· παρουσια αξιωπιστων μαρτυρων.

† ιωαννης δοξιώτης μαρτυρ υπεγραψα οἰκεια χειρι τον σταυρων.

† ρωγεριος υιος του πρεσβυτερου δοὐραντη μαρτυρ υπεγραψα οἰκεια χειρι των σταυρων.

† γριγοριου βετρισανου μαρτυρ υπεγραψα οἰκεια χειρι των σταυρων και το ὔφος.

† χαρτουλαριος μαρτυρ υπεγραψα οἰκεια χειρι των σταυρον.

† νικόλαος κουμήνου μαρτυρ υπέγραψα δια των σταυρων· καὶ τώ ὔφος δια του νοταριου †

poenae nomine solvat Fisco solidos sex et triginta. Scriptum est praesens testamentum manu mea Nicolai notarii et tabularii civitatis Circlarii, mense novembri, indictione XI, anno 6656, in praesentia fide dignorum testium.

† Ioannes Doxiotes testis propria manu crucem subscripsi.

† Rogerius filius presbyteri Durantis testis propria manu crucem subscripsi.

† Gregorius Betrisanus testis propria manu crucem et nomen subscripsi.

† Chartularius testis propria manu crucem subscripsi.

† Nicolaus de Cumino testis crucem subscripsi, nomen vero per notarium †.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 48.)

CXLV.

1148 — Mense Februario 3 — Indict. XI.

Petrus filius Alpherii et Ioannes eiusdem Petri filius cum sua quisque uxore Sica et Marsilia vendunt Leoni de Mule Salernitanis tarenis viginti vineam cum parte arborum ad eos spectantium, quarum reliqua pars venditur eidem Leoni a Nicolao Bono tarenis duobus.

† σύγνον χειρὸς πετρος ὁ υιος ἀλφἰρίου † σύγνον χειρὸς ιωαννου ο υιος αὐτοῦ † σύγνον χειρὸς σίκα η γυνὴ αὐτοῦ † συγνον χειρος μαρσιλια η γυνη τοῦ ιωαννου.

Εν ονοματι του πατρος, καὶ τοῦ υιου, καὶ τοῦ αγίου πνευματος, ἡμὴς οἱ ἀνωτερω γεγραμμενοι τὸν τίμιον καὶ ζωοποιῶν σταυρον ποἰξαντες· οἰκεια ημῶν βουλῆ καὶ ἀγαθὴ προἐρεισει φαινῶμεθα ἡμῆς οἱ ανωτερω γεγραμμένοι πράσχωντες το αμπέλην μετὰ ἀνφοδον με το μέρος μας τῶν ὑμεροδενδρίων καὶ ἀγρίων· πράσχωμεν τούτω τω λέω του μουλε ιωαννου· διὰ ταρία σαλερινὰ κ', καγωγὲ νικόλαος, ὁ επικληθὴς τοῦ βωνη εποὐλεισα τὸ αυτω λέον τοῦ μουλὲ ιωαννου, το μέρος μου τῶν ὕμεροδενδριων καὶ αγρίων ὅπερ καὶ εἴχον εἰς τὸ αυπέλην τοῦ πρόρηθέντος πέτρου τοῦ αλφέρη ὁ καὶ πραστις δια ταρία σαλερνὰ, β', σὺν τὸ ἐσόδω καὶ ἐξοδω· μετὰ τῶν φραγμῶν· καὶ στρεφωματα τῶν βοηδίων· εἰσὶν δὲ τὰ σινόρια τοῦ ἀνπελίου· απὸ μέρος ἀνατολικον σὴνορη τὸ αμπέλην τοῦ αὔβου τῆς τροττας, καὶ απο μέρος δυσμὰς, αμπελιον τοῦ

† Signum manus Petri filii Alpherii. † Signum manus Ioannis filii eius. † Signum manus Sicae uxoris eius (*Petri*). † Signum manus Marsiliae uxoris Ioannis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui venerandam et vivificam crucem exaravimus, de propria nostra sententia et bona voluntate vendimus vineam cum ingressu et egressu, et cum parte nostra arborum tam fructiferarum quam silvestrium; eamque vendimus Leoni de Mule filio Ioannis pretio tarenorum Salernitanorum viginti. Atque ego Nicolaus cognomento Bonus vendidi Leoni de Mule filio Ioannis meam partem arborum fructiferarum et silvestrium, quas habebam in vinea praedicti Petri de Alpherio, et vendidi tarenis Salernitanis duobus, cum ingressu et egressu, cum sepibus et bubili. Sunt vero fines praedictae vineae huiusmodi: ad orientem vinea Hugonis de Trotta; ad occidentem vinea eiusdem Leonis emptoris, et territorium Petri de Mammana; ad septentrionem vinea eiusdem

αὐτοῦ λέον, ὁ καὶ αγωραστης. καὶ χωράφη τοῦ πέτρου τῆς μαμμάνας, καὶ από μέρος άρκτρο αμπέλιον τοῦ αυτου αύβος τῆς τροπτας, καὶ ἔριμον αμπέλιον τῶν υἱῶν ούρσου τοῦ μελιτοῦ, καὶ από μέρο μεσημυρινον η ὁδὸς δημοσία· ἡμῆς δὲ οἱ ανωτερω γεγραμμέναι μετα τό ἀπολαβεῖν τᾶ ταρία· εποιήσαμεν τὴν παρούσαν γραφὴν δια χειρος του νοταριου ἵνα εχέτω ὁ λέον ὃ καὶ αγωραστὴς εξουσίαν τό αμπέλην καὶ τα δενδρα τοῦ πουλεῖν καὶ χαρίζειν, καὶ εις προίκιον γράψαι καὶ ποιεῖν ὅσα βούλεται, ὡς κυρος καὶ τὴν εξουσιαν παρ ημων ἡλιφός· ἐαν δὲ φανὴ πωτὲ καιρῶ· ἤτε ἡμεῖς, ἤτε ἐκ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς, ἢ ἄλλος τις ἄνθρωπος ζητόντα, ἢ μάχας ποιῶν. ζημιοθήτω· εις τον αγωραστὴν εις τό διπλουν. καὶ εις τό δημώσιον λς'. ρυγάτα· στερεως δὲ εχέτω ὁ αγωραστὴς τό αμπελιον, καὶ τα δένδρα· ἐποιήσαμεν δὲ· καὶ τὴν παρούσαν γραφὴν· ενώπιον καλῶν μαρτυρων. μαρτυρ † βιτάλη κρητῆς. μαρτυρ † νικολαος ὁ υιος τοῦ κρητοῦ. μαρτυρ † νικόλαος λαυρουφρέδη, ὁ υιος ρωμάλδου· Εγραφη δια χειρος βασιλειου νοταριου ὁ υιος κομητος, ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ ευλαβεστάτου αυθεντου ημων ρογέρι ριξ καὶ στρατηγος ολεττας ρικκαρδος βουρρέρι. Εν ετει ϛχνϛ' ινδικτιωνι ια'. μηνὶ Φεβρουαριω εις τας γ'· ημερα γ'.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 49.)

Hugonis de Trotta et vinea inculta filiorum Ursi de Melito; et ad meridiem via publica. Nos autem suprascripti, acceptis tarenis, condidimus hoc instrumentum manu notarii; ut idem Leo emptor habeat potestatem vendendi praedictam vineam et arbores, donandi, dotis causa assignandi, et quicquid ei libitum fuerit faciendi, utpote in quem ius et dominium transtulimus. Si vero temporis progressu quisquam apparuerit litem aut molestiam illaturus, sive nos ipsi, sive quisquam de nostra cognatione, sive alius quilibet, poenae nomine solvat emptori duplum pretii, et Fisco regales sex et triginta, et nihilominus ipse emptor firmiter retineat vineam et arbores. Fecimus autem praesens quoque instrumentum coram probis testibus. † Vitalis Iudex testis. † Nicolaus filius Iudicis testis. † Nicolaus Laurofredi filius Romaldi testis. Scriptum manu Basilii notarii filii Comitis, temporibus piissimi domini nostri Rogerii Regis, et Strategi Olettae Riccardi Burreri, anno 6656, indictione XI, die III mensis februarii, feria III.

CXLVI.

1149 — Indict. XII — Cyr-Zosimi.

Constantinus Pelegrinus donat ecclesiae SS. Trinitatis et S. Mariae de Cyr-Zosimo portionem suorum bonorum et equam.

† συγνον χειρος κυρ κωνσταντινου αδελφου του νικολαου πελεγρίνου.

† αφιερῶσις ἐν ονοματι του πατρος καὶ του υιου καὶ του αγιου πνευματος· φενωμαι κἀγῶ κωνσταντινος ὁ τῶν τύπων του τιμιου καὶ ζωόποιοῦ σταυρου καθυπογραψας με. καὶ ἀφιερῶσομαι διά πολλας μου αμαρτιας εις την αγιαν τριαδα της κᾶβας καὶ εις την αγιαν θεοτοκον του κυρ ζωσιμου. καὶ εις τας χειρας του κυρ λεοντος πριουλου καὶ εις τους ἄλλους αδελφους δια πνευμα μου διά σὴνχόρισιν των αμαρτιον μου ομοιως καὶ δια την ὑπόστασιν μου ὁμολογῶ καὶ προστάγτω τουτο, ἀπο γάρ την σίμε-

† Signum manus domini Constantini fratris Nicolai Pelegrini.

† Oblatio in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Constantinus, qui signum venerandae et vivificae crucis exaravi, pro multis meis peccatis oblationem facio S. Trinitati de Cava, et S. Deiparae de Cyr-Zosimo in manibus domini Leonis prioris et aliorum fratrum, pro anima mea et pro remissione meorum peccatorum, et de meis bonis ita volo et mando, ut ex hac die et hora tradatur ecclesiae tuae fulva equa pulcherrima ex iis quas habeo; et de aliis bonis, quae possideo, totam meam

ρον ἡμεραν καὶ ωραν επιδίδωμι εἰς τὴν εκλησιαν την σιν φοραδὰ φάλβα τὸ κάλλιστον ὑπερ ἔχωμεν· καὶ ἐκ των ἄλλων ὑπαρχοντων μου το μέρος μου ὅλα εις την αγιαν εκκλησιαν· καὶ εἰς την ζωήν μου εκ τα πουλαδιτζια ὑπερ μέλλουσιν γέννήσι του πιάσωμαι δια ευτρεπισμον του σωματὸς μου. καὶ την πουλαδη ὑπερ καβάλλικεὔσωμαι εις την αποβιωσιν μου, κέλευσωμαι του ἀσὶν εις τον ἅγιον γεόργιον. ει δε ἐμφενη τίς και μέλλι καθαλιθῆναι τὴν εμην ἀφιερωσιν, εστω κατιραμενος παρα κυριω θεω παντοκράτορι. των τιη' ἁγιων θεωφωρων πατρων. καὶ την ἐμὶν αφηέρωσιν στερεαν καὶ απαρασαλευτον παρουσια των αξιοπιστων μαρτυρων. γραφεν δια χειρος ιωαννου ιερεος ταβουλαριου του κυρ ζωσιμου ετους ϛχνζ' ινδικτιωνος ιβ'. † περρωνη μαλισκαλκου μαρτυρ † ιωαννης του δωμεστίκου μαρτυρ † νικολαος λουμβαρδος καὶ υισκωμης μαρτυρω † ουβου σωναντη καὶ κριτης μαρτυρ † ιωαννης δίγτωρ μαρτυρ.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 50.)

portionem offero sanctae ecclesiae, et dum vixero, ex pullis equinis nascituris, eos mihi sumam, qui corporis mei commoditati inserviant ; sed post meum obitum volo ut ecclesia S. Georgii habeat equuleum, quo vehi solitus fuero. Si quis vero aliquando infringere velit hanc meam oblationem, sit maledictus a domino Deo omnipotente, a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus ; et nihilominus huiusmodi oblatio firma et inconcussa permaneat. Coram testibus fide dignis scripta est manu presbyteri Ioannis tabularii de Cyr-Zosimo, anno 6657, indictione XII. † Perroni Maliscalcus testis. † Ioannes filius Domestici testis. † Nicolaus Lombardus et Vicecomes testis. † Hugo Sonante et Iudex testis. † Ioannes Dictor testis.

CXLVII.

1149 — Mense Decembri 13 — Indict. XIII.

Rogerius Caciani dominus vendit Urso Pagani filio praedium situm in colle Cesinae pretio unius bovis et duorum tarenorum.

† σίμιον χειρος τοῦ ενδόξου καὶ κλιμὲ· καὶ εὐσιυε καὶ υψιλὲ· καὶ δυνατὸν· καὶ αλιθινοῦ αυφθέντι ημῶν ρουκερι τοῦ κακιάνου· ο τὸν τίμιον καὶ ζῶοποιὸν σταυρον εποίησαν οἰκια μου γνωμη και υουλη αὔφθερετω· πεπρακα εις σὲ ουρσοῦ υἱοῦ του παγάνου· ἐν πετζι χῶράφι τὸ κειμενον εις τον υουνὸν τὴς κεσίνας· πλισίον τῶν υἱῶν τοῦ κιτζι· καὶ τα δενδρια της οὖσιν εν αὔτὴν· διὰ εν υοιδιον· και β' ταρία· συν ησωδω και εξωδω αυτου· ἵνα εχης εξοῦσία ουρσοῦ την αὔτην χῶραφίου· γεην πονὴν· πολὴν· χαρίζην· ανταλλάττιν πρίξιν γράφε· περι την ψυχην διδῶναι· καὶ η τὶ δ ἀν θελεις καὶ υουλεσε εστιν δε περιορησμῶς τοῦ αυτοῦ χῶραφίου· από ανατολικον μέρος· νικολαος καταπάνου· καὶ οἰλλι τοῦ κίτζι· και απο δίσι· ιωαννης τοῦ αμάτου. καὶ παπα ούρσοῦ τοῦ πρεσβυτερου γεόργι· και από ἄκτρον· οἰλλι τοῦ κιτζι· καὶ από μεσυμυρια· πρεσβυτερος νικολαος νοταρου· καὶ αγγελος. ἵ δ ὑπερ ουκ ιγουμαι φοραθὴ τὶς επενῶχλοισεν

† Signum manus gloriosi, et inclyti, et pii, et excelsi, et potentis, et veri Domini nostri Rogerii de Caciano. Ego qui venerandam et vivificam crucem signavi, de propria mea sententia et libera voluntate vendo tibi Urso filio Pagani unam portionem terrae sitam in colle Cesinae, iuxta terram filiorum Citzi, cum arboribus ibi consitis, cum ingressu et egressu, pro uno bove et tarenis duobus; ut tu, Urse, potestatem habeas idem praedium colendi, vendendi, donandi, permutandi, in dotem assignandi, pro tua anima dandi, et quidquid volueris faciendi. Sunt autem fines praedictae terrae: ad orientem Nicolaus Catapanus et filii Citzi; ad occidentem Ioannes de Amato, et presbyter Ursus filius presbyteri Georgii; ad septentrionem filii Citzi ; ad meridiem presbyter Nicolaus notarius, et Angelus. Si quis vero, quod non putamus, etiam ex habitatoribus Caciani, de huiusmodi territorio molestiam afferre ten-

περι τὸ τοιουτον χῶραφίου· ητι τὶς ανθρωπον του καχιανου· εμ πρῶτις. του στρεψειν τω δυπλῶν και εις τω δημωσιον λς' νομισματά και ακω σιῶπαν και μη κουλωμενος· εμ παρουσια μαρτυρων παπα νασιλειος ο κριτης μαρτυρ νικολαος καταπάνου μαρτυρ δομινικου μαρτυρ ρουπερτου δομεστικου μαρτυρ δημητριος νικολαου καταπανου. εγραφι δια χειρος νικολαου ἱερεος καὶ νοταριου δια προσταξιν του αφθεντι μηνι δεκεμβριω εις τας ιγ' ημερα γ' ωρα θ'· ετους ϛχνη' ινδικτιωνι ιγ' εν τες ημερες αυφθεντι ρουκερι και στρατιγου κυρ τανκριδα της σιλυα· καὶ υισκάμις πετρου θεδοσι.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 52.)

taverit, in primis duplum pretii reddere teneatur, et publico Aerario solvat solidos sex et triginta, et invitus nolensque taceat. Praesentibus testibus presbytero Basilio Iudice, Nicolao Catapano, Dominico, Ruperto Domestico, Demetrio filio Nicolai Catapani. Scriptum manu Nicolai presbyteri et notarii de mandato Domini die XIII mensis decembris, feria III, hora IX, anno 6658, indictione XIII, temporibus domini Rogerii, et Strategi domini Tancridae de Silva, et Vicecomitis Petri Theodosii.

CXLVIII.

1152 — Indict. (XV).

Ascettinus cognomento Armus vendit tarenis Salernitanis decem Urso Pagani filio praedium positum in loco nuncupato Monte Pardi.

† σειμίον χειρὸς του κυρ ἀσκηττινου, ὁ επικληθεις, τοῦ ἄρμου.

Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιου καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. ἐγῶ ἀσκηττινος, ὁ ἀνωτερω γεγραμμενος, ὁ καὶ τὸν τιμιον καὶ ζωοποιῶν σταυρον ποιξας, διὰ χειρὸς, τοῦ νοταριου, ἠκία μου γνῶμη καὶ ἀγαθη προὑραίσει καὶ οὐκ ἔκ τινος, τὸ παράπαν ἀνάκης, ἢ ραδιοὐργίας, ἀλλ ἐξ αγαθὴς μου προερεσεως, δι ἧς φαίνωμαι καὶ ἐμολογῶ πράσκων τα χωραφια ὄντα καὶ διὰκείμενον, εἰς τὸ τοπονπωθεσίαν, τοῦ βουνῶ τοῦ πάρδου, πέπρακα τὸ ἀυτὸ χωραφιον, τῶ οὔρσω τοῦ παγάνου, οἰκειτωρ τοῦ χωρίου τῆς περτούσας, διὰ τάρια σαλερινα, ί', σὺν τὸ ἐσωδω, καὶ ἐξωδω, μετὰ ἡμεροδενδριων, καὶ ἀγρίων, εἰσὶν δὲ συνόρια περὶ του τοιούτου χωραφιου, ἀπὸ μέρος ἀνατολικὸν, συνορὴ τὸ χωραφιον τοῦ κωνσταντινου τοῦ φλώκκα οἰκείτωρ καγγιάνου· καὶ ἀπὸ δυσμὰς, χωραφιον τοῦ αυτοῦ κωνσταντινου, καὶ ἀπὸ ἄρκτρου, χωραφιον τοῦ διμιτριου, ὁ υιος μηχαηλ τοῦ πρεσβυτερου διμήτριου καὶ τῶν αυτοῦ αδελφῶν καὶ των υιῶν του νικολάου βραγχελίου· καὶ ἀπὸ μερος μεσυμβρινὸν· τὸ χωραφιον τοῦ μαρτίνου, οἰκείτωρ καγγιάνου· ἐγῶ δὲ ὁ ἀνωτερω γεγραμμενος μετὰ τὸ απόλαυεῖν, τὰ ταρια εκ χειρὸς τοῦ οὔρσου, ἐποίησα αὐτῶ

† Signum manus domini Ascettini cognomento Armi.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Ascettinus suprascriptus, qui sanctam et vivificam crucem signavi manu notarii, de propria mea sententia, et bona voluntate, nulla omnino vi compulsus, aut fraude, sed de bona mea deliberatione declaro et fateor vendere territorium, quod situm est in loco qui dicitur Mons Pardi, et pro vendito habeo hoc territorium Urso Pagani filio de casali Pertusiae pretio tarenorum Salernitanorum decem cum ingressu et egressu, et cum arboribus cultis et incultis. Sunt autem eius fines: ad orientem territorium Constantini de Flocca incolae Caggiani; ad occidentem territorium eiusdem Constantini; ad septentrionem territorium Demetrii filii Michaelis filii presbyteri Demetrii, eiusque fratrum, et territorium filiorum Nicolai Branchelii; ad meridiem territorium Martini de Caggiano. Ego vero suprascriptus, acceptis tarenis de manu Ursi, feci ipsi praesentem scripturam manu notarii, ut potestatem habeat ipse emptor di-

τὴν παρεῦσαν γραφὴν, διὰ χειρὸς τοῦ νωταριου, ἵνα εχέτω ὁ αγωραστὴς, ἐξουσίαν τὸ χωραφιον· πουλεῖν· χαρίζειν· ἀνταλλάττειν· καὶ ποιεῖν ὅσα βούλεται, ὡς κυριος, καὶ τὴν εξουσιαν, παρ εμοῦ· εἰλιφῶτα. Εὰν δὲ φανῇ πωτὲ καιρῶ, ἤτε ἐγῶ, ἤτε ἐκ τῆς συγγενιας μου, ἢ ἄλλος, τίς ανθρωπος, ζητόντα, ἢ μάχας ποιῶν, ἢ ενατιῶν, ζημιωθητω εις τὸν αγωραστην, εἰς τὸ διπλοῦν, καὶ εις τὸν δημὼσιον, λς' ριγάτα, καὶ αυτὸς ὁ αγωραστης· εχετω τὸ χωραφιον, στερεῶς καὶ απαράσαλευτος· Ἐγράφη η παρούσα γραφη δια χειρος βασιλειου νωταριου, Ἐν ἔτει ϛχξ' ινδικτιωνι ιδ'. Ἐνώπιον καλῶν, και αξιοπιστων μαρτύρων· † νικολάου κρητῆς, ο υιος βιταλη κρητης μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυρον· † ουρσουλέον ὁ υιος λέον τοῦ καγγιανου· μαρτυρ υπεγραψα τον σταυρον, δημίτριος ὁ υιος μιχαηλ τοῦ πρεσβυτερου. μαρτυρ † υπεγραψα τὸν σταυρον. Ἐν τοῖς καιροῖς του κρατεωτάτου αυθεντι, ημῶν, ρῖξ ρογειρίου, καὶ ὁ υιος αὐτοῦ ρῖξ γουλιέλμου και καμυτριλλιγου ο κυρ άλφανος καστελλου μάρης καὶ στρατιγὸς δὲ ὀλεττας ιωαννης τῆς ὠρτης ο υιος βιταλη κρητης.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 53.)

ctum territorium vendendi, donandi, permutandi, et faciendi quicquid voluerit, tamquam dominus, potestate a me accepta. Si autem temporis progressu aut ego, aut aliquis de mea cognatione, aut quicumque alius praesumpserit molestiam, litem, aut controversiam inferre, poenae nomine duplum pretii emptori solvamus, atque Fisco nummos regales sex et triginta; et nihilominus ipse emptor territorium retineat firme et stabiliter. Scriptum est praesens instrumentum manu Basilii notarii, anno 6660, indictione XIV, coram probis et fide dignis testibus. † Nicolaus Iudex filius Vitalis Iudicis testis crucem subscripsi. † Ursoleo filius Leonis de Caggiano testis crucem subscripsi. † Demetrius filius Michaelis presbyteri testis crucem subscripsi. Temporibus potentissimi domini nostri Regis Rogerii, et filii eius Regis Gulielmi, et Cambrillingi domini Alphani de Castello Maris, et Strategi Olettae Ioannis de Corte filii Vitalis Iudicis.

CXLIX.

1154 — Indict. II.

Irene uxor defuncti Ioannis Franci vendit domino Umfredo priori Eremitarum sub titulo SS. Apostolorum praedium situm in loco dicto Arsaphia tarenis aureis octo.

† σύγνον χειρὸς δόμνας τῆς ποτὲ γαμετὴς τοῦ ἀπϊχομένου ιωαννου Φράνκου: † σύγνον χειρὸς λεοντος υἱοῦ αὐτῆς: † σύγνον χειρὸς ἐρήνης θυγατρὸς αὐτῆς: † σύγνον χειρὸς θύρσου γαμυροῦ ἐρήνης: † σύγνον χειρὸς ζόης θυγατρὸς ἐρήνης: † σύγνον χειρὸς καλης θυγατρὸς αυτης: Καγῶ ερήνη ἡ ἀνωτέρω γραφήσα εἰ το σύγνον του τϊμίου καὶ ζωόπιοῦ σταυροῦ εἰκήοις δακτήλοις καθυπογράψασα, ἑκουσία μου τι γνώμϊ καὶ εἰκήα προὲρέσι, καὶ οὐκ ἐκ τινος τῶ παραπὰν ἀνάνκης. εἴ υείας. εἴ δόλου. εἴ χλεύϊς. εἴ ραδϊουργίας, εἴ ὅσα τοῖς νόμοις εἰσὴν ἀπιγορευμένα. μᾶλλον μὲν, οὲν σὺν πρωθυμία πᾶσι καὶ ὁλωψύχω προθέτι πιπράσκω εἰς σαι τὸν ὁσϊώτατον, ἴερωμονάζωντα, καὶ πριούρον ἁγίων αποστόλων τῶν ἐρϊμίτων, χωράφιω τὸ ὄντα καὶ διάκήμενον εἰς τόπον λεγομενον ἀρσαφίαν, τῶ ἅπερ

† Signum manus Domnae quondam uxoris Ioannis Franci. † Signum manus Leonis filii eius. † Signum manus Irenes filiae eius. † Signum manus Thyrsi generi Irenes. † Signum manus Zoës filiae Irenes. † Signum manus Calae eius filiae. Ego Irene suprascripta, quae signum venerabilis et vivificae crucis mea propria manu exaravi, libera mea voluntate et propria deliberatione, nulla omnino ex necessitate, vel vi, vel fraude, vel dolo, vel malitia, vel alia quavis ratione legibus vetita, magis vero cum omni alacritate, et totius animi proposito, vendo tibi sanctissimo monacho et priori Eremitarum, sub titulo sanctorum Apostolorum, praedium extans in loco dicto Arsaphia, quod habui ex paterna hereditate mea, tibi, inquam, domino Umfredo prae-

ἔσχον ἐκ πατρικῆς μου κληρονομίας, σὶ τῶ κυρω ὄν-
φραὶ τῶ προγραφεντι, πριούρω. οὔτϊνος μὲν ὁ περϊό-
ρησμὸς αὐτοὺ ἐστὶν οὕτως· κατὰ μὲν ἀνατολὴς σύν-
ορούνται, τῶν χωραφίων, τὰ ἅπερ ἔχουν ἀγοράν,
λεων ὁ ἀδελφος μου καὶ νικόλαος ὁ συνγενής μου, ἐκ
τὴν γυνὴν πρεσβυτέρου νϊκηφόρου τὴν ἐμὴν αὐταδελ-
φην. ἀπο δὲ δησμὰς τα χωράφια του λυσσάρου· ἐκ
δὲ ἄρτρου τα χωραφια τῆς ἐγκλησιας ὑπεραγίας θεο-
τοκου τῆς ἀρσαφίας· ἐκ δὲ μεσυνυρίας τα χωράφια
του ριθέντος λεοντος του ἀδελφου καὶ των ετέρων μου
εἰδίον· ὑπερ δὲ ἄρχεται οὐτος· ὃς ἐκδέχετε ἀπο τω
συνορων τῆς αυτῆς ἐγκλησιας. καὶ εἰσέρχεται τρακλὰ
τὶς ἀππίδας εἰς τὴν ναθειαν καὶ ἀναυένν κατα δη-
σμὰς εις τὸ σκὴνον καὶ εἰς τὴν αγριοἀππίδαν καὶ συν-
κλῦει· πέπρακα δὲ σι αὐτὼ διὰ χρϊσοὺν ταρια η'·
ἄτεινα λαβῶν αὐτὰ ἀπο τας σσᾶς, χείρας εἰς τας ἐ-
μᾶς χείρας, δέδωκά σοι αὐτῶ ἀπο τὴν σήμερον ἡμέ-
ραν καὶ ὡραν εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας καὶ διϊυνεκῆς χρό-
νοις, ποιὴν ἐν αὐτῶ τα δοκούντα σοι ὡς τῶ κύρος
καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ἐμοῦ ἠλυφὸς· ἡ δὲ ποτὲ κερῶ
εἶ χρώνω φανὴ τίς, κύνησιν ζήτησιν εἶ αγωγὴν ποιὴσι
ἵνα ἥσταμαι καὶ δεφενδεύω αὐτῶ ἐκ παντὸς προσό-
που· εἶ δὲ κἀγῶ ἀστήσομαι εἰς επαναστροφὴν πυραθῶ
ἐλθεὶν ἵνα μὶ ἠσακούωμαι. μάλλων δὲ ζημϊοὔσθε δέ
με εις τὸ δεμώσιω νομισματα λς'. καὶ σοὶ τῶ ἀ-
γωρακότι, τῶ τίμιμα δυπλοῦν. καὶ εἰθ οὔτω στέρ-
γειν καὶ ἐμμένην τὴν τϊαύτην καθαραν καὶ πληρεστά-
την καὶ τέλειαν διάπρασιν. εἴτῖς καὶ ἐγράφη κατα
παρουσίας τὸν παρευρεθεντων αξηόλόγων καὶ χρϊσίμων
ἀρχόντων· καὶ ετέρων πλήστων καλῶν ἀνθρώπων·
λέγω δὴ κυρου υόνου· † βώνος υἱος γουλήλμου γω-
μανη μαρτυρ. † νικολαος καβαλλαριος . . . . . .
ἰωρδανου μαρτυρ υπεγραψα ηκεια χηρι. † ραος στρα-
τηγὸς αγιας εγκατερίνας μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυ-
ρὸν: † καγω λεων ἰος δαμιανου μαρτυρ υπεγραψα τὸν
τιμιον σταυρον ἰκια χειρι. † καγω θηρσὸς ἰος ἄννης
κατα του ἰλαριου μαρτυρ υπεγραψα ηκεια χηρι τον
τίμιον σταυρον ηκια χηρι.

† εγραφει δὲ τὼ παρὸν χαρτίον δια χειρὸς ευτελευς
πρεσβυτερου πετρου καραμαλλου. επὶ ἔτους ϛχξβ'
ινδικτιωνος β':

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 41.)

dicto priori. Eius praedii fines hi sunt: ab oriente finitima sunt praedia, quae emerunt Leo frater meus et Nicolaus meus cognatus ex uxore presbyteri Nicephori mea sorore; ab occidente sunt praedia Lissari; ad septentrionem praedia ecclesiae sanctissimae Deiparae Arsaphiae; a meridie praedia dicti Leonis fratris, et aliorum meorum propinquorum. Superiori vero parte hoc habet initium: ut vadunt fines ipsius ecclesiae, et ingreditur in Traclam pyri in vallem, et ascendit ad occidentem ad lentiscum et ad pyrum silvestrem, et clauditur. Hanc autem venditionem tibi feci aureis tarenis octo; quos cum accepissem a manibus tuis in meas, dedi tibi memoratum praedium ab hac die et hora ad perpetuitatem, omni cum potestate faciendi in eo quae tibi videantur, utpote qui dominium et potestatem a me accepisti. Si quis vero aliqua occasione vel tempore apparuerit turbationem, quaestionem aut actionem intendens, tenear obstare ac defendere ipsum (*praedium*) ab omni persona. Quod si secus fecerim, et consilium mutare tentaverim, ne exaudiar, sed potius mulcter Fisco numismatis sex et triginta, ac tibi emptori duplo pretii; et nihilominus firma et stabilis maneat pura, plenissima et perfecta huiusmodi venditio, quae scripta est coram dignis et probis proceribus, qui interfuerunt, et aliis quamplurimis honestis hominibus, videlicet domino Bono. † Bonus filius Gulielmi Gomani testis. † Nicolaus Caballarius. . . . . Iordani testis subscripsi propria manu. † Rhaus Strategus Sanctae Ecaterinae testis subscripsi crucem. † Ego Leo filius Damiani testis subscripsi venerandam crucem propria manu. † Ego Thyrsus filius Annae de Hilario testis subscripsi propria manu venerandam crucem.

† Scriptum est praesens instrumentum propria manu humilis presbyteri Petri Caramalli, anno 6662, indictione II.

CL.

1154 — Mense Octobri 20 — Indict. III.

Rupertus de Terrun donat ecclesiis SS. Deiparae et Stephani Protomartyris et Ioannis Baptistae vineam positam ad inferiorem Cuculi partem.

† Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος †

† σίγνον χειρὸς ρωπέρτου, υἱοῦ ρωπέρτου δὲ τερρῶν· † σίγνον χειρὸς ἔμμας συμβίου αὐτοῦ· † σίγνον χειρος ρογερίου υἱοῦ αὐτοῦ· † σίγνον χειρὸς τυρόλδου ἀδελφου αυτοῦ. † σίγνον χειρὸς ρωπέρτου ἀδελφου αὐτῶν.

τοὺς τῷ θεῷ δουλεύοντας, καὶ τῷ θεῖον ὑπηρετοῦντας, νύκτωρ καί μεθημέρας καὶ μάλιστα θεῖοις πατράσι καὶ ἀδελφοῖς, δίκαιόν ἔστιν καὶ ἁρμόδιον, καὶ μᾶλα οἰκότως, τοῦτους καὶ περιθάλπειν· καὶ χεῖρα βωηθὴν ὠρέγειν· ἵνα καὶ αὐτοὶ ὑπερ ἡμῶν ἱκετεύοντες, εὕρωμεν ἵλεον τὸν κρητὴν ἐν τῇ ἡμέρα τῆς κρήσεως· ὅθεν κἀγῶ ὁ προρηθείς ρωπέρτος καὶ ἡ ἐμοῖ σύμβιος καὶ τὰ ἡμέτερα τέκνα, κοινῷ θελέματι, καὶ νουλῇ μία· ἐδωρησάμεθα, ἀπο τῶν δικαίων κρατημάτων ἡμῶν τοῦ κουκκούλου. ἀμπελόνα, εἰς τὸν πάνσεπτον ναὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου· καὶ τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος καὶ πρωτοδιακώνου στεφάνου· τοῦ ὄρους, καὶ εἰς τὸν πάνσεπτον ναὸν τοῦ ἁγίου ιωάννου τοῦ προφήτου· προδρώμου καὶ ναπτησθοῦ, τὸν ὑποκάτω τῆς ἐμῆς χώρας τοῦ κουκούλου. καὶ προς τὸν πνευματικὸν πατέρα ἡμῶν καί ἀδελφὸν τὸν μαΐστορα τοῦ ὄρους κυρὸν νικόλαον· καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς ἀδελφους, δέδώκαμεν εἰς αὐτοὺς ὡς προέφημεν ἀμπελόνα εἰς τὸ ὑποκάτω μέρως τοῦ κουκούλου, ἔστιν δὲ ὁ διάχορησμὸς αὐτοῦ οὕτως, κατα μὲν ἀνατωλὰς ὁ φραγμὸς τοῦ αὐτοῦ ἀμπελώνος. καὶ ἀπέξωθεν τοῦ φραγμοῦ ἡ ὁδὸς ἡ διάχωρίζουσα τὸ ἀμπέλον καὶ χωράφιον πέτρου τοῦ μαλλέα. καί ὡς κατέρχεται ὁ φραγμὸς καὶ ἡ ὁδὼς, ἐπὶ τὸ υόρυον μέρος εἰς τὴν ὁδὸν τὴν ἀπερχομένην ἐν τῇ αὐτῇ μονὴ τοῦ ἁγίου ιωάννου. καὶ ἀπέρχεται ὁ φραγμὸς τοῦ αὐτοῦ ἀμπελώνος ἄχρι τοῦ μεγάλου λίθου καί ἀνατρέχει ὁ φραγμὸς ὁ διαχωρίζων τὸν ἀμπελώνα τῆς αὐτῆς μονῆς κατα δυσμοὺ. καὶ ἀπέρχεται μέχρι τοῦ σύνορου τοῦ πρωτοκαράβου, καί ἀπέρχεται κατὰ ανατολὰς ἄχρη τῆς ὁδοῦ ἐν ὦ τὴν ἔναρξην ἐποίῆσαμεν καὶ συγκλύει. τοῦτω

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

† Signum manus Ruperti filii Ruperti de Terrun. † Signum manus Emmae eius uxoris. † Signum manus Rogerii ipsius filii. † Signum manus Tyroldi eius fratris. † Signum manus Ruperti fratris ipsorum.

Servientes Deo et sacra ministrantes diu noctuque, et maxime divinos patres et fratres, iustum et aptum et valde consentaneum est fovere, eisque dexteram adiutricem porrigere, ut, ipsis quoque pro nobis precantibus, iudicem misericordem nanciscamur in die iudicii. Quamobrem ego praedictus Rupertus, et uxor mea, et nostri filii, communi voluntate et uno consilio donavimus ex legitimis possessionibus nostris de Cuculo vineam venerabili templo sanctissimae Deiparae, et sancti Protomartyris et primi Diaconi Stephani de Nemore, et venerabili templo sancti Ioannis Prophetae, Praecursoris et Baptistae, quod est in parte inferiori meae regionis Cuculi, et spirituali patri nostro ac fratri magistro de Nemore domino Nicolao, et reliquis fratribus; dedimus ipsis, ut praediximus, vineam positam in parte inferiori Cuculi. Fines autem eius sunt huiusmodi: ex oriente sepes eiusdem vineae, et extra sepem via, quae dividit vineam et terras Petri de Mallea, et sicut descendit sepes et via ex parte septentrionali ad viam, quae vadit ad ipsum monasterium sancti Ioannis, et procedit sepes eiusdem vineae usque ad magnum lapidem, et vadit sepes, quae dividit vineam ipsius monasterii ex occidente, et procedit usque ad confinium Protocarabi, et pergit ab oriente usque ad viam unde initium duximus, et clauditur. Hanc, ut definita est, cum intus posito inculto praedio de-

ὡς ἐδιέχωρήσθη σὺν τοῦ ἀπέσωθεν αργοῦ χωραφίου δεδώκαμεν εἰς τὰς ρηθείσας ἐκλησίας καὶ ἀδελφοῦς, ὑπὲρ λύτρου καὶ ἀφέσεως τοῦ μακαρίου κόμητος ρογερίου, καὶ τοῦ μακαρίου καὶ ἁγίου ρηγός, καὶ μακαρίας ἀναπαύσεως τοῦ ἐμοῦ πατρός. καὶ αὔξησεως καὶ εὐημερίας τοῦ κραταιου καί ἁγίου αυθέντου ἡμῶν γουλιέλμου ρηγός· καὶ τοῦ ὑπερλαμπρου κόμητος ἀβηράρδου· καί ἡμῶν τῶν τὴν δωραιὰν δωρούμενον. ὅστις δὲ βουληθή κατάλύσαι ἢ ἀκυρώσαι τὸ παρὸν ψυχικὸν· εἴτε ἡμὴς αὐτοὶ. εἴτε κληρονόμοι ἡμῶν εἴτε διάδόχοι ἡμῶν μὴ εἰσακουεται. ἀλλ ἔστω καί κατυράμενος παρὰ κυριου θεοῦ παντόκράτορος· καὶ ἐχέτω τῶ ἀνάθεμα. καὶ καταθεμα. καὶ παντανάθεμα. καὶ ἡ μερὴς αὐτοῦ μετα ἰούδα τοῦ προδότου. ζημιάσθω καὶ εἰς τό τοῦ ἁγίου ρηγός· καὶ τοῦ κόμητος σαγκέλλιον ρηγάτους ρ' καὶ εἰθ οὕτω· στέργειν καὶ ἐμμένειν τὴν τοιαὕτην ἀφιέρωσιν μέχρι τερμάτων αἰῶνων ἐν παρουσία καὶ ἐπόψεσιν τῶν ἀξιόλόγων καὶ εὑρεθέντων πιστῶν μαρτύρων. εἴτις καὶ ἐγραφη ἐμοῖ χειρὶ πέτρου νοταρίου ἔτους ϛχξγ' ἐν μηνὴ ὀκτωβρίω εἰς τὰς κ' ινδικτιωνι γ' † σύν αὐτοὺ τοῦ δωρήματος καὶ τοῦ ἀνωτέρω συμφωνου, ἐδωρησάμεθα εἰς αὐτοῦς καὶ πάροικον ἕναν τὸν πέτρον πελεκανὸν σὺν τῶν παἴδων, ὅστις δε ἄρει αὐτὸν απὸ τῶν ρηθεισῶν ἐκκλησιῶν ἵνα εχη τὴν ἀνωτέρω πεινὴν. † βασιλειος υιος νοταριου γρηγοριου και στρατηγος σκιλλακιου μαρτυρ υπέγραψα. † Willelmus. carbonellus. squillacii testis sum. † βασιλειος υιος νικολαου σπαθαριου μαρτυρ υπέγραψα τον τιμιον σταυρον † Trancredus. carbonellus. testis sum. † οιγγουδουηνος μαρτυρ † ασιμὴος καμαρδης μαρτυρ † Rogerius. bolgre. testis sum.

† ἐγῶ ρωπέρτος δὲ τερροῦν ἐποιησα καὶ ἐσφράγησα

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 42.)

dimus dictis ecclesiis et fratribus pro redemptione et remissione beatae memoriae Comitis Rogerii, et beatae sanctaeque memoriae Regis, ac beata requie patris mei, et pro incremento et prosperitate potentis sancti domini nostri Gulielmi Regis, et clarissimi Comitis Aberardi, et nostri qui donationem fecimus. Quicumque autem voluerit infringere vel infirmare praesentem spiritualem oblationem, vel nos ipsi, vel heredes nostri, nostrique successores, ne exaudiatur, sed sit maledictus a domino Deo omnipotente, et habeat anathema, catathema et pantanathema, et pars ipsius sit cum Iuda proditore, ac mulctetur Curiae sancti Regis, et Comitis centum regalibus; et nihilominus deinceps firma et stabilis remaneat haec oblatio usque ad finem seculorum. Praesentibus et inspectantibus probis et fide dignis testibus, qui interfuerunt, scripta est manu mea Petri notarii, anno 6663, mense octobri, die XX, indictione III. Cum ipsa donatione, et cum superiori pacto concessimus eisdem et colonum unum Petrum Pelecanum cum filiis. Quicumque autem hunc abstulerit a memoratis ecclesiis, antedictae poenae subiiciatur. † Basilius filius notarii Gregorii et Strategus Scyllacensis testis subscripsi. † Basilius filius Nicolai Spatharii testis subscripsi venerandam crucem. † Inguduinus testis. † Asimius Camardis testis.

† Ego Rupertus de Terrun feci et signavi.

CLI.

1154 — Mense Octobri — Indict. III.

Rupertus de Terrun donat monasterio SS. Ioannis Baptistae et Stephani de Nemore quaedam praediola posita circum idem monasterium.

† Ἐν ονόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. † σίγνον χειρὸς ρωπέρτου υἱοῦ ρωπέρτου δε τερροῦν: † σίγνον χειρὸς ἔμμας συμβίου αυτοῦ. † σίγνον χειρὸς ροκερίου υἱοῦ αὐτοῦ. † σίγνον χειρὸς τυρόλδου ἀδελφου αὐτοῦ. † σίγνον χειρὸς ρω-

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. † Signum manus Ruperti filii Ruperti de Terrun. † Signum manus Emmae eius uxoris. † Signum manus Rogerii filii ipsius. † Signum manus Tyroldi fratris ipsius. † Signum manus Ruperti fratris ipsius.

πέρτου ἀδελφου αὐτοῦ. οἱμεὶς οἱ ἀνωτέρω προγραφέντες. οἱ τα σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ οἰκείες χερσὶν καθυπογράψαντες. ὡς ἐκ θεοῦ κοινηθέντες ἴδαμεν τὴν μονὴν τοῦ ἐν αγίοις πατρος ἡμῶν ἰωάνου τοῦ προφήτου προδρώμου καὶ βαπτιστοῦ, μὴ ἔχωντα ἁπλῶτιτα χωραφίων, ἀλλὰ στενὴν ὑπάρχουσα, καὶ μηδὲν ἔχουσαν ποῦ τὰ κτοίνοι αὐτῶν ἐξελθωσι τῆς μονῆς· διά τούτο ἐσύνιδον κοινὴς ἡμῶν νουλής· καὶ ἐσυναλλαξα μετὰ τῶν καλῶν μου ἀνθρόπων τὰ περίξ χωραφίτζια τὴς μονὴς, καὶ ἀφιέρωσα αὐτὰ ἐν τῇ ρηθείσει μονὴ. καὶ εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτοκον, καὶ εἰς τὸν πάνσευτον ναὸν τοῦ ἁγίου καὶ πρωτομάρτυρος καὶ πρωτοδιάκώνου στεφάνου τοῦ ὅρους καὶ εἰς τὸν πνευματικὸν πατερα ἡμῶν, καὶ μαΐστοραν τοῦ ὅρους κυροι νικόλαον. καὶ εἰς τοὺς δε λειποὺς ἀδελφοὺς· ἄρχεται δὲ ὁ περιόρησμός οὕτως ἀπο τὴν ὁδὸν τὴν ἐρχομένην εἰς ἅγιον ιωάνην ἀπο τό σύνορον τοῦ χωραφίου γρηγορίου κουκουλισάνου· καὶ ἀπέρχεται τό αὐτόν σύνορον τοῦ αὐτοῦ χωραφιου εἰς τὴν δρύν ἐν ῶ τὸν σταῦρον ἐποιήσαμεν· καὶ κατέρχεται ὁ χύμαρρος ἡ ρύσις τοῦ νεροῦ μέχρι τοῦ πωταμοῦ· καὶ ἀνέρχεται τό δυτικὸν μέρως ὁ πωταμὸς ἄχρι τοῦ ἡμετέρου μύλου· εἰς τό σύνορον τὴς ἐκκλησίας· καὶ ἀνέρχεται τό σύνορον τὴς ἐκκλησίας ἄχρι τὴς σουρβίας εἰς τό νου καὶ χύνει κάτω εἰς τὴν ναθεῖαν καὶ ἀποδίδει εἰς τὴν καρίαν καὶ ἀπο τὴν καρίαν ἀνατρέχει τό σύνορον ἄχρι τὴς δρὺς, καὶ ἀνέρχεται τό σύνορον ἄχρι τοῦ δυχαλῶτου λίθου καὶ ἀπεκείθεν εἰς τὴν ὁδὸν καὶ ὑποστρέφη ἡ ὁδὸς μέχρι τοῦ σύνορου του χωραφίου τοῦ κουκουλισάνου ἐν ῶ τὴν ἔναρξην ἐποιήσαμεν καὶ συνκλύει. τοῦτο ὡς ἐδιέχωρύσθη δεδώκαμεν προς τὰς ρηθείσας ἐκκλησίας καὶ εις τοὺς ἀδελφους ὑπερ λύτρου καὶ ἀφέσεως αμαρτιῶν τοῦ μακαριωτατου αὐθέντου ἡμῶν κομητος ρογερίου. καὶ τοῦ ἀειμνήσθου καὶ μακαρίου καὶ ἁγιου ρηγός καὶ αυθέντου ἡμῶν καὶ τῶν ἐμῶν γεννητόρων· καὶ αὐξήσεως καὶ εὐημερίας τοῦ κραταιού καὶ αὐθέντου ἡμῶν γουλιέλμου ρηγός· καὶ τοῦ ὑπερλάμπρου κόμητος αβηράρδου καὶ ἡμῶν τῶν τὴν δωραιὰν δορουμένων· τοῦ εἶναι ἀπο τὴν σήμερον ἡμέραν εἰς τὰς ρηθείσας μονὰς μέχρι τερμάτων αἰῶνων· ὅστις δὲ νουληθὴ μετατρεῦσαι καὶ πυραθὴ καταλῦσαι τό παρὸν ψυχικὸν εἴτε ἐγῶ αὐτός, εἴτε παίδες μου εἴτε παίδες παίδων ἢ ἄλλος τίς μὴ εἰσακούεται, ἀλλ ἔστω ἐπικατάρατος παρὰ κυριου θεου παντοκράτορος. καὶ ἡ μερεὶς αὐτοῦ μετὰ ἰούδα τοῦ προδώτου ζημιούσθω

Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivificantis crucis propriis manibus exaravimus, tanquam a Deo permoti, novimus monasterium sancti patris nostri Ioannis Prophetae, Praecursoris et Baptistae, amplis praediis carere, et locorum angustiis laborare, nec habere quo iumenta e monasterio (*ad pabulandum*) prodeant. Propterea ex communi nostra voluntate convenimus, et commutavimus cum honestis nostris hominibus praediola circum monasterium posita, eaque obtulimus dicto monasterio, et Sanctissimae Deiparae, et venerabili templo sancti et Protomartyris et primi Diaconi Stephani de Nemore, et spirituali patri nostro et magistro de Nemore domino Nicolao, et reliquis fratribus. Hi vero sunt fines: a via quae vadit ad sanctum Ioannem ex confinio terrae Gregorii Cuculisani, et abit ipsum confinium eiusdem terrae ad quercum, in qua crucem fecimus, et descendit torrens seu fluentum Nigri usque ad fluvium, et ascendit pars occidentalis iuxta fluvium usque ad nostrum molendinum, ad confinium ecclesiae, et ascendit confinium ecclesiae usque ad sorbum, collem versus, et descendit ad vallem et vadit usque ad nucem, et a nuce procedit confinium usque ad quercum, et ascendit confinium usque ad scissum lapidem, et hinc ad viam, et revertit via usque ad confinium terrae Cuculisani, unde initium duximus, et clauditur. Hoc, prout divisum est, dedimus dictis ecclesiis et fratribus pro redemptione et remissione peccatorum beatae memoriae Comitis Rogerii, et immortalis, beatae, sanctaeque memoriae Regis et domini nostri, nostrorumque parentum, et amplificatione ac faustitate potentis et domini nostri Gulielmi Regis, et clarissimi Comitis Aberardi, et nostri qui donationem fecimus; ut ab hodierna die pertineat ad dicta monasteria usque ad finem seculorum. Quicumque autem voluerit subvertere, et tentaverit destruere hanc spiritualem oblationem, vel ego ipse, vel filii mei, vel filii filiorum, vel quispiam alius, ne exaudiatur, sed sit maledictus a domi-

καὶ εἰς τὸ δημόσιον τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ρηγὸς καὶ τοῦ κομητος ρηγάτους ρ΄· καὶ εἰθ οὕτως στέργειν καὶ ἐμμένειν ἡ παροῦσα ψυχικὴ δοραιᾶ μέχρι τερμάτων αἰώνων, στέργω σοι καὶ τὴν ὑπόστασιν καὶ τὰ κρατήματα ἅπερ ἐκράτει ὁ ἄνθρωπος ὃν σοι ἐδωρησάμην εἰς τὸ ἕτερον ἀφιέρωμα τὸν πέτρον πελεκανὸν διά τῶν οὕτως ἀρεστεῖναι ἡμᾶς ἐνώπιον μαρτυρων †

† Ego. Willelmus carbonelli testis sum † Gondomus de cuculo testis sum. † Trancredus carbonellus testis sum. † ασιμηος καμαρδὴς μαρτυρ † λέων στολιάνὸς μάρτυρ † ιωάννης τοῦ πρωτοκαράβου μαρτυρ † υασίλειος σκληυαιδος μαρτυρ † πρεσβύτερος ιωάννης τοῦ νέωκαστρίτου μάρτυρ. † πρεσβυτερος θεόδωρος υιὸς προκοπίου μάρτυρ. † λέων φουκὰς μάρτυρ. † βασιλειος υιος νοταριου γριγοριου και στρατηγου σκιλλακος μαρτυρ υπεγραψα † βασιλειος υιὸς νικολαου σπαθαριου μαρτυρ υπεγραψα † ρικαρδος κονοσταβλὸς σκιλλακος μαρτυρ.

† Ἐγράφη ἐμοῖ χειρὶ πέτρου νοταρίου ἔτους ϛχξγ΄ ὀκτωβριου ινδικτιωνος γ΄ †

no Deo omnipotente et pars ipsius sit cum Iuda proditore, mulctetur quoque Fisco potentis et sancti Regis et Comitis regalibus centum: et nihilominus firma deinceps ac stabilis maneat praesens spiritualis donatio usque ad finem seculorum. Confirmo tibi etiam bona et possessiones, quas habebat homo, quem tibi donavimus in altera oblatione, Petrus Pelecanus, quia sic placuit nobis. Coram testibus.

† Asimius Camarda testis. † Leo Stolianus testis. † Ioannes de Protocarabo testis. † Basilius Sclibandus testis. † Presbyter Ioannes filius Neocastritae testis. † Presbyter Theodorus filius Procopii testis. † Leo Fuca testis. † Basilius filius notarii Gregorii et Strategi Scyllacii testis subscripsi. † Basilius filius Nicolai Spatharii testis subscripsi. † Riccardus Comestabulus Scyllacii testis.

† Scripta est manu mea Petri notarii anno 6663, octobri, indictione III.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 43.)

CLII.

1154 — Mense Octobri — Indict. III.

Basilius Madari et Leo Bacathari tradunt Ruperto de Terrun vineam, et pro ea recipiunt praedium positum ad Plagias.

† σίγνον χειρὸς βασιλείου μάδαρι· † σίγνον χειρὸς λεοντος βακαθάρη.

Φαινόμεθα ἡμεῖς ἀνωτέρω γεγραμμένοι, οἱ τα σίγνα τοῦ τιμίου σταυροῦ οἰκείαις χερσὶν καθυπογράψαντες, τῇ ἡμετέρα νουλῇ καὶ θελεῖσι, ἀναλαμβανόμενοι καὶ τοὺς λοιποὺς ἡμῶν ἀδελφοὺς καὶ κληρωνόμους, ἀλλάσσωμεν μετὰ σοῦ κυρου ρωπέρτου δε τερροῦν καὶ εἰς τοὺς ὑπὸ σὲ κληρονόμους, ἀμπέλον ὅπερ ἔχωμεν μεμυγμένον με τὸ ἐδικόν σου ρίζας χ΄, ὅπερ ἔδωκας εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου ιωαννου· καὶ ἀπελάβαμεν ἀνταλλαγμα τοῦ τιοῦτου ἀμπελώνος εἰς τὰς πλαγίας καθάτι τὸ χαρτίον τὴς ἀλλαγῆς ὅπερ ἐποίησας ἡμῖν δειλὴ. τὸ δὲ ἡμέτερον ἀμπέλον ὅπερ σὺ ἀνταλλάξαμεν, ὑπάρχει τὸ πλυσιάζωντα ἐπὶ τὴν ὁδῶν· καὶ ἐποιήσαμέν σοι τὸ παρὸν χαρτίον τὴς ἀλλαγῆς, τοῦ ἔχειν σε αὐτὸ σύ τε καὶ οἱ κληρονόμοι σου ποιεῖν ἐξ

† Signum manus Basilii Madari. † Signum manus Leonis Bacathari.

Nos suprascripti, qui signa venerabilis crucis propriis manibus exaravimus, nostro consilio et voluntate, nomine quoque reliquorum nostrorum fratrum et heredum, permutamus cum te domino Ruperto de Terrun et cum tuis heredibus vineam sexcentis vitibus consitam, quam habemus in commune cum vinea ad te pertinente, quam dedisti monasterio sancti Ioannis; et accepimus pro commutatione huius vineae (*praedium*) ad Plagias (*situm*), prout chartula permutationis, quam nobis fecisti, declarat. Vinea autem nostra, quam tecum permutavimus, est proxima viae. Et fecimus tibi praesens instrumentum permutationis, ut ipsum habeas tu tuique heredes, (*cum facultate*) faciendi vigore

αυτοῦ εἴτι θέλεις καὶ βούλεσε κυρίως καὶ αὐθεντῶς· ἐὰν ποτὲ κερῶ μετάμεληθώμεν τὴς ποιᾶυτης καλωθελῆς γεναμένης ἡμῶν ἀλλαγὴς, μὴ εἰσάκοὐὄμεθα, ἀλλα ζημιούσθω ἡμᾶς εἰς τὸ διμωσιον νουμισματα ιβ'. καὶ ειθ οὕτως στέργειν καὶ ἐμμένειν τὴν παροῦσαν ἀλλαγήν· μέχρι τερμάτων αἰῶνων ἐν παρουσία μαρτυρων εἴτις ἐγραφη ἐμοὶ χειρὶ πέτρου νοταρίου ἔτους ϛχξγ' ἐν μηνὶ ὀκτωβρίω ινδικτιώνι γ'.

† Willelmus carbonellus testis sum. † ο κυρ δουμνος μαρτυρ † ροκαίρις βουλγαρος μαρτυρ † ογοιοφος μαρτυρ † ασιμηος καμαρδης μαρτυρ

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani n.° 44.)

eiusdem quidquid volueris, tamquam dominus et arbiter. Si autem aliquo tempore nos poenituerit huius permutationis bona voluntate a nobis factae, ne exaudiamur, sed mulctemur Fisco numismatis duodecim; et nihilominus firma deinceps ac stabilis maneat praesens permutatio usque ad finem seculorum; quae scripta est coram testibus manu mea Petri notarii, anno 6663, mense octobri, indictione III.

† Dominus Dumnus testis. † Rogerius Bulgarus testis. † Ogiophus testis. † Asimius Camarda testis.

CLIII.

(1154) — Mense Decembri 20 — Indict. III — Messanae.

Gulielmus Siciliae Rex mandat Iudicibus Calabriae, ne molestia afficiant, vel affici permittant monasterium Beatae Virginis Mariae sanctique Stephani de Nemore, cui omnia bona antea donata confirmat.

† γουλιέλμος ἐν χριστῶ τῶ θεῶ, εὐσεβὴς κραταιὸς ῥήξ.

† τὸ ἔνθεον κράτος ἡμῶν, κελεύει διὰ τοῦ παρόντος γράμματος, πᾶσι τοῖς κριταῖς, καὶ ἐξουσιᾶσταῖς, καλαβρίας, οἳ εἰς τὰ παρόντα γράμματα καταντήσουσι. ἵνα τὸ μοναστήριον, τῆς ὑπεραγίας καὶ ἀειπαρθένου θεοτόκου. τοῦ τε ἁγίου στεφάνου, τοῦ ὄρους τῶν ἐρημητῶν. καὶ τὰ πράγματα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους αὐτου. παρατιθεμένους ἔξετε. καὶ μηδὲν (ἄδικον ἢ) ἐναντιον αὐτοῦ ποιήσητε· μήτε ἀπ' ἄλλων γενέσθαι τούτοις, παραχωρήσητε. καὶ ἐάν τι (ἄδικον) ἐγίνετο, δικαίως διορθώσητε· θέλομεν γὰρ, τὸ προλιχθὲν μοναστήριον. διχά τινος ἐναντιώσεως, ἢ βαρύτητος, μετὰ πάντων τῶν ζευγαρίων, καὶ ζώων, καὶ πάντων τῶν πραγμάτων αὐτοῦ, καὶ τῶν βελλάνων τῶν δοθέντων, καὶ στερχθέντων αὐτῶ τῶ μοναστηρίω ἀνεπάφως, καὶ διχά τινος ἐνοχλήσεως, διαμένειν. εἴ τις δαῖ ἐναντίον τοῦ παρόντος ἡμῶν προστάγματος, ποιῆσαι πειράσεται. τὴν ἡμετέραν ἀναμφιβόλως χολὴν αἰσθανθήσεται. εἰς δε πίστωσιν πάντων ἐγράφη τὸ παρὸν ἔνταλμα εἰς μεσήνη. μηνὶ δεκεμβρίω εἴκοσι. ινδικτιῶνος γ'.

Willielmus, dei gratia. Rex sicilie, ducatus apulie, et principatus capue, Justitiariis, et universis baiulis calabrie, fidelibus suis, ad quos, littere iste pervenerint, salutem et dilectionem. Per hoc presens scriptum mandamus fidelitati vestre et precipimus, ut monasterium beate virginis marie Sanctique stephani; de bosco heremitarum; et res et homines ejus, Recommendatos habeatis, Nullumque iniustum vel contrarium eis faciatis, nec ab aliis fieri permittatis, et si quid eis iniustum factum fuerit, iuste emendari faciatis; Volumus enim predictum monasterium, sine alicuius controversia, vel molestia, cum omnibus pariclis, et bestiis et universis rebus eius, et villanis eidem monasterio, datis vel constitutis, quiete et absque ulla disturbatione, permanere, Si quis vero contra hoc nostrum preceptum facere temptaverit, nostram procul dubio sentiet indignationem, Data messane; vicesimo die mensis decembris Indictionis tertie:

(Ex originali membrana bilingui Archivi Neapolitani. n.° 45.)

EIUSDEM RECENS VERSIO

† Gulielmus in Christo Deo pius et potens Rex.

† Divina potentia nostra his literis mandat cunctis iudicibus, et baiulis Calabriae easdem literas inspecturis, ut monasterium SS. et semper Virginis Deiparae et sancti Stephani de Nemore Eremitarum, eiusque res et homines commendatos habeant, et nihil iniquum vel contrarium adversus ipsum patrent, neque ab aliis fieri permittant, et si qua illata fuerit iniuria, ex iure emendent. Volumus enim, ut dictum monasterium absque quavis adversitate vel onere una cum cunctis bobus et animalibus, omnibusque rebus ad ipsum pertinentibus, et villicis datis et eidem confirmatis, cuiuscumque damni et molestiae sit expers. Si quis autem praesenti nostrae iussioni obsistere tentaverit, nostram certe indignationem incurret. Et ad omnium fidem scriptum est praesens mandatum Messanae, mense decembri, die XX, indictione III.

CLIV.

1155 — Mense Aprili — Indict. III — Nohae.

Philippus Crispinus donat monasterio S. Mariae de Cyr-Zosimo praedium situm in pertinentiis civitatis Nohae.

† σιγνο χειρος φιλιππου υἱοῦ γουλιέλμου κρησπηνου του και αποιχομενου.

† Εν ονοματι του πατρος καὶ του υιου καὶ του αγίου πνευματος ὁ προγεγραμμένος φηλιππος υιου γουλιελμου κρησπήνου. ὃ τον σίγνον του τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυρου εἰκεία χειρὶ πήξας, την παρουσαν ἐγγραφον εκούσιον ευχάρηστον αμεταμελητον καὶ τέλειαν ἀφηέρωσιν πιῶ, εις τον πάνσεπτὸν ναὸν καὶ μονὴν τῆς δεσποίνης ἡμῶν θεοτοκου καὶ αεὶπαρθενου μαριας της μονης του κυρ ζωσήμου, χωράφιον εις την διακράτησιν του ἀστη νοῶν εἰς την τοπωθεσίαν του πασχαλίου, τα ἅπερ ἔχω εκ γωνηκής μου κληρονομίας. ὅπερ ἐστὶν πλησιον νικολέττα πέλεγρινου, τούτο αφιέρὼ εγῶ εἰς το προρηθεντα ναῶν τῆς δεσποίνης ημων θεοτοκου του κυρ ζωσίμου, ὑπερ λύτρου καὶ αφέσεως τον ἡμῶν ἁμαρτιων, καὶ τον ἡμῶν γεννητώρον, του ἔχειν αυτο εις ιδιαν εξουσίαν καὶ αυθεντικην κυριωτητα, ἡ μελλοντες προτεύην ἐν τι προγραφουσι αγια ἐγκλησια, μέχρι τερμάτων εὼνων, σινορὴ δὲ τω τιουτο χοραφιον κατα μὲν ανατολας ὡ προρηθεις νηκολαος πελεγρίνου καὶ ἐπη δυσμάς τω αλώνην, καὶ επη δ ἄρκτρον, ουρσος ὁ του μανδικατου, καὶ επι μεσημβρία, ἡ δημοσία ὁδὸς, καὶ ἁπλὸς ὑπὴν καθὼς ὑπάρχει τετραχως περιόρησμενον, συν τσώδω καὶ ἐξόδω αὐτοῦ, ἀπιδήδωμι τούτο εις την προλεχθήσαν εκκλησιαν, λώγω ἀφηέρώσεος, του ἔχειν αυτὸ εις ιδίαν

† Signum manus Philippi filii demortui Gulielmi Crispini.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Philippus filius Gulielmi Crispini, qui signum venerandae et vivificae crucis propria manu exaravi, praesenti instrumento sponte, libere, irrevocabiliter et perfecte offero venerabili ecclesiae et monasterio dominae nostrae Deiparae semperque Virginis Mariae de Cyr-Zosimo territorium, quod de paterna mea hereditate possideo in pertinentiis civitatis Nohae, ubi dicitur de Paschale, iuxta (*possessionem*) Nicolai Pelegrini. Hanc autem oblationem facio praedictae ecclesiae dominae nostrae Deiparae de Cyr-Zosimo pro redemptione et remissione meorum peccatorum meorumque parentum, ut sit in potestate et pleno dominio eorum, qui pro tempore praeerunt suprascriptae sanctae ecclesiae usque ad finem seculorum. Huiusmodi autem territorium his finibus continetur: ad orientem est praedictus Nicolaus Pelegrinus; ad occidentem area; ad septentrionem Ursus filius Mandicati; ad meridiem via publica. Et uno verbo, prout hoc (*territorium*) extat quatuor his finibus comprehensum, cum eius ingressu et egressu, concedo supradictae ecclesiae causa oblationis, ut sit in propria eius potestate faciendi de eo quicquid propriis dominis divinae et sacrae leges praecipiunt, ut-

ἐξουσίαν, ποιεὶν καὶ πράγτειν ἐν αὐτω, ὅσα τοῖς οἰκείης δεσπόταις οἱ θείοι καὶ οἱ φηλευσευεῖς νώμοι διακελεύουσιν, ὃς το κυρος και τὴν ἐξουσίαν παρ εμου ἠλυφῶς, αναλαμυανωμενος εν τούτω πάντας τους ἐμοὺς κληρονομους καὶ τα εμὰ τέκνα, μὴ εναντιούμενος παρὰ τηνός των κληρονομων εἰ καὶ σὶνκληρονομων, μητε παρ εμου αυτου, ἴ δὲ φοραθω ποτε κερὼ ἡ χρόνω του γενέσθαι μετάμελος μαλλον ουκ ἠσταμε καὶ διεκδηκὰν αυτο απο παντός εναντιουμενου προσωπου σχὴν μὲ τω ἀνάθεμα των τιή αγιων θεοφόρων πατρων, καὶ τὴν ἀράν ἰούδα του προδώτου ζημιούσθαι μὲ δὲ καὶ ὑπὲρ παραυασιας του τημιου σταυρου, εις τον υασιλικον σαγκελλιον του ρηγος ρηγάτας, λϛ', καὶ ἴδ αυτως μενετω ὑ παρουσα αφιέρωσις, στερεα υαιυεα καὶ ἀπαρασάλευπτος εγραφη ὑπο του εὐσευοὺς υασιλεος γουλιελμου καὶ κραταιου ρηγός, χειρὶ νικηφορου νοταρίου κατ επητρωπην του νοταριου νικολαου ἱέρεως και ταυουλαριου ἀστη νοῶν, μηνι απριλλιω ινδικτιωνι γ'. εν ἔτει ϛχξγ'. παρουσια μαρτυρων.

† μιχαηλ καὶ κριτής ἀστει νοῶν μαρτυρ υπεγραψα τον σταυρον.

† ραος του κάστρου νωυου καὶ κριτής νοῶν μαρτυρ υπεγραψα τον σταυρον.

† ρανεριος υιου πετρου φηρρηκαρδου μαρτυρ υπεγραψα τον σταυρον.

† ῥοπέρτος ὑιοῦ ἀνδρεου ὁ του χαλκεος μαρτυρ υπεγραψα τον σταυρον.

† ιωαννης τρινκελλίτης μαρτυρ υπεγραψα τον σταυρον.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 54.)

pote quae dominium et potestatem a me accepit, et meo nomine a meis heredibus filiisque; nec sit qui impedimentum afferat, sive heredes, sive coheredes, sive ego ipse. Si vero unquam contigerit ut huiusmodi oblationis me poeniteat, nec potius insurgam eamque vindicem ab omni contraria persona, maledictus sim a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, et execratus ut Iudas proditor, atque ob violationem sanctae crucis poenae nomine solvere debeam regio Fisco nummos regales sex et triginta; et nihilominus rata, firma et immutabilis remaneat praesens oblatio, scripta sub pio ac potente rege Gulielmo manu Nicephori notarii de mandato presbyteri Nicolai notarii et tabularii civitatis Nohae, mense aprili, indictione III, anno 6663, praesentibus testibus.

† Michael Iudex civitatis Nohae testis crucem subscripsi.

† Rhaus de Castro Novo Iudex Nohae testis crucem subscripsi.

† Ranerius filius Petri Ferricardi testis crucem subscripsi.

† Ropertus filius Andreae filii Ferrarii testis crucem subscripsi.

† Ioannes Trincellites testis crucem subscripsi.

CLV.

1155 — Indict. III.

Basilius Muserra cum uxore Cala et filio Gregorio vendit Arno de Melphia praedium tarenis quatuordecim.

† σῆγνω χεῖρος υασηλὴου μουσερρα † σηγνο χειρος καλής σηνυηὸ αὐτόυ † σὴγνο χειρος· γληγωρήου· υιού αυτοῦ· ἀναλαυανομενη καὶ τοὺς δε ληποῦς ἄδελφους τέκνὰ κε κληρὼνόμοὺς· ημοῖς· εἰ πρόγεγραμμένη· η τὰ σηγνα τοῦ τημοίου· καὶ ζόὠποῖου σταυρου· ἡκηες χερσὴν. καθηπῶγράψαντες. τὴν παροῦσαν ἔγραφον. καὶ τελναν δηάπρασην χῶράφηου· τηθεμέθα· καὶ πηούμεν· ἧς σὲ κυρον ἄρνον τῆς μελφῆς. το οὐκ

† Signum manus Basilii Muserrae. † Signum manus Calae uxoris ipsius. † Signum manus Gregorii filii ipsius. Nos suprascripti, qui signa venerandae et vivificae crucis propriis manibus exaravimus nomine quoque reliquorum fratrum, filiorum et heredum, praesentem in scriptis redactam atque perfectam praedii venditionem condimus et facimus tibi domino Arno de Melphia, nulla omnino necessitate, vel vi, vel dolo,

ἐκ τὴνός. το πάραπάν. ἀνάκής ἢ υηας· εἰ δολό φα-
κτού· ἀγνηας· καὶ δηκολὼγηας· εκτὸς· οὶν· περη-
σταστός· δὴ· ης ἐν αληθειὰ ὁμῶλογοίμεν. πεπρακένε
το πρός ημὰς χωράφὴν· ὁπερ ἐχῶμεν. ἀγῶράν. εκ
το κωστα τον πλοὴμον. κὴτε δε τὸ τηὸυτον. χω-
ραφιον· πληστὴν· χωραφιου του αγηου παντελε η-
μοιος τοῦτο πεπρακαμεν· προς σὲ· τὸν πρόγραφέντα.
κυρον ἀρνων· χωρῆς πᾶσης ἀποιγωρευμενῆς ετηας ἐ-
στην δε ὁ περήὠρησμὸς· τοῦ αυτοῦ χωράφηου· κατὰ
μεν· ἀνατολάς. του αὐτου αγῶραστοῦ· ὁπερ αγῶ-
ρασὶν. ἐκ τὸν λέων τον μαυρὴν· καὶ κατὰ δηπεος·
τὸ ἀντῆμέρῆμον. του αυτου χωραφιου κατὰ ἀκτρου·
πρεσβύτερος κόστας· του καρακαλλη· καὶ κὰτα με-
σημηρηας· το χωραφιον· λεου τῆς . . . αβερῆς· και
σηκλη· ἐλαυομεθα τὸ τὴμοὶμα τοῦ αυτοῦ χωρα-
φιου· ἀπο σου ἀρνοῦ. ταρια· ιδ'. ἐκ τὴν μεωνητὰν·
του κρατεου ρηγῶς· καὶ ἐκπλὴρῶθὲντὲς· ἀπὸ τοῦ
αὐτοῦ. τῆμηὴμάτος. παρεδοκὰμεν ση την πασαν· αυ-
θεντὶαν καὶ κηρὴοτῆτὰ τοῦ αὐτου χωραφίου τοῦ εχη
σε αὐτὸ ἐξουσηᾶν από τὴν σημερον· ἡμεραν καὶ ὥραν·
πουλὴν. χάρηρὴζὴν· ἀνταλάτὴν· καὶ ὴς πρὴκαν. τὲ-
κνω σοῦ καταγραφὴν. ος το κὴρως κε τὴν αυθεν-
τίαν παρ ημοῦ ηληφῶς· η δε· ποτὲ κερῶ. χρονο· με-
ταμελὸς φάνη· τὴς· ἐκ τοῦ καθ ἡμον μερους ἡ παι-
δὲς· ἡ ἀδελφὸς· εἰ κλὴρονομος. ζὴτὴσὴν. ἡ ἀγῶγειὶν.
πηούμένος· ἡπὲρ τοῦ αὐτου χωραφηου· μοι ἡσακοῦε-
στε. αὐτοὺς· παντῆ παρὰ τοῦ νοιμοῦ· αλλ ηστασταὰ
μὰς. καὶ δηέκδηκὰν. σὲ. ἐπὴ πασὴς αρχεῖς καὶ ἐξοὺ-
σηᾶς· εἰ δε ουκη ἐπηστὰθοῦμεν· ἡνα ζημοιοὺμεθα. ὴς
τὸ δεμόσειὸν· νομίσματα· λς'· καὶ το τὴμοιμὰν τοῦ
διπλοῦ. σὴχὴν κε το ἀνὰθεμὰν· παρὰ πατρῶς· καὶ
υιου καὶ ἁγηου πνευματος. των τιὴ'. ἁγιὼν θεωφω-
ρον πατρων. τὴν ἀραν. καὶ ἡθ οὐτὸς· στὲργὴν κὲ
ἐμμενειν ἡ παρ ἡμον γενὰμενον δηὰπρασὴς στέρεὰ κε
ἀπαρασὰλευτως. εις τοὺς ἐξὴς ἀπαντὰς και δηὴνεκὴς
χρὸνὸυς· ἐν παρουσηα μαρτυρων. ἐγράφη χεῖρεὶ παπα
ιωαννου κὰρὰκαλλὴ κατα προστὰξὲος· πὲτρου πρεσβυ-
τερου και ταβουλαρήου. ἐπι(σκοπῆς) νηκοτερας ἐτους
ϛχξγ'. ινδηκτηὸνὴς γ'. † θεὸδορος ζωυγρηταυος· μαρ-
τυρ. † νικόλαος λαλιας μάρτυρ. † νικόλαος υἱὸς
τησεντιζηου μαρτυρ. † μουλὲς μαβρηκὴς μαρτυρ. †
καλος υἱὸς κόστὰντήνου πρεσβυτερου μάρτυρ. † βα-
σὴλὴ; προυαζστης μαρτυρ. † υασηληης υαττεπεδες
μαρτυρ. † μαρτυρ κώνσταντηνος μαρτυρ.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 46.)

nulla facti ignorantia et ambiguitate, et absque ulla circumventione; qua (*scriptura*) vere declaramus nostrum vendidisse praedium, quod ex Consta nauta emimus, situm iuxta praedium sancti Panteli. Item hoc tibi suprascripto domino Arno vendidimus, quavis illegitima causa remota. Eius autem fines hi sunt: ab oriente praedium tui ipsius emptoris venditum tibi a Leone Mauro; ab occidente pars adversa eiusdem praedii; a septentrione presbyter Consta filius Caracallae; et a meridie praedium Leonis de . . . aberis, et clauditur. Accepimus pretium eiusdem praedii a te Arno, taronos quatuordecim de moneta potentis Regis; et cum satis hoc pretio nobis factum esset, tradidimus tibi omnem potestatem et dominium in ipsum praedium, ut a praesenti die et hora facultatem habeas illud vendendi, donandi, permutandi, atque in dotem filiarum constituendi, utpote qui ius et dominium a nobis accepisti. Si qua vero occasione vel tempore aliquis ex parte mea filius, sive frater, sive heres appareat, qui mutato consilio ob idem praedium molestiam vel litem tibi inferat, ne exaudiatur ultra legem, quin imo obsistere debeamus, teque apud omnem magistratum potestatemque defendere. Sin vero id minime fecerimus, tunc nummos sex et trigiuta Fisco solvere teneamur, et tibi duplum pretii, nec non anathema habeamus a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, atque in maledictionem tercentorum octo et decem sanctorum divinorum Patrum incurramus; et ita deinceps rata ac firma maneat praesens venditio a nobis coram testibus facta, et stabilis atque inconcussa sit omni futuro tempore. Scriptum manu presbyteri Ioannis Caracallae ex mandato Petri presbyteri et tabularii episcopatus Nicoterae, anno 6663, indictione III. † Theodorus Zoigritanus testis. † Nicolaus Lalias testis. † Nicolaus filius Tisentitii testis. † Mules Mauricius testis. † Calus filius Constantini presbyteri testis. † Basilius Proatius testis. † Basilius Battepedes testis. † Testis Constantinus testis.

CLVI.

1159 — Mense Martio — Indict. VII — Crotone.

Curbulinus donat ecclesiae monasterii Eremitarum sub titulo S. Stephani Protomartyris quaedam praedia in agro Crotonensi.

† σίγνο χειρὸς κουρουυλήνου:

† ἐν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. ὁ προγεγραμμένος κουρουυλίνος· ὁ τό σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ οἰκείοις δακτύλοις ἀυτοῦ ὑπόσημιῶσας· τὴν παροῦσαν ἔγγραφον καὶ ενὑπόγραφον ἁπλὴν· καὶ καθαρὰν ἀφϊαίρωσιν· καὶ χωρῖς τῆς ἧας οὖν αἱρεσέος· καὶ φϊλονηκείας· τὴν ἐκ τῶν πανἐυσευῶν νόμων· ϊσχύν τε καὶ δύναμην ἔχουσαν· καὶ μήδαμός ποτὲ καιρω ἢ χρόνο· ἢ ὅπως οὖν παρὰσάλευθείναι ὄφϊλουσαν· οῦ πάρ ετέρου προσώπου ἢ ξαίνου· ἀλλ οὔτε πάρ εμοῦ τοῦ προϊρημένου· μαλλον σύμ πάσει προθυμία· καὶ ολοψύχω προθέσει δοροῦμε καὶ αφϊαίρώ, ἧς τον πάντεπτον ναόν τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος στεφάνου· τῆς μονῆς των αἱρεμήτων· καὶ προς σὲ τον κυρον νϊκολαον τὸν μαϊστοράν· καὶ εἰς τον κυρον γαλτέρυν εγγλύσει· καὶ εἰς τον κυρον γοὖληάλμον πάνυι καὶ εἰς τον κυρον πέτρον υαρζηλόνα εκ τὰ χοραφϊὰ μου τα ἔχο αἶν τή διάκρατήσι κροτόνος ἧς το κακὸν ρϊάκην εστὶν μέν ὁ διορήσμός τῶν αυτῶν χωραφϊων κατα το μεσυμύρηνῶν μέρος το σίνορον του κυμήνὰ καὶ σιντρἐχει ὁ δρόμος κατὰ το ἀνατοληκῶν μέρος ἧς το ρϊάκυν τὸ παλέον· κακήθε σίντρἐχει ο φραγμός τῶν αμπέλων· καὶ το κακὸν ρηάκϊν κάτα δϊσιν εἰς το σίνορον τοῦ κυμινα ὀθεν τι ἐναρξὴν επϊύσαμεν καὶ οὗτος σιγκλη τὸ δε ὅμον χοράφϊων ὑπάρχει κάτω ἧς τιν αρμηρήν· καὶ σινορή δὲ το ἀυτὸν χοράφηον κατα μέν ανατολάς ὁ δρόμος που ἐρχει ἐκ τα παντανὴτζηα καὶ αποδϊδη ἧς τιν αρμηρὴ κακήθε σίντρἐχει ο δρόμος κατα το δυσηκῶν μέρος ἧς το σίνορον κυρου θομὰ κατα το ἄρκτων μέρος· καὶ οὕτω σιγκλὴ καὶ σιν ηπόδο καὶ εξόδο ἀυτοῦ. δὠροῦμε καὶ αφηἐρῶ αυτὸ ἧς τό ἅγίον πρωτομάρτυρον στέφανον καὶ πρως σὰς τοὖς προήρημένους ἀδελφοὖς· εχϊν σας ἀυτὸ ἀπωδώμενον καὶ ἐυλογαιμένον· ἀπὸ την σήμερον ἡμεραν· καὶ ὡραν δεσπόζειν κὑριἐὑειν ἧς το διήναικές ἢ τῆς δέ φανῆ αἰναντιόσαι ἡμάς· ἴτε ἐγὼ ἧται απο τὼν αἱμῶν τέκνων· ἢ ξενων ἀρᾶ καὶ δεσμω ὑποκίσθο των τιή ἁγίων θεο-

† Signum manus Curbulini.

donationis ipsorum ab eo exhibitum declarabat, quod fecerat et dederat ipsis Gulielmus Carbonellus, scriptum et subscriptum a viris fide dignis. Dudum praedictos colonos ipsis (*Eremitis*) abstulerant Comites galearum Mileti, ut eos nautarum officio manciparent, et classis vires augerent; gratia vero et mandato sancti et potentis Regis hos sibi vindicarunt (*praedicti monachi*) coram maioribus Calabriae Iudicibus; et ostendit etiam (*memoratus Landrinus*) una cum sigillo sententiam, quam in iudicio retulerant. Nos autem rursus cum de tota re edocti essemus, arcessivimus coram nobis omnes famulos, et vectigalium exactores plateae Badulati, qui a temporibus usque Comitis Geofridi et Comitissae id muneris exercebant, videlicet senem Sfinarum, et Georgium Pazunum, et Nicolaum filium presbyteri Arcadii, et notarium Genesium, qui erat exactor temporibus Sicelgaidae Comitissae. Et cum hos accurate interrogavissemus semel, iterum ac saepius, num scirent si quis eorum temporibus Comitissae vectigal ex huiusmodi hominibus exegerit, una voce responderunt: Neque Comitis, neque Comitissae temporibus ex ipsis quodquam fuisse tributum exactum recordamur, sed tantum eorum nomina inscripta vidimus in platea Comitis Rhai; et insimul testabatur cunctus fere populus eiusdem regionis nullo unquam tempore famulos Comitis vel Comitissae tributum ab ipsis hominibus exegisse. Ad haec proceres, qui nobis assidebant, statuerunt, ut famuli Eremitarum iurarent ad sancta evangelia, ecclesiam temporibus Comitis et Comitissae iugiter habuisse et possedisse hos homines, nempe Langobardum cum duobus suis fratribus, et Ioannem eius consanguineum cum filio, prout et sigillum declarat, quod et factum est. Cum sanctum evangelium allatum esset, iuravit eorum famulus Anastasius filius Tabernitae, et mandavimus, ne famuli amplius quavis ratione actionem instituerent, vel molestiam afferrent praedictis Eremitis. Unde ad legentium fidem factum et traditum est ipsis praesens iudicatum coram probis hominibus qui interfuerunt, et se subscripserunt, mense et indictione supradictis, anno 6673.

† Nicolaus Strategus Styli et Sanctae Aecatheri-

ρίνης παρευρεθεῖς ἐπι τούτο μαρτυρῶν ὑπέγραψα τὴν ἐμὴν μαρτυρίαν οἰκεία χειρί

† φίλιππος τῆς λάνδρας καὶ καβαλλάριος μαρτυρῶν υπέγραψα διά του σταυρου

† ιωάννης μαιστωρ καγκελλαριος αγίας εγκατερίνης μαρτυρῶν υπεγραψα διά του σταυροῦ

† σήδέρος κριτὴς βαδουλατου μαρτυρῶν υπεγραψα διά τοῦ σταυρού

† ρωπὲρτος πλασταρος μαρτυρ

† γενεσιος καβαλλαριος μαρτυρ

† λέων ρουσάκεις καὶ κατα τὴν ἡμέραν στρατηγὸς βαδουλατου μαρτυρῶν υπέγραψα δια τοὺ σταυρού

† πρεσβυτερος θεοδωσιος καὶ πρωτοπαπὰ μαρτυρ

† παπας αρκαδης φρικνολλης μαρτυρὼ

† νικόλαος παζούνης μαρτυρῶν υπεγραψα

† ὁ καπριλλίγγος μιχαηλ

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 53.)

nae, qui huic sententiae interfui, testis subscripsi meum testimonium propria manu.

† Philippus de Landra Caballarius testis subscripsi per crucem.

† Ioannes Magister Cancellarius Sanctae Aecatherinae testis subscripsi per crucem.

† Siderus Iudex Badulati testis subscripsi per crucem.

† Rupertus Plastarus testis.

† Genesius Caballarius testis.

† Leo Rusacis hodiernus Strategus Badulati testis subscripsi per crucem.

† Theodosius presbyter et protopapa testis.

† Presbyter Arcadius Fricnolla testis.

† Nicolaus Pazunis testis subscripsi.

† Camerlingus Michael.

CLXVIII.

1165 — Indict. XIII — Cyr-Zosimi.

Ursus Synesiota donat monasterio S. Mariae de Cyr-Zosimo praedium positum in loco dicto S. Euplo.

† σύγνον χειρος κυρ οὔρσου επονιμια σινεσιῶται.

† κἀγὼ οὔρσος ὁ προγέγραμμενος ὁ τὸν τύπον του τιμίου καὶ ζωώπιου ἐικεὶά μου χείρί καθυπόγραψας· ἀφεὶέρω τό χωραφιον μόυ τὸ ὅπερ ἐστιν εἰς τὸπον ἐπιλεγῶμὲνον ἁγιου εὔπλου· εἰς την ἁγίαν θεοτοκε του κυρ ζωσίμου καὶ εἰς τὸν πριουλον κυρ ιωαννην βαρισάνου· ὑπερ ψυχικής μου σωτηριας, καὶ τον ἐμῶν γωνέῶν· καὶ ἐστιν δὲ σινόριῶτης ἀπό ἀνὰτωλᾶς ἡ στρατα καὶ ο πρεσβιτερος ιωαννης καὶ εἰς τὴν δύσι ὁπου σμηγουν. τὸ ὁ ριάκητζη με τὸ ὁ ριάκὴν μἐγάλός. καὶ ἀπό ἄκτρου ὁ κυρ ιωαννης του ἀργἔντου. καὶ ἀπὸ μεσὶμβριὰ τὸ ὁ ριάκὴ του αγιου εὔπλου· καὶ ἀπο γἆρ τὴν σήμερον ἡμεραν καὶ ὥρὰ, ὁμὶὺλωγω τοὺ εξουσιάζὴ αὐτη ἡ εκλησια τερμάτου αἰῶνος· εἰ δὲ τἶς ἐμφένὴ· καὶ μέλλη κατἀλιθυναι τα τιαὺτι ἀφεἰἔρωσιν, ἐστω κἀτιράμενος παρα κυριω θεω πἀντὸκρἄτωρι. καί εἰς τὸ δἰμῶσἰον νομισματα ς' καὶ ἠθ οὕτως στἔργειν καὶ ἐμμενειν· στἔρεα καὶ ἀπαρασἀλἔυτον· παρουσια τον αξιὸπιστων μαρτυρων. γραφεν διὰ χεἰρος αρχιερεως ιωαννου του κυρ ζὼσιμου. ετει ϛχογ'. ινδικτιωνι ιγ'.

† Signum manus Domini Ursi cognomento Synesiotae.

† Ego suprascriptus Ursus, qui signum sanctae et vivificae crucis propria mea manu exaravi, offero meum territorium, situm in loco ubi dicitur S.Euplus, sanctae Deiparae de Cyr-Zosimo et priori domino Ioanni Barisano pro salute animae meae meorumque parentum. Sunt autem eius fines huiusmodi: ad orientem est via et presbyter Ioannes; ad occidentem, ubi parvus rivus cum magno coniungitur; ad septentrionem dominus Ioannes de Argento; ad meridiem rivus S. Eupli. Declaro igitur a praesenti die et hora eamdem terram esse in potestate ecclesiae usque ad finem seculorum. Quod si quis surrexerit huiusmodi oblationem infracturus, maledictus sit a domino Deo omnipotente, et Fisco solvere teneatur solidos sex, et nihilominus rata, firma et immutabilis permaneat haec oblatio facta coram fide dignis testibus, et scripta manu archipresbyteri Ioannis de Cyr-Zosimo anno 6673, indictione XIII.

† ιωαννης του μοναχου μαρτυρ υπεγραψα † παπα κωνσταντινου σπανου μαρτυρ· † ρικκαρδος νουκαρριτης μαρτυρ υπεγραψα.

† πετρος της κάρας μαρτυρ· † ιωαννης κηρκλαριτας μαρτυρ.

† νικολαος βερβεκάρης μαρτυρ υπεγραψα.

† ρωκειριος της μόναστρας μαρτυρ υπεγραψα.

† Ioannes de Monacho testis subscripsi. † Presbyter Constantinus Spanus testis. † Riccardus Nucarrita testis subscripsi.

† Petrus de Cara testis. † Ioannes de Circlario testis.

† Nicolaus Berbecaris testis subscripsi.

† Rogerius de Monacha testis subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 59.)

CLXIX.

1166 — Mense Iulio — Indict. XIV.

Petrus Coratzi, eiusque frater Philippus et soror Ursa donant monasterio S. Georgii Martyris praedium situm in pertinentiis Episcopii.

† σιγνον χειρος πέτρος, υιός τοῦ απηχομένου λεοντος κωρατζη

† σίγνον χειρὸς Φιλιππου ἀδελφὸς αυτοῦ.

† σίγνον χειρὸς οὔρσας ἀδελφης αυτοῦ.

† Εν ονόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιοῦ και του αγίου πνευματος. οἱμοῖς οἱ προγραφέντες οἱ τα σίγνα τοῦ τιμίου και ζωπιοῦ σταυροῦ, οἰκείαις ἡμῶν χερσὶν καθυπογράψαντες, τὸ δε ὑφος ὑπο του νοταριου προταξας, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον καὶ καθαρὰν ἀφιερωσιν. τιθεμεθα και ποιῶμεν, ἐκουσία ἡμῶν τῇ γνώμη και ἀυτωπροερετω βουλῇ· εκτος βιας ἀνάγκης και παντὸς ἀπηγορευωμενου τρόπου. εις σὲ ἡλήαν εὔλαβεσταταν καθηγουμενον. τῆς ὁσιωτάτης μονης τοῦ ἁγίου και αθληφόρου μάρτυρος γεωργίου, και πρὸς πάντας τοὺς μετα της σοῦ τελευτὴν μέλλοντας ἐστι καθηγουμένους, εν ταύτη τη ἁγιωτατη μονη τοῦ ἁγίου μαρτυρος γεωργίου, δι ἧς ἐν αλήθεια καὶ ἰωθήτιτι ὁμωλογῶμεν, ἄπεντευθεν ἐίδι δωρίσασθαι καὶ ἀφιερώσασθαι· κατα τελείαν νωμὶν, καί δεσποτίαν δικαίου χωραφιον, ἔν τη διἀκρατησει τῆς επϊσκωπης, ἔν τη τωποθεσίαν τοῦ γεμίλλου, συνόρῃ δὲ τοῦ τιοὔτοῦ χωραφίου κατα μὲν ὀνατολᾶς, τό ριἄκην τῆς περιόρισμίας τοῦ ἀρμετιου, και κατα δυσμας, μέλης κριτῆς, ἄπο δὲ ἄρκτου, ιωαννης σκουπαλλήτης, ἐκ μεσιμβριας δε νϊκολαος τζωκουλου, τούτω τιγαροῦν τὸ τραχῶς περιόρισθεν, δωρουμεν, καὶ ἀφιερωνωμεν· εἰς την ρηθεισαν ἁγιώτατήν μονην τοῦ ἄθληφωρου μαρτυρος γἐωργιου, οὐχ ὥς εἰκεῖ καὶ ὥς ἔτυχεν. ἀλλα ὕπερ λύτρου και ἀφέσεως, καὶ

† Signum manus Petri filii quondam Leonis Coratzi.

† Signum manus Philippi fratris eius.

† Signum manus Ursae eius sororis.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signa venerandae et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, nomina vero manu notarii, de propria nostra sententia et libera voluntate, sine vi, necessitate, et quovis vetito modo, praesentis purae oblationis instrumentum facimus et damus tibi Eliae piissimo praefecto sacratissimi monasterii sancti et invicti Martyris Georgii, omnibusque post tuum obitum eiusdem sanctissimi monasterii S. Martyris Georgii futuris praepositis: quo instrumento vere et recte declaramus amodo dare et offerre terram perfecto iure et dominio, quam habemus in pertinentiis Episcopii in loco ubi dicitur Gemellus; cuius fines sunt hi: ad orientem rivus confinii de Armetio; ad occidentem Melis Iudex; ad septentrionem Ioannes Scupallites; ad meridiem Nicolaus Tzoculus. Hanc igitur terram quatuor his terminis comprehensam concedimus et offerimus praedicto sanctissimo monasterio gloriosi Martyris Georgii, non temere, nec inconsulto, sed pro redemptione, remissione et salute animarum nostrarum, nostrorumque parentum, ut in vestris precibus et in sacris diptychis nostri commemorationem faciatis; ut a praesenti die sanctissima ecclesia potestatem habeat praedictam terram vendendi, itemque donandi, et

σωτηρίας, τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ τῶν γωναιων ημῶν τοῦ εὔχεσθαι καὶ μνημωνευεσθαι, ἡμας, εν τοις ἱεροις διπτυχοις, ἵνα ἄπο τοῦ παροντος ἔχειτε, ἡ ἁγίωτατη ἐκκλησια το ρηθεν χωραφιον πουλήν τε ὥσαυτος καὶ αφιερώσαι, καὶ παντα ποιῆν, ὥσα τοῖς εἰδίεις δεσποταις, παράκελεύουσιν, ὧς τὴν εξουσιαν παρ ἡμῶν λαβών, μήτε κωληωμενος, παρά τινος οὔτε παρ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ ἡ μὲν φανῆ τῖς ποτὲ κερῶ τοῦ επιζητῆν τὴν ἁγίωτατην εκκλησιαν ἐκ τοῦτον τὸ ρηθεν χωραφιον, ησταστε ἡμᾶς καὶ δἷεκδικὰν ἀυτῶ ἀπὸ παντὸς εναντιουμενου προσόπου, ἡ δὲ καὶ τουτο οὗ ποιῶμεν ἄλλα εἰς επίστρωφὶν τινᾶ χρισώμεθα, πρότων μὲν ζημἷουσθαι ἡμᾶς ὕπερ παραβασίας τοῦ τιμιου καὶ ζωὸποιῦ σταυρου νομισματα λϛ', ὕπωκησθαι δὲ καὶ τὸ ἀνάθεμα τῶν τιή' αγιων θεὼφωρων πατερων, καὶ ειθ οὕθως ἔστω στερεᾶ καὶ ἀπαρασάλευτος ἡ παρούσα καὶ παρ ἡμῶν γεναμένῆν τελείαν καὶ καθαρὰν ἀφἷέρωσιν, διὰ τὸ οὕτως ἡμᾶς αρεσθηναι.

γραφεν διὰ χειρος νικολαου νοταριου ὁ τοῦ κασίνου μηνι ἴουλιω ινδικτιωνι ιδ' ετους ϛχοδ'. ινδικτιωνος ιδ' παρουσια μαρτυρων

† γίδως ἱερουργὸς μαρτυρ υπεγραψα διὰ τοῦ σταυρού.

† νἷκόλαος παξιμαδιος μαρτυρ ὑπέγραψα δια τού σταυρού.

† ιωαννης κουνιγγαρης μαρτυρ ὑπεγραψα δια του σταυρού.

† ιωαννης βινγγἷἀνἷτης μαρτυρ υπεγραψα δια του σταυρού.

† νικολαος κρητής ἐπἷσκωπιων μαρτυρων υπεγραψα διὰ τοῦ σταυρου.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 60.)

omnia faciendi, quae propriis dominis iure permittuntur, sicut auctoritatem a nobis accepit, ne impedimentum habeat a quacumque persona, nec a nobis ipsis. Et si quo tempore apparens aliquis, de hac ipsa terra sanctissimam ecclesiam molestare voluerit, nos debeamus obstare, ipsamque defendere ab omni contraria persona. Quod si hoc facere nolimus, sed contravenire proponamus, primum quidem solvere debeamus propter praevaricationem venerandae et vivificae crucis solidos sex et triginta, et maledictionem habeamus a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, ac deinde firmum et inconcussum permaneat praesentis purae et absolutae oblationis a nobis factae instrumentum, quia haec est nostra voluntas.

Scriptum manu Nicolai notarii de Casino mense iulio, indictione XIV, anno 6674, coram testibus.

† Gidus sacerdos testis per crucem subscripsi.

† Nicolaus Paximadius testis per crucem subscripsi.

† Ioannes Cuningaris testis per crucem subscripsi.

† Ioannes Vigianita testis per crucem subscripsi.

† Nicolaus Iudex Episcopii testis per crucem subscripsi.

CLXX.

1166 — Mense Novembri — Indict. XV — Circlarii.

Tabulae dotales inter Sergium Villaritam et Argentiam Annae de Lando filiam.

† Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ αγιου πνευματος παναγια θεοτοκε σὺν τῶ μονογενὴ σου υιῶ καὶ θεῶ ημων ευτυχως βοηθει ημιν εἶσυν τα ὀφἷλοντα δοθειναι παρ ἐμοῦ νικητου ὁ εστιν υιος σεργιου βιλλαριται προς τὸν ἐκ θεου δωθεντα μη γαν-

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Sanctissima Deipara simul cum unigenito Filio tuo et Deo nostro prospere nos adiuva. Haec sunt, quae ego Nicetas filius Sergii Villaritae dare debeo Argentiae legitimae filiae Annae de Lando, divinitus

βρῆ ονοματι αργεντια γνησία θυγατηρ ἄννης τοῦ λάνδου. τω ἐμῶ γνησιον υιον ονοματι σέργιον νομιμος γυνη ἐν πρωτοις διδωμι τη εμη γαυβρη δια τον ὑποβολον αυτης νομισμα εν. καὶ τοῦ ἐμοῦ υιου τὴν μύραν αυτου καὶ τα ἐλεη του θεου, λογω δε αυτης θεορεστρου το τέταρτον μερος οπερ νην εχω και μελλω ὑποκτησαι αχρι βιου ζωης μου.

† αντιπροικιον γεναμενον παρ εμου ἄννης τοῦ λάνδου προς τὸν εκ θεου δωθεντα μοι γαυρον ονοματι σεργιον, τη ἐμῆ γνισία θυγατρι ὀνοματι αργεντια νομιμον ανδρα ἐν πρωτοις διδωμι τω εμω γαυρω δια ταις φορεσίαις αυτου παννην λεινον πυχαις μ΄. καὶ φουσταϊνον α΄ ο ἐστιν πυχαις ι΄, διδωμι δὲ τη εμη θυγατρι κρεβάγτωστρωσια γ΄ ἐχοντα ανφοτερα σάγκους φραγκικους γ΄· και κοπερτια γ΄. καὶ συνδονια ς΄. και προσκεφαλαιον α΄. και βοηδιον. και περιστερας γ΄. το (ἓν ἥμερον) τα β΄. αγρια· καὶ στεγνατον α΄ καὶ κρεμασταλιον α΄ καὶ τυγαννη α΄· καὶ το μερος μου του οσπιτιου απο τε αμπελιων χωραφιων ἡμεροδενδριων ινα εχη μου μερος δίδω σι τα ημεροδενδρια, ἄνευ το χωραφιον τού κολφου των μυλων της τύμπης ὁπερ κρατει ενεχυρον . . . . μαλφιτανος ας ἐξηγωρασεν ἀυτα, ζ΄ δηναρια, καὶ ἐχη αυτα προτήμη, καὶ τα ἐλεη τοῦ θεου· γραφεν δια χειρος ἐμου μιχαηλ νοταριου παρακλησει νικολαου νοταριου καὶ ταουλαριου ἄστεος κηρκλαρίου ἐν μηνι νοεμβριω ινδικτιωνι ιε΄ του ετους ϛχοε΄. παροντων αξιωπιστων μαρτυρων.

† οτος κραπαρης μαρτυρ υπεγραψα.
† ιωαννης πασχα μαρτυρ υπεγραψα.
† αναστάσιος βιλλαριτης μαρτυρ υπεγραψα.
† νικολαος μαιος μαρτυρ υπεγραψα.
† ιωαννης γρεκος μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 61.)

mihi datae nurui, et legitimae uxori mei proprii filii Sergii. In primis do praedictae meae nurui pro incremento dotis eius numisma unum, et meo filio portionem suam, et Dei misericordiam. Ratione autem donationis post nuptias do ei quartam partem bonorum, quae possideo, et quae possessurus sum dum vixero.

† Tabulae dotales factae a me Anna de Lando, et traditae Sergio meo genero divinitus mihi dato, et legitimo viro Argentiae meae legitimae filiae. In primis do meo genero pro indumentis ulnas telae lineae quadraginta, fustaneum unum decem ulnarum. Do etiam meae filiae lectos tres, quorum singuli habent culcitas fimbriatas tres, stragula tria, lintea sex, unum cervical, bovem, et tres columbas, unam domesticam, et duas silvestres, patinam unam, unum cremastalium, et unam sartaginem; et de aedibus meam partem; et de vineis, agris, et arboribus fructiferis meam partem, excepto territorio Colfi, et molendino Tympae, quod pignori accepit Malfitanus, liberatum pretio septem denariorum, et ipsum retinet pro pecunia soluta; et Dei misericordiam. Scriptum manu mea Michaelis notarii ad requisitionem Nicolai notarii et tabularii civitatis Circlarii, mense novembri, indictione XV, anno 6675, praesentibus fide dignis testibus.

† Odo Craparis testis subscripsi.
† Ioannes Pascha testis subscripsi.
† Anastasius Villarites testis subscripsi.
† Nicolaus Maius testis subscripsi.
† Ioannes Graecus testis subscripsi.

CLXXI.

1167 — Mense Iulio — Indict. XV — Rossani.

Ioannes archiepiscopus Rossanensis accipit ab Hierotheo praeposito monasterii S. Ioannis de Calveto nonnulla ecclesiastica ornamenta, eumque remuneratur donatione quorumdam bonorum.

† ἰωάννης ἐλαίω θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος πόλεως ῥουσιάνων.

† Ἐπηδίπερ· ο σεβασμιώτατος. . . . . καὶ πανηρεώτατος κυρος ἱερῶθεος ὁ τῆς σεβασμίας μονῆς καθηγοῦμενος· του σωτηρίου πατρος ἡμων ἰωαννου του καλημίτου εἶκεν προς τὴν ὑφ ἡμῶν καθολικὴν εκκλησιαν μετά τινων τῶν ἐν τη ριθίσῃ μονῆ· ἐυλαβῶν καὶ ευλογημοτάτων μοναχων. τημὶν ὅς ὑπεράλλαγει τὴν ἁγίαν καθοληκὴν ἐκκλησίαν· καὶ τὴν ὑμων ασθενότητα· φέρον μεθ αυτων· καὶ αφαγνιζον ἐν τό αγίο ναῶ της αχειροποιίτου· τα ἱερα καὶ θυμάσια καὶ πολύτημα κόσμια· λέγω δὶ· τό επηπραχίλιον· καὶ τό γονατιον· καὶ τα υπεμάνικα διάφορα χρυσόπαστα· καὶ δια μαργάρου σκεδιασμενα. ἔχοντα διαφόρους ἁγίας ηκόνας. ὑπερ δε τῆς τηαύτης χάρητος· καὶ τημῆς εις ἐξέργου προς ἡμᾶς επεδίξατο ἠάθτμεν καὶ ἡμεῖς ὁ προεστῶς της αγίας ἐκκλησίας διαφερόντων δικέων· προς τὴν του καλημίτου σεβασμίαν μονὴν επιδοῦνε· καὶ ἐπηκυρόσε· μηκρόν τη προς ὀφέληαν τῆς ριθήσης ἁγίας μονῆς. τη στμουυλη τινιν. τεω ὑφ ἡμων ἐυαγιου κλήρου. εκδιδῶμεθα. προς τὴν ριθίσαν ἁγίαν μονὴν· το προάστιον τῆς δρακουνερας. καὶ το υραχίτατον ἐκί πορίτζηον· καθὰ επεκράτι ἀυτὰ τό προστεν. ἡ ἁγία καθοληκὴ ἐκκλησια. ὁμίως καὶ τον μίλον. τοῦ φηληκήα· τὸν ωντα ης τον κυλάδον ποταμου τριἐντου. ὁμίως καὶ τα χωραφίτζηα· του παλεωχωρίου. τα πλησίον τῶν ἀμπελίων. τῆς ρηθίσης του καλημιτου μονῆς. τάυτα ἅπαντα τὰ ρηθέντα· καὶ καλος ἐκτεθέντα. καὶ επηδοθέντα παρ ημὶν. προς τὴν ριθίσαν καὶ σεβασμίαν του καλημίτου μονὴν. μὴ εξύνε δὲ εμὲ· μητέ τηα των μετ εμε· μελλοντων διαθυωσαι· τον της αρχιεπησκοπης θρόνον· αφελεὶν από τὴν ριθησαν τοῦ καλημίτου μονὴν· εκ των καλὸς· καὶ ευγνομόνως παρ ημὶν προς ἀυτὴν εκδοθεντων τουρνοῦν· η δέ της φανη ἐναντηρυμενος εν τουτοις τη διαπράξεισται· ὑποκύστο αυτον καὶ ηνε κεκατηραμένον παρα κυριου θεου παντοκρατορος· των τί καὶ ἡ αγιων θεοφορων πατρων σχί δε καὶ τὴν αρὰν ἰουδα τοῦ προδωτου σχὴν δε καὶ τον οσιον

† Ioannes divina misericordia archiepiscopus civitatis Rossani.

Cum venerabilissimus . . . . . et omnino sacrosanctus dominus Hierotheus, praepositus colendi monasterii servatoris patris nostri Ioannis de Calveto, venisset ad catholicam ecclesiam nobis concreditam cum quibusdam piis et honestissimis monachis dicti monasterii, ut succurreret permutationis nomine sanctae catholicae ecclesiae, et egestati nostrae, secum attulit et dicavit sancto templo Deiparae non humanitus factae sacra et mirifica pretiosaque ornamenta, idest stolam, mappulam et manipulos varios auro pictos et margaritis decoratos, habentes diversas sanctas imagines. Hoc vero pro munere et honore, quo reapse nos prosecutus est, censuimus et nos praepositus sanctae ecclesiae ex diversis iuribus (*nostris*) tradere et confirmare venerabili monasterio de Calveto exiguum quidquam praedicto sancto monasterio profuturum. Consilio igitur nostri pientissimi cleri, damus dicto sancto monasterio praedium suburbanum Dracunerae, et parvulum hortum ibidem positum, ut ea possedit antea sancta catholica ecclesia; item molendinum Feliciae, positum in valle fluminis Trienti; similiter et praediola Paleochori, prope vineas praedicti monasterii de Calveto. Haec omnia suprascripta probe donata et tradita sunt a nobis dicto venerabili monasterio de Calveto, nec liceat mihi, neque cuiquam eorum, qui post me in archiepiscopali solio consecrabuntur, auferre vel abiudicare a praedicto monasterio de Calveto (*aliquid*) ex iis, quae recte et benevole nos eidem donavimus. Si quis vero his in aliqua re adversabitur, subiaceat maledictioni domini Dei omnipotentis, et tercentorum octo et decem sanctorum divinorumque Patrum,

ιωαννην του καλυυιτου την αντημαχομενον εν τη ημέρα τὴς κρίσεος· Ἐπη τούτω γὰρ· καὶ τὸ παραπόδοτηκον· καὶ ἀνταλλακτηκον χαρτόων· προς τον ριθεντα πανευλαυεστατον καθηγουμενὼ κυρον ἱερόθεοι· καὶ προς τους ὑπ αυτῶ· ευλαυεστατους μοναχους. καὶ προς τὴν ριθεισαν σευασμιαν μονην. πεπειίκαμεν. προς δὲ περισσωτεραν πίστοσιν καὶ ασφάλειαν ανοθεν μὲν τοῦτω ἰδιωχειρος υπεγραψα· κατοθεν δὲ· την διαμολυυδου συνιθει υουλλη εσφραγισα εγραφη χειρι ιωαννου ευτελους ιερεως ευδομαριου καὶ υπομνηματογραφου Ἐπη της ἐυσευους υασιλιας γουλιαλμου του φηλοχριστου ημων δεσπότου και αγιου ριγος· μηνι ιουλίω ινδικτιωνι ιε' ετους ϛχοε'· παρουσια των καὶ υπογραφεντων εν ἀυτῶ· αξηολογων ιερεων τε καὶ κληρικων.

† κωνσταντινος ευτελης διακονος μαρτυρων υπεγραψα † μιχαὴλ ὁ ἐυτελὴς πρεσβύτερος καὶ σκεὺοφύλαξ υπέγραψα † νἰκόλαος ὁ ἐυτελης πρεσβυτερος καὶ ἐκκλησιαρχης μαρτυρ υπεγραψα † Θεόδὼρος ἐυτελὴς πρεσυυτερος καὶ κατιχητης ο μανναs υπεγραψα † ιωαννης ο ευτελης πρεσυυτερος καὶ ευδομαριος υπεγραψα † ἰωάννης ευτελῆς πρεσβυτερος ευδομάριος καὶ υπομνιματογράφος τοῖς προγραφεισι υπεγραψα † μιχαηλ ο ἐυτελης διάκονος καὶ καιστρίσιος τῆς μεγάλης καὶ καθολικης ἐκκλησιας ὁ μαλεῖνος ὑπέγραψα † σιμειον ο ευτελης πρεσυυτερος ο λεόπαρδου υπεγραψα † ιωαννης ο εὐτελης πρεσυυτερος καὶ ταβουλαριος αρλειτας υπεγραψα † γριγοριος ευτελὴς πρεσυυτερος και κληρικός ο μοσατος υπεγραψα † ιωαννης ευτελης πρεσυυτερος, και κληρικός υαρδολος υπεγραψα † ιωαννης ευτελης πρεσυυτερος καὶ ευδομαριος ο κουνουτης υπεγραψα † ιωαννης ο ευτελης πρεσβυτερος και ευδομαριος υπεγραψα † μἰκρος ευτελης διάκονος καὶ δευτερεύων υπέγραψα † υασιλειος ο ευτελης πρεσυυτερος και ευδομαριος μανδακας υπεγραψα † νἰκολαος ὁ ευτελὴς πρεσυύτερος καὶ κληρικὸς ὁ μἐλήτης ὑπέγραψα † ἀδὰμ ὁ ευτελῆς πρεσυύτερος καὶ ευδομάριος υπέγραψα τὸν τίμιον σταυρον † γρηγωριος ο ἐυτελης πρεσυιτερος καὶ ἐυδομαριος ὁ ἱερόμνυμων υπεγραψα † νικολαος ο ευτελης πρεσβυτερος και κληρικός ο αρκουδακος υπεγραψα † λέων ο ευτελης διακονος αλαμνατης υπεγραψα † rostus gracianus † ιωαννης κλιρηκος και ιπομνησκος πρωτοπαπα υπεγραψα †. . . . . .

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 54.)

habeat etiam exsecrationem Iudae proditoris, et adversarium nanciscatur in die iudicii sanctum Ioannem de Calveto. Qua de re fecimus hanc traditionis et permutationis chartulam dicto piissimo praeposito domino Hierotheo, eiusque religiosissimis monachis, et dicto venerabile monasterio. Ad maiorem porro fidem et securitatem superius propria manu hoc signavimus, inferius autem consueta plumbea bulla munivimus. Scriptum manu Ioannis humilis sacerdotis hebdomadarii et actuarii, sub pio regno Gulielmi religiosi nostri domini et sancti Regis, mense iulio, indictione XV, anno 6675, coram probis sacerdotibus et clericis in hac chartula subscriptis.

† Constantinus humilis diaconus testis subscripsi. † Michael humilis presbyter et scevophylax subscripsi. † Nicolaus humilis presbyter et ecclesiarcha testis subscripsi. † Theodorus humilis presbyter et catechista de Manna subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et hebdomadarius subscripsi. † Ioannes humilis presbyter hebdomadarius et actuarius supradictis subscripsi. † Michael humilis diaconus et castrensis magnae et catholicae ecclesiae cognomento Maleinus subscripsi. † Simeon humilis presbyter filius Leopardi subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et tabularius Arlites subscripsi. † Gregorius humilis presbyter et clericus Mosatus subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et clericus Bardolus subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et hebdomadarius Cunutes subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et hebdomadarius subscripsi. † Micrus humilis diaconus et secundicerius subscripsi. † Basilius humilis presbyter et hebdomadarius Mandaces subscripsi. † Nicolaus humilis presbyter et clericus Melites subscripsi. † Adamus humilis presbyter et hebdomadarius subscripsi honorabilem crucem. † Gregorius humilis presbyter et hebdomadarius hieromnemon subscripsi. † Nicolaus humilis presbyter et clericus Archudacus subscripsi. † Leo humilis diaconus Alamnates subscripsi. † Ioannes clericus et monitor protopapae subscripsi.

CLXXII.

1168 — Mense Iulio — Indict. I.

Leo filius Eliae, et Elia eius filius donant monasterio SS. Deiparae de Pertusia praedium et vineam incultam posita ad S. Mariam de Groffulo.

† σήγνον χειρὸς λέοντος ὁ υιος ἠλίας. † σήγνον χειρὸς ἠλίας ὁ υιος αὐτοῦ.

† Εν ονοματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος, ἡμῆς οἱ ανωτερω προγεγραμμενοι· τὸν σήγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῶν σταυρὸν ποιξαντες οἰκία ἡμῶν γνῶμη, φαινῶμεθὰ και προσενέγκαμεν . . . . . εἰς τὴν μονὴν τῆς ὑπεραγίας Θεοτοκου της περτούσας, ἓν (χωράφιον καὶ ἀμπέλιον) ερημον ἅπερ καὶ ἔχωμεν γραπτὸν, ἐν προλέξ, εἰς τὸν τόποιπωθεσίαν τῆς ἁγίας Θεοτοκου τοῦ γρόφφουλου εγγὺς τοῦ χωραφιου του νικολαου δάλφιου. ἐστιν δὲ τὰ συνόρια τοῦ αὐτοῦ χωραφιου απο μέρος ἀνατολικὸν καὶ δυσμᾶς καὶ μεσυμβρίας συνορῆ χωραφιον τοῦ αὐτοῦ μοναστηριου τῆς ἁγίας Θεοτοκου τῆς περτούσας. καὶ ἀπὸ ἀρκτρος χωραφιον τοῦ ιωαννου ὁ υιὸς πετρος δὲ δωνάτου. ἡμεῖς, δε οι ανωτερω προγεγραμμενοι. ἐποιήσαμεν τὴν παρούσαν γραφὴν. εἰς τὸ μοναστήριον διότι εγινώμην μοναχος εἰς τὸ αὐτὸ μοναστηριον. ἵνα ἐχέτω ἐξουσίαν τὸ χωραφιον καὶ τὸ ἔρημον αμπελιον. τοῦ ποιεῖν ὅσα βουλεται. καὶ τὸ ἔρημον ἀμπελιον. κῆτε εἰς τὸ τοπωνπωθεσίαν· εἰς τὰ ἔρημα αμπελια, ὅπερ. εισαν πωτὲ τοῦ ιωαννου τοῦ γρόφφουλου, εἰσιν δὲ τὰ συνόρια. απὸ μερος ἀνατολικὸν, οἱ τοῦ γρόφφουλη· καὶ απὸ δυσμων, οἱ αὐτοῖ τοῦ γρόφφουλη· καὶ απο ἀρκτρος· χωράφη τοῦ αὐτου γρόφφουλοϊ καὶ απὸ μεσυμβρίας, χωραφιον τοῦ μοναστηριου. Ἐὰν δὲ φανῆ ποτὲ καιρῶ τίς ἄνθρωπος. ζητόντα ἡ μάχας ποιῶν, ἐπάνω τοῦ μοναστηριου. ζημιωθήτω εἰς τὸ μοναστηριον. εἰς το δηπλασιον. τὸ χωραφιον. καὶ τὸ ἔρημον αμπελιον. καὶ ἡ μονῆ εχέτω τὸ χωραφιον. καὶ τὸ ερημον αμπελιον στεριῶς. καὶ εἰς τὸ δημοσιον νομισματα λς'· Ἐγραφη τὸ παρὸν εγγραφον δια χειρος βασιλειου· νοταριου ὁ υιος κώμιτος. ἐν ἔτει ϛχος' ινδικτιωνι α'. μηνὶ ιουλίω. Ενώπιων καλῶν καὶ αξιοπιστων μαρτυρων † νικολαος κρητης ὁ υιος βιταλης κρητης μαρτυρ † ιδιοχειρως υπεγραψα τον σταυρὸν † λέον κρητης ὁ υιος ιωαννου τῆς ὀπτιμας μαρτυρ ἰδιόχειρώς υπεγραψα τὸν σταυρὸν. μαρτυρ † ἰωαννης ὁ υιος βιταλης κρητης·

† Signum manus Leonis filii Eliae. † Signum manus Eliae eius filii.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signum venerandae et vivificae crucis exaravimus, de propria nostra voluntate declaramus offerre . . . . . monasterio SS. Deiparae de Pertusia territorium et vineam incultam, quae dotalia accepimus, sita ad S. Mariam de Groffulo iuxta territorium Nicolai Dalfii. Sunt vero eiusdem territorii fines : ad orientem, occidentem et meridiem praedium ipsius monasterii S. Deiparae de Pertusia, ad septentrionem territorium Ioannis filii Petri de Donato. Nos autem suprascripti confecimus monasterio praesens instrumentum, quoniam monasticam vestem induimus in eodem monasterio, ut habeat potestatem faciendi quicquid voluerit de eodem territorio et vinea inculta. Ipsa vero vinea inculta sita est in loco (*ubi dicitur*) Vineae incultae, quae erant quondam Ioannis Groffuli. Sunt autem fines : ad orientem filii Groffuli; ad occidentem ipsi filii Groffuli; ad septentrionem territorium eiusdem Groffuli; ad meridiem territorium monasterii. Quod si procedente tempore quisquam praesumpserit litem aut molestiam inferre monasterio, poenae nomine solvat eidem duplum pretium tum pro territorio, tum pro vinea inculta, et monasterium firme retineat ipsum territorium et vineam incultam, et publico aerario solidos sex et triginta (*solvat*). Scripta est praesens chartula manu Basilii notarii filii Comitis anno 6676, indictione I, mense iulio, coram probis et fide dignis testibus. † Nicolaus Iudex filius Vitalis Iudicis testis propria manu crucem subscripsi. † Leo Iudex filius Ioannis de Optima testis propria manu crucem subscri-

μαρτυρ ιδιόχειρως υπεγραψα τὸν σταυρόν· μαρτυρ † σατριάιος ὁ υιος νικήτας τοῦ πρόξιμου. Εν τοῖς καιροῖς τῶ ευλαβεστατου αυθεντου ἡμῶν ριξ γουλιέλμου ὁ υιος τοῦ ριγος γουλιελμου· καὶ στρατιγὸς ὁλέττας ατταβιάνο ὁ υιος νικολαου βιτζιούσος καὶ δεσκώμης πέτρος γίτζος.

psi. Testis † Ioannes filius Vitalis Iudicis propria manu crucem subscripsi. Testis † Satrianus filius Nicetae de Proximo. Temporibus piissimi domini nostri regis Gulielmi filii regis Gulielmi , et Strategi Olettae Octaviani filii Nicolai Vitziusi et Vicecomitis Petri Gitzi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 62.)

CLXXIII.

1168 — Indict. I.

Petrus Rapicellus vendit Arcadio Mesito vineam positam in agro S. Leontii tarenis aureis quinque et triginta.

† σίγνον χειρὸς κυρου πέτρου υιοῦ χρυσοιωάννου ραπηκέλλου· καγὼ πέτρος ο ανοτερω προγραφὴς, ὁ τὸ σίγνον του τιμίου καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ τῆ οἰκήα μου καθὑπογράψας χειρὶ, ἑκουσία μου τὴ γνώμη καὶ οἰκήα προαιρέση· καὶ οὐκ εκ τινος τὸ παράπαν χλεύης εἰ ραδιουργίας, ἢ τῆς ἴας οὖν περισταάσεως· ἢ ὥσα εν τοῖς νόμοις ἠσὶν ἀπηγορευμένα. ἀλλὰ μάλλον σὺν προθυμια πάσει καὶ ὁλοψύχω προθέσει δι ὴς ὁμολογῶ πεπρακένε με προς σὲ· αρκάδιον μεσίτον, τὸ αμπελον τὸ ἅπερ ἔχω εἰς τὴν χῶραν τοῦ αγιου λεωντίου, ὅπερ ὁ σκολάριος ἐκατεφύτευσεν επὶ εἰμυσιθτιτος τὸ μέρος τὸ επίλανχανοντα μοι. εἰς χρυσοῦν ταρια λε'. ἀτηνα λαυὼν αὐτὰ ἀπὸ χειρῶν σου εἰς τὰς εμὰς χεῖρας. ἐπιδέδωκά σι τὸ ρηθὲν αμπέλον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς ἑξεῖς ἁπαντας χρονους μέχρι τερμάτων αιῶνων. σοῖ τε καὶ εἰς τοὺς σοὺς διάδόχους ἁπαντα ποιὴν ἐν αυτω τα δωκοῦντα σοι. πουλεὶν χαρίζειν ανταλλάττειν καὶ ἐν προιξὴν τῶν ἰδίων σου. κατάγράφὴν τέκνων. καὶ ὡσα οἱ θεῖοι νόμοι τῶν ἁγίων βασιλέων τοις οἰκήοις δισποταις παρεκελεύσαντο. ως τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ εμου ἠλειφὸς καὶ ἡ μὲν ποτὲ καίρω εἶ χρῶνω φανὴ τίς κοίνησιν ζήτησιν εἰ ἀγογὴν ποιήσιτο , ἵνα ἴσταμε καὶ διεκδικῶ σι αὐτω ἐκ παντὸς πρωσόπου. ἴ δὲ καὶ οὐ διεκδεκήσω καὶ δεφενδεύσω σοι αὐτῶ, ἀλλὰ μαλλον πρὸς επαναστροφὴν πηραθῶ ἐλθὴν ἵνα μὴ εἰσακούωμε· καὶ ἵνα ζημιούμαι υπερ παραβάσεως του τιμίου σταυροῦ νομισματα λς'. καὶ σοὶ τὼ ἀγορακωτι τὸ τίμμα δυπλοῦν, καὶ ἡθ ουτω στέργειν καὶ ἐμέιειν τὴν παρ εμου σοι γεναμένὴν καθαραν καὶ πληρεστατὴν πράσιν· μαλλον καὶ ἵνα τελλὴ εξ αυτου τέλος κατ-

† Signum manus domini Petri filii Chrysoioannis Rapicelli. Ego suprascriptus Petrus, qui signum venerabilis et vivificae crucis mea propria manu subscripsi, voluntario meo consilio et propria electione, ac sine aliqua prorsus fraude, vel malitia, vel quacumque circumventione, vel quovis a legibus vetito modo, sed potius cum omni alacritate et totius animi proposito declaro praesenti (*chartula*) me vendidisse tibi Arcadio Mesito vineam, quam habeo in agro S. Leontii, quamque Scolarius in emphyteusim pro medietate habuit, partem nempe, quae mihi obvenit, pro tarenis aureis quinque et triginta; quibus acceptis a tuis in meas manus, dedi tibi dictam vineam ab hodierna die et in omne futurum tempus usque ad finem seculorum. (*Do etiam facultatem*) tibi et tuis successoribus omnia peragendi in ipsa (*vinea*), quae tibi videantur, vendendi, donandi, permutandi et in dotem constituendi tuis filiis, et omnia faciendi, quae divinae leges sanctorum Regum propriis dominis permittunt, utpote qui auctoritatem et potestatem a me accepisti. Et si qua occasione vel tempore quis litem, quaestionem aut actionem intenderit, tenear obstare teque defendere ab omni persona ; nisi vero tuear vel defendam, sed potius consilium mutare praesumam, ne exaudiar, et solvam propter violationem venerandae crucis numismata sex et triginta, ac tibi emptori duplum pretium. Et sic firma atque inconcussa deinceps maneat praesens pura et

ενιαυτόν εἰς τὸν ἅγιον λεόντιον ταριον ἓν· ἐγραφη επὶ ετους ϛχοϛ ινδικτιωνος α' ενοπιον μαρτυρων: † νικητης πρεσυητερος μαρτυρ υπεγραψα † καλοκυρος φρανκοπετρος μαρτυρ υπεγραψα † ανδρεας υιος πρεσυυτερου νικηφορου μαρτυρ υπεγραψα † παπα νικολαος υιος θεοδωρου γαληοτου μαρτυρ υπεγραψα † αλεξανδρος στρατηγος μαρτυρ υπεγραψα καὶ ἐστερξα καὶ εκυρωσα τὸ παρον χαρτίον: γραφὲν χειρὶ πετρου πρεσβυτερου καραμαλλου † ego renaldus canonicus hoc confirmo.

plenissima venditio a me tibi facta. Insuper solvas quotannis S. Leontio tributum tareni unius. Scriptum est anno 6676, indictione I, in praesentia testium. † Nicetas presbyter testis subscripsi. † Calocyrus Francopetrus testis subscripsi. † Andreas filius presbyteri Nicephori testis subscripsi. † Presbyter Nicolaus filius Theodori Galioti testis subscripsi. † Alexander Strategus testis subscripsi et confirmavi ac roboravi praesens instrumentum scriptum manu Petri presbyteri Caramalli.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 55.)

CLXXIV.

1169 — Mense Novembri 20 — Indict. III.

Rupertus Cafirus vendit Petro de Bibulo praedium positum ad rivum Canterri pretio unius vaccae.

† σήγνον χειρὸς ροπέρτου ὁ υιος νικολαου κάφιρος

Ἐν ονοματι τοῦ πατρος, καὶ τοῦ υιοῦ, καὶ τοῦ αγίου πνεύματος. ἐγῶ ὁ ανωτερω πρόγεγραμμενος, τὸν σήγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῶν σταυρὸν ποίξας, ἰδία μου βουλη φαίνωμαι πράσχωντα εις σὲ πέτρον, ὁ υιος ιωαννου δε βίβουλου χωραφιον ὅπερ ἔχω ἀγωραστὸν εἰς τὸ τόπον πωθεσίαν τοῦ ρυακίου τοῦ κάντερρη μετὰ ἥμεροδενδρίων, καὶ ἀγρίων, διὰ ἓν. ἀγελάδα εισιν δὲ τὰ συνόρια τοῦ χωραφιου απο μέρος ἀνατολικὸν σύνορῆ, ὁ ρύακης τοῦ γιανέλλου. και ἀπὸ δυσμᾶς χωραφιον τοῦ αὐτοῦ πέτρου δὲ βίβουλου ὁ ἀγωραστης. καὶ χωραφιον τοῦ ιωαννου ὁ υιος πέτρου τοῦ δωνάτου, καὶ ἀπὸ ἄρκτρος, χωραφιον τοῦ βίτα ὁ υιος ροπερτου πέδε φερράτου. καὶ ἀπὸ μεσυμβρίας χωραφιον, τοῦ καστόλιου ὁ υιος πρεσβυτερου νικόλα τῆς κώρτης. ἐγῶ ὁ ανωτερω πρόγεγραμμενος, μετὰ τὸ ἀπολαβεῖν τὴν αγελαδα, ἐποίησα εἰς τὸν αγωραστὴν. τὴν παρούσαν γραφὴν ἐκ χειρὸς τοῦ νοταριου ἵνα εχέτω ἐξουσίαν τὸ χωραφιον καὶ τὰ δενδρα πουλειν. χαρίζειν. ἀνταλλαττειν. καὶ ποιεῖν ὅσα βουλεται. καὶ εὰν φανῆ ποτὲ καιρῶ, ἡ ἐγῶ, ἡ ἄλλος τίς, ἄνθρωπος, ζητοντα ἡ μάχας ποιῶν, περὶ τοῦ χωραφιου, ἡ εκ τῶν δενδρων. ζημιόθήτω εἰς τον· αγωραστὴν· εἰς τὸ διπλασιον, καὶ εἰς τὸν δημοσιον νομισματα λϛ'. καὶ η πράσις μενετω στερεως. ἐγραφη τὸ παρὸν ἔγραφον, διὰ χειρὸς βασιλειου νοταριου ὁ υιος κώμη-

† Signum manus Ruperti filii Nicolai Cafiri.

In nomine Patris, et Fili, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus, qui signum venerandae et vivificae crucis exaravi, declaro propria mea voluntate vendere tibi Petro filio Ioannis de Bibulo territorium, quod ex instrumento emptionis possideo iuxta rivum Canterri, cum arboribus fructiferis et silvestribus, pro vacca una. Fines autem eiusdem territorii sunt: ad orientem rivus Giannelli; ad occidentem territorium eiusdem Petri de Bibulo emptoris, et territorium Ioannis filii Petri de Donato; ad septentrionem territorium Viti filii Ruperti Pedeferrati; ad meridiem territorium Castolii filii presbyteri Nicolai de Curte. Ego suprascriptus, cum vaccam accepissem, feci tibi emptori praesens instrumentum manu notarii, ut habeas potestatem vendendi praedictum territorium cum arboribus, donandi, permutandi et faciendi quodcumque volueris. Et si quis unquam apparuerit, sive ego ipse, sive quaecumque alia persona, litem aut molestiam de praedicto territorio et arboribus tibi inferre volens, solvat emptori poenae nomine duplum pretii, et Fisco solidos sex et triginta; et nihilominus firma remaneat venditio. Praesens instrumentum scriptum est manu Basilii no-

τος. ἐν ἔτει ϛχοη'. ινδικτιονι γ'· μηνι νοεμβριω κ'. ἐνώπιον καλῶν και ἀξιοπίστων μαρτυρων. νικολαος κρητης ὁ υιος βιταλι κρητης μαρτυρ. † ἰδιοχειρως υπεγραψα τον σταυρόν.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 63.)

tarii filii Comitis, anno 6678, indictione III, mense novembri, die XX, coram probis et fide dignis testibus. Nicolaus Iudex filius Vitalis Iudicis testis † propria manu crucem subscripsi.

CLXXV.

1170 — Mense Maio — Indict. III — Rhegii.

Rogerius archiepiscopus Rhegii tradit sub annuo censu tarenorum duorum Rogerio Alexandri fratri nonnullas vineas.

† σιγγιλλιον γεναμενον παρ ἐμῶ ρωγερίω αρχιεπισκωπω της μητροπολεως ριγίου. ὁτὶ τὸν μαϊον μηνα τῆς ινδικτιωνος γ' ἦλθες σῦ ρωγέριος ὁ αδελφος αλεξαντρου· καὶ ἔτηταις μοι τοῦ δῶνε συ ἡς τελος τὰ αμπέλια ωσα επικράτηταν ὁτε γριγοριος ο καυπλήτόνες, καὶ ὁ αδελφος αυτοῦ· καὶ ἡνα δίδις τέλος τὸν καθἐνιαυτὸν ταρίων β'· καθάτι καὶ επὲδίδον ἐκήνη ἡ καυπλήτονες καὶ ἔστερξα αυτοῦ. καὶ επέδωκα αυτὰ τὰ ἀμπέλια μετὰ τὸν δενδρον τον εκήσε εἰς τὸν προγραφὲν τέλος εἰς σὲ τὸι ρογέριον τοῦ ἐχιν σε από τω νῦν αυτὰ εις την ἰδίαν σοῦ εξοῦσίαν καὶ κυρϊωτητα επὶ τέκνα τέκνων σου· ως τοῦ κύρος καὶ τὴν εξοὐσίαν παρ' εμῶν ηληφὸς. καὶ εἰ μὲν φανὶ τὶς ποτὲ καὶρω ζητων ἢ ἐγκαλων ηπὲρ ἀνατρεπῆς τούτου παροντος σιγιλλίου ἡνα δίδι εις τὶν αντίληψην τῆς κορτης ριγατους μ' καὶ ηθ ουτως εχι τὸ αναθεμα τῶν αγίων θεόφορων πατρων. καὶ ἡ μὲρῆς αυτοῦ μετὰ ισκαριωτου . . . . . εγραφη μηνι καὶ ινδικτιωνι τοῖς προγραφείσι ετους ϛχοη' εν παρουσια μαρτυρων †. . . . . ευτελῆς πρεσβυτερος μαρτυρ υπεγραψά † γρηγοριος . . . . . μαρτυρ υπεγραψα † βαρθωλομαιος φρανκος μαρτυρ υπεγραψα † θεοδωρος πρεσβυτερος μαρτυρ υπεγραψα † σιμηῶν μαρτυρ υπεγραψα † νικολαος μεσιτάνος μαρτυρ υπεγραψα † ριγκάρδος μαρτυρ υπεγραψα † κωνστας καλογεροπολλος μαρτυρ υπεγραψα † χρϊστόφορος μαρτυρ υπεγραψα † Ego Michael regie cappelle canonicus hoc confirmo † Ego Renaldus regie cappelle canonicus hoc scriptum confirmo † ὁ γεώργιος ἔγραψα, καὶ ὑπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 56.)

† Sigillum factum a me Rogerio archiepiscopo sedis metropolitanae Rhegii. Mense maio, indictione III, venisti tu Rogerius frater Alexandri, et petiisti a me, ut darem tibi sub censu vineas, quas tenuerant Gregorius Camplitonis et frater ipsius, eo pacto, ut solveres pro censu quotannis tarenos duos, sicut et solverant illi Camplitones. Ego vero annuens, tradidi ad praedictum censum ipsas vineas cum arboribus inibi extantibus tibi Rogerio, ut habeas tu iam nunc ipsas in propria tua potestate ac dominio de filiis in filios tuos, quippe qui ius et facultatem a nobis accepisti. Et si quis apparuerit aliquo tempore quaestionem aut iudicium illaturus ad subvertendum hoc praesens sigillum, solvat regales quadraginta a Curia percipiendos, et insuper habeat anathema sanctorum divinorumque Patrum, et pars ipsius sit cum Iscariota . . . . . Scriptum mense et indictione antedictis, anno 6678, coram testibus. †. . . . . humilis presbyter testis subscripsi. † Gregorius. . . . . testis subscripsi. † Bartholomaeus Francus testis subscripsi. † Theodorus presbyter testis subscripsi. † Simeon testis subscripsi. † Nicolaus Mesitanus testis subscripsi. † Riccardus testis subscripsi. † Consta Calogeropollus testis subscripsi. † Christophorus testis subscripsi. † Georgius scripsi et subscripsi.

CLXXVI.

1170 — Indict. III — Acherontiae.

Sicilia Ioannis Ancinarisi filia eiusque soror Lucia cum viris suis donant ecclesiae S. Mariae de Cabria partem praedii positi ad Stapurniatam.

† σίγνον χειρὸς σικίλιας θυγατρος ιωαννου ἀγκϊνάρτσι γινί δὲ ιωαννου κλιβανᾶς † σίγνο χειρὸς ιωαννου κλιβανὰς † σιγνο χιρος νηκολαου βηταλη· † σίγνον χειρὸς λουκίας θυγάτηρ ιωαννου αγκϊναρίσι γινὴ δὲ τοῦ πρωριθεντος νϊκολαου βηταλη.

† Εν ονόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγιου πνεύματος· ἡμοῖς οἱ ἀνωτέρω ρηθέντες οἱ καὶ τα σίγνα των τημίων καὶ ζωοποιῶν σταυρων εἰκιοχείρος πιξαντες, ἑκουσία ἡμῶν τῆ γνόμη· εἰκία πρωὐερέσι, καὶ οὐκ εκ τοινος ανάγκης ἡ βίας ἢ δόλου ἀλλ εν προθημία ἡμῶν πάσι καὶ ὁλοψύχω προθέσϊ, ἐκδιδόμεθα καὶ ἀφιεροίμεν εἰς τὸν πάνσεπτον ναόν, τῆς ὑπερυμνητου δεσποίνης ἡμῶν θεοτοκου τοῦ κάυρια, τὸ χωράφιον ὅπερ ἐχωμεν ἐκ τοῦ πατρος ἡμῶν ιωαννου ἀγκϊναρήσι τὸ ὦντα εἰς το σταπουρνιάτην. ἐν τοιούτω συμφόνω, το μὲν ἡμηυ· να ἔστω ἀφιερωμένον, τὸ δ ἑτερον ἡμησύ ἤτι καταφυτεύηται εἰς αὐτῶ να γίνεται οὕτος πάλην· μέρος ἡ εκλησία· καὶ μέρος ὁ ἡγούμενος· καὶ μέρος ἡμοῖς, αἱ δὲ καρίδιαι ἃς ὑπαρχουσι εἰς τὸ αὐτόν χοράφιον· να ἔχωμεν ἡμοῖς αὐταῖς ἐλεύθερες· καὶ οὕτως ἀφιερώσαμεν τὸ αυτὸν χωράφιον, ὑπὲρ λύτρου καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἐμῶν γονεῶν, καὶ ἡμῶν, ἔχειν σας δὲ ἡμᾶς εἰς μνίαν εἰς τὴν αγίαν εὐχῆν σας, σύ τε καὶ οἱ μετα σᾶς μέλλοντες προὐδρεύην εἰς τὴν αὐτὴν θείαν μονὴν τοῦ κάυρια. συνορὶ δὲ το τοιούτον χωράφιον· κατα μὲν ἀνατολᾶς, ἡ πρωοῦ ἀφιέρωσης ἣν ἀφιερώσαμεν εἰς τὴν αὐτὴν θείαν μονὴν, κατα δὲ δυσμᾶς τά ἐπίπλαγα, κατα δὲ ἄκτρον ὁ κριμνός, καὶ κατα μεσημυρίαν ὁ ξυρορίαξ. ὁταν δὲ πάλιν μέλλωμεν εἰσελθεῖν εἰς την αὐτὴν θείαν μονὴν, ἤτε ἡμοῖς ἤτε παιδια ημων να ὑποδέχεσθαι ἡμᾶς ὡς ἀδελφοῦς σας, ταυτα οὕτως ἐστέρξαμεν καλοθελός, ἤτις φανὶ ταύτα παρασαλεύων· ἢ ἡμοῖς ἢ ημῶν διάδοχοι, ἔστωσαν κατηραμένι παρα κυριου θεου παντόκρατορος, καὶ των ἁγίων πατρων· ἐγράφη κατ επιτροπη νοταριου ανδρεου ταβουλαρίου ακερέτιας, χειρὶ νοταριου νϊκολαου, τοῦ ετους ϛχοή ἰνδικτιωνος γ'.

† Signum manus Siciliae filiae Ioannis Ancinarisi, uxoris vero Ioannis Clibanae. † Signum manus Ioannis Clibanae. † Signum manus Nicolai Vitalis. † Signum manus Luciae filiae Ioannis Ancinarisi, uxoris vero supradicti Nicolai Vitalis.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos supradicti, qui signa honorabilis et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, nostra spontanea voluntate, propria electione et nulla necessitate, vel vi, vel dolo, sed omni alacritate, totiusque animi proposito damus et offerimus venerabili templo gloriosissimae dominae nostrae Deiparae de Cabria praedium, quod habemus a patre nostro Ioanne Ancinarisi, positum ad Stapurniatam, hoc pacto, ut medietas ipsius (*dictae ecclesiae*) donetur; altera vero medietas, quae plantis est consita, iterum dividatur hoc modo, ut partem (*habeat*) ecclesia, partem praepositus, et partem nos ipsi; nuces vero, quae sunt in eodem praedio, ad nos libere pertineant. Et sic donavimus ipsum praedium pro redemptione et remissione peccatorum nostrorum parentum et nostrum, ut de nobis commemorationem in sanctis vestris precibus faciatis tu, et qui post te eiusdem divini monasterii de Cabria praeposituram erunt suscepturi. Fines autem huius praedii sunt: ab oriente praedium, quod nuper donavimus dicto sancto monasterio; ab occidente latera montium; a septentrione rupes; et a meridie torrens. Cum vero rursus ingredi voluerimus in ipsum sanctum monasterium, sive nos, sive filii nostri, nos excipiatis tanquam vestros fratres; et haec ita sponte statuimus. Quod si quis haec evertere voluerit, vel nos, vel successores nostri, maledicti simus a domino Deo omnipotente, et a sanctis Patribus. Scriptum est ex mandato notarii Andreae tabularii Acherontiae, manu notarii Nicolai, anno 6678, indictione III.

† βασιλειος υἱός ιωαννου κλιβαιᾶ μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυρον.

† Ego Ioannes. trisoleme testis sum

† ιωαννης ὑός λεου εβρηατι μαρτυρ υπεγραψα

† νἰκολαος κἀτεπανος ἀκερετιας μαρτυρ υπεγραψα

† κὼνσταντινος υἱὸς Θεωδωρου Φἀρφαλλου μαρτυρ υπεγραψα.

† Basilius filius Ioannis Clibanae testis crucem subscripsi.

† Ioannes Leonis Ebriati filius testis subscripsi.

† Nicolaus Catapanus Acherontiae testis subscripsi.

† Constantinus filius Theodori Farfalli testis subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani n.° 57.)

CLXXVII.

1170 — Mense Septembri — Indict. IV — Olettae.

Bonus de Bonadia Marottam filiam uxoris suae in filiam adoptat.

† Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιου καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος, κυρις ὁ Θεος ημων ὁ εἰπῶν ἐγῶ ἔσωμαι αυτοῖς εἰς πατερα καὶ αὐτοῖ εσωνταί μοι, εἰς ὑἱοῦς, καὶ καλέσας ἡμᾶς εἰς υιωθεσίαν. διὸ καγῶ βώνη δὲ βώναδία. εἰς υιωθεσίαν λαβῶν τὴν θυγατέραν τῆς γυναικός μου μαρίας, ὀνοματι μαρόττα καὶ τέκνοποιήσωμαι αὐτήν ινα ἔσωμαι αὐτῆ εἰς πατερα, καὶ αὐτῆ ἔσται, εἰς θυγατέρα. καὶ σὺνκληρονόμη, ἐκ τὲ τῆς κληρονομίας μου· απο τὲ κίνιτὸν καὶ ακίνιτων ἐν τῶ τοἰούτω τρόπω· ἵνα ἔχω πάντα εν τῆ ἐμοῖ ἐξουσία ἕως τῆς ζωῆς μου, ἐάν δὲ λάβη ἄνδρα ἐν τῆ ζωή μου δεῖ μοι αὐτῆ ὡς πατερα τῶ τέκνω αυτοῦ· καὶ ἐν τῶ τελος τῆς ζωῆς μου, ἐὰν θέλη, ποιήσαι, διὰ τὴν ψυχήν μου τὸ αρέσκον μοι ἐχέτω πάντα ὡς υἱόν, μου γνησίος· καὶ τὴν αυθεντίαν γίνωσκων καὶ δουλεύων· ὡσπερ ἐγῶ, εποιήσα καὶ ἐὰν, οὐ θέλη, δειδῶναι μοι διὰ τὴν ψυχὴν τὸ αρέσκον μοι, ἵνα ἔχω εγῶ ἐξουσίαν διατυπῶσαι ἐκ τοῦ εμοῦ κατὰ τὸ ἔθος τῆς χώρας· καὶ εκ τὸ ὑπόλειπον, δουλευει. . . . . εκ τὲ σεργεντίαν, καθως ποιῶ ἐγῶ. καὶ ἐχέτω ἐξουσίαν τοῦ ποιήσαι ὅσα βούλεται, ὡς κὺρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ἐμοῦ ειλιφως. ἐὰν δὲ φανῆ ποτὲ καιρῶ, τὶς, ἐκ τῆς συγγενίας μου ζητοντα, ἡ μάχας ποιῶν. περὶ τουτων. τῶν προγεγραμμενων, ζημιοθητω, εις τὴν δημωσίαν· νομισματα· λϛ', καὶ αὐτῆ καὶ οἱ συγκληρονόμοι αὐτῆς. στερεαν· καὶ απαρασαλευτον· εχέτωσαν τὴν κληρονομίαν· ἐγραφη τὸ παρὸν ἔγγραφον διὰ χειρὸς βασιλειου νοταριου ὁ υιος τοῦ κώμιτος. ἐν ἔτει ϛχοθ', ἰνδικτιωνος δ' μηνι

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quoniam Dominus Deus noster dixit: Ego ero ipsis in Patrem, et ipsi erunt mihi in filios, et vocavit nos in adoptionem; ideo ego Bonus de Bonadia in adoptionem suscipiens filiam uxoris meae Mariae nomine Marottam, eam filiae loco habebo, ut ipse sim in patrem, et ipsa mihi sit in filiam, et consors sit hereditatis meae in rebus tam mobilibus, quam immobilibus, hoc pacto, ut scilicet omnia ego habeam in mea potestate donec vixero. Quod si me vivente nupserit, necesse est ut ad ea tenear, quae pater praestare tenetur propriae filiae: et in meo obitu, si pro anima mea facere velit quod mihi placuerit, omnia habeat, perinde ac si vera et legitima mea filia esset, dominium agnoscens et inserviens, quemadmodum ego feci. Si vero noluerit pro anima mea dare quod mihi placuerit, mihi liceat pro meo arbitrio de bonis meis testari secundum loci consuetudinem. Et in posterum serviat. . . . . sergentiae, prout ego facio, et facultatem habeat peragendi quod sibi libuerit, utpote quae dominium et potestatem a me accepit. Quod si quis de mea cognatione aliquando surrexerit, volens actionem aut controversiam de suprascriptis instituere, poenae nomine solvat Fisco solidos sex et triginta, et nihilominus ipsa, eiusque coheredes firme et inconcusse huiusmodi hereditatem possideant. Scriptum est praesens instru-

σεπτεμβριω. ενώπιον των κριτών ολιττας. και καλών μαρτυρων, νικολαος κριτης ο υιος βιταλης κριτης μαρτυρ † ιδιόχειρως υπεγραψα τόν σταυρόν. μαρτυρ ιωαννης της ὅπτιμας, ιδιόχειρως υπεγραψα τόν σταυρον. ο λεον κριτης ο υιος † κωμιτος κριτου και νοταριος ὁ υιος βασιλειου νοταριου μαρτυρ † ιδιοχειρως υπεγραψα τόν σταυρόν μαρτυρ σατριάνος ὁ υιος νικητου πρόξιμος † μαρτυρ· βιταλης ο υιος ουρσινου μαρτυρ †. Εν τοῖς καιροῖς τοῦ ευλαβεστατου αυθεντου ημων κώμης ὁρρήκος· καὶ στρατηγὸς ολεττας· μαϊστωρ βασιλειος ὁ υιος του πρεσβυτερου νικολαου δὲ καππέλλου.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 64.)

mentum manu Basilii notarii filii Comitis anno 6679, indictione IV, mense septembri, praesentibus Iudicibus Olettae et probis testibus. Nicolaus Iudex filius Vitalis Iudicis testis † propria manu crucem subscripsi. Testis Ioannes de Optima propria manu crucem subscripsi. Leo Iudex filius † Comitis Iudicis et notarii filii Basilii notarii testis † propria manu crucem subscripsi. Testis Satrianus filius Nicetae Proximi † testis. Vitalis filius Ursini testis †. Temporibus piissimi domini nostri Comitis Orrici, et Strategi Olettae Magistri Basilii filii presbyteri Nicolai de Cappello.

CLXXVIII.

1171 — Indict. IV.

Rogerius Scullandus dominus Aëtae donat monasterio S. Protomartyris Stephani eiusque praeposito Gulielmo reditum olivarum extantium inter vineas eiusdem monasterii, in loco dicto Palaeochorio Suriani.

† σίγνον χειρός καμοῦ ρωγερίου υἱοῦ τοῦ ἀπεχωμενου κυρου γουλιελμου σκουλλανδου τοῦ κατα τόν κερόν. αυθεντου χῶρας ἀέτοῦ, δει οὗ φερωμαι καγῶ ὁ προγραφεῖς κυρος ρωγεριος, ὁ το σύγνον τοῦ τημίου καὶ ζωοποιου σταυρου, οἰκεια χειρῆ, ποιήσας, στεργωντα καὶ επιδιδωντα πρός τὴν μονην του ἁγίου πρωτομαρτυρος στεφανου καὶ προς τον ἐκεῖσε προέστω καὶ κατὰ τόν κερον μαιστορα, κυρον γουλιελμον· καὶ πρός τοὺς ἑτέρους ἀδελφοὺς, ἅπαντας· περι ψυχικῆς σωτηριας· καὶ ἀφεσεως ἁμαρτοιών τῶν οἰμεταίρων γεννοιτόρων καὶ ἡμῶν· τοῦ ἐφεχαισθαι ἡπερ ἡμῶν ἁπάντων εἰς τοὺς ἐξεῖς καὶ δεὶηναικὶς χρῶνους· καὶ ταυτα οὕτος, ἐστερξα αὐτόν ὡς προέφην τοῦ μερους μοῦ· τῶν αποροιῶν, τῆς ἐλαίας τῆς ἐστῶσης ἀναμέσων τῶν ἀμπελοίων αυτῶν, εἰς τοπον λεγώμενον παλεον χωριον σουριάνου· καὶ οὕτος στεργω αὐτὰ τοῦ ποιῆν ὅσα ο θειος νομος τοις οἰκειοις δεσποταις ποιην παρακελευεται· τα δὲ ἄποροια τοῦ μέρους ἡμῶν ἠσιν ταύτα τοῦ μουλου σκώρδου καὶ ιωαννου ἀδελφοῦ αὐτοῦ· καὶ ἀρκαδιου χασσαραμουννόν· καὶ ταύτα οὕτος προσταττει το κράτος μου μηδεὶς ἔστω τολμηρὸς παρα των ἡμων ἐξουσιαστῶν κυνησιν ἢ αγωγὴν ποιῶν πρὸς ταὕτην τὴν δεικαιαν καὶ πλειρεστά-

† Signum manus mei Rogerii filii defuncti domini Gulielmi Scullandi pro tempore dynastae regionis Aëtae. Ego antescriptus dominus Rogerius, qui signum honorabilis et vivificae crucis propria manu exaravi, dono et trado (*tibi*) monasterio sancti Protomartyris Stephani, et domino Gulielmo inibi praeposito et pro tempore magistro, ac reliquis fratribus omnibus, pro spirituali salute et remissione peccatorum nostrorum parentum et meorum, ut oretis pro nobis omnibus in perpetuum, trado inquam, ut praedixi, partem meam de reditibus olivarum extantium inter vineas ipsius monasterii, in loco dicto Palaeochorio Suriani. Et sic offero ipsam, ut fiat de ea quidquid lex divina propriis dominis facere permittit. Reditus vero partis meae sunt hi, nempe (*quos solvunt*) Mules Scordus, et Ioannes frater ipsius, et Arcadius Cassaramunnus. Hanc donationem fieri iubet potestas mea, et nemo e meis officialibus audeat litem, vel actionem intendere contra hanc iustam et plenissimam oblationem. Quod si quis tentaverit aliquo

τὴν δωρεάν· καὶ ἤ τις φανοῖ ποτὲ κερῶ, κυνησιν ἢ αγωγὴν ποιῶ πρὸς τὴν τιαὕτην ἀνφιερωσιν ἣν ποιω, εστω ἐπαρατος παρα κυριου θεου παντοκρατορος· σχεῖ δὲ καὶ το ἀναθοιμα ὅπερ εκληρωνόμησε ἄριος καὶ νεσθῶριος καὶ πὰν ερσιαρχον καὶ τὴν λέπραν γηέζεῖ· καὶ συν τουτω ζημιούστω εις το δειμόσιον νομισματα λς' καὶ ηθ οὕτω στεργει καὶ εμμενει ἡ τιαὕτη δικαια καὶ πληρεστατη ἀμφηέρωσις, ἄχρη τερματων ἐόνων, εμ παρουσια καὶ ἐπόψεσιν των ἐκεῖσε ἐντιχωντων ἀξιοπιστων ἀρχωντων καὶ καβαλλαροιων † λέγω δεῖ, † κυρου γουλιελμου τρισταυου· † καὶ κυρου πετρου γαμβρου αὐτοῦ † καὶ κυρου χαρρῆ δὲ ποιτοῦμ † καὶ βασιλειου του τοτε μαίστορος ἀρένας· † καὶ ροπερτου γάττου· † καὶ υιραλδου καβαλλαριου † καὶ νικολάου τοῦ τοτε στρατηγου † καὶ λεοντος κουκουτζου † καὶ ιωαννου ουρσαυλεοντος † καὶ πανταλεοντος βεσκομητος σουριάνου καὶ ἀρκαδιου βεσκομητος καὶ ἑτέρων πλοιστων.

† ἐγράφη ἡ τιαὕτη χαριστικῆ δωρεᾶ δια χειρὸς γαλατου τοῦ κατα τὸν κερον νοταριου της κορτης, κατα προσταξιν τοῦ πανευγενεστάτου ἡμων αὐθεντου κυρου ρωγεριου † ἔτει ϛχοθ' ινδικτιωνι δ'.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 58.)

tempore litem, vel actionem instituere adversus hanc oblationem quam facio, sit maledictus a domino Deo omnipotente, et habeat anathema quod sortiti sunt Arius, Nestorius, et omnes haeresiarchae, ac lepram Giezi, et insuper mulctetur Fisco numismatis sex et triginta; atque nihilominus firma deinde maneat haec iusta et plenissima oblatio usque ad finem seculorum. Praesentibus et inspectantibus fide dignis proceribus et caballariis, qui interfuerunt, videlicet domino Gulielmo Tristano, † et domino Petro genero ipsius, † et domino Charri de Pitum, † et Basilio olim magistro Arenae, et Roberto Gatto, † et Biraldo Caballario, † et Nicolao olim Stratego, † et Leone Cucutzo, † et Ioanne Ursoleone † et Pantaleone Vicecomite Suriani, et Arcadio Vicecomite, et aliis quamplurimis.

† Scripta est haec gratiosa donatio manu Galati pro tempore notarii Curiae, ex mandato nobilissimi nostri Dynastae domini Rogerii, anno 6679, indictione IV.

CLXXIX.

1172 — Mense Februario — Indict. V — Circlarii.

Ioannes de Paschali eiusque filius Petrus donant Constae de Rusito praedium positum in pertinentiis civitatis Circlarii.

† σιγνον χειρὸς παρ εμοῦ ιωαννου τοῦ πασχαλιου.

† σίγνων χειρὸς παρ εμου πέτρος υιος αὐτοῦ:

† Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υ.ου καὶ τοῦ ἁγιου πνευματος· ἡμεῖς οἱ προγεγραμμενοι ιωαννης τοῦ πασχαλιου καὶ πέτρος υιος αὐτοῦ· οἳ τὰ σίγια τοῦ τιμηου καὶ ζωοποιου σταυρου· εἰκίες χειρὶ ἡμῶν πολξαντες. το δὲ ὅλον ὕφος συν καὶ τῆ πατρῴα ἐπονυμία γραψαντες διὰ του νοταριου· τὴν παροῦσαν ἔγγραφον· ἑκοῦσιον· εὐχάριστον ἀμετάτρεπτον· ἀμεταμέλιτον· ἁπλὴν ἀποχὴν· καὶ καθαρὰν δωρεὰν· μετὰ κὲ δεφενσιόνος· τίθημοι καὶ ποιοῦμε· ἑκουσία ἡμῶν γνώμη. καὶ προέρετω βουλὴ· ἐκτὸς υἱας ἀνάγκης· καὶ παντὸς ἀπιγωρεμμένου τρωπου· εἰς σὲ κόστα υιος τοῦ κυρ γουλιελμου τοῦ ρουσίτου· καὶ τοῖς σοῖς κληρω-

† Signum propriae manus Ioannis de Paschali.

† Signum propriae manus Petri eiusdem filii.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Ioannes de Paschali et Petrus meus filius, qui signa venerandae et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, totam vero nostri nominis et paterni cognomenti scriptionem per notarium, praesenti instrumento sponte, libenter, irrevocabiliter, perpetuo, simpliciter et pure, de propria nostra sententia et libera voluntate, nulla vi, necessitate, aut alio modo vetito impulsi, hanc donationem facimus, eiusque defensionem promittimus tibi Constae filio domini Gulielmi de Rusito, tuisque heredibus, successoribus et quibuscumque tuorum

νόμοις· καὶ διάδωχοις· κὲ παντοίοις διακατόχοις· ἐι ὥσπερ ἐν αληθεία καὶ εὐθύτητι ὁμολογοῦμεν· ἀπεντεῦθεν ἤδει δωρίσασθαι καὶ ἀποχαρισατθέ σοι. χωραφίον τοῦ φυτεύσαι ἀμπέλι· ἐν τῃ περιοχῃ ἄστεος κῆρκλαρίου· εις τόπον λεγόμενον τες μυλέες· ἔστιν δὲ κὲ ὁ τουτου περὶορισμος. ἀπὸ ἀνατολῆς τὸ χωραφιον τοῦ πάπὰ λεοντος μαύρωλεοντος. καὶ ἀπὸ δυσμου ἡ ὁδὸς· καὶ ἀπὸ ἄκτρου τὸ αμπελι τοῦ κυρ ράος υιος του κυρ ἀσκειττήνου· κὲ μεσημβρία· το χωραφιον τοῦ προρηθεντος λεοντος· τούτον μὲν δωρούμαι καὶ ἀποχαρίζωμαι σὺ τῶ πρωρηθεντι κόστα· εις το ἀπὸ τοῦ παροντος καὶ εις τοὺς ἑξεῖς· ἅπαντας κὲ διήνεκεῖς χρόνῃς· ἐπεξοῦσιος ἔχῃν σε τὸ τοιούτον· πουλὴν· χαρίζῃ· ἀνταλλάττειν· καὶ εἰς προίκα γραφειν· καὶ πάντα πράκτειν ἐν αυτὼ αυθεντως καὶ κύριος· ὡς τῆν ἐξουσίαν παρ ημου ἡλιφὸς μῆδὶς ἔστω ὁ παρὲνοχλῶν σε· ἡ κολῃον σε εἰς τουτον· ἡ του μέρους ἡμῶν τίς· ἡ ετέρου ξένου προσωπου· εἰ δ ὑπερ οὐκ ηγούμεν επελθοι τίς τῶν τοιοῦτων ζήτῃσιν κίνησιν· ἡ ἀγωγὴν ὀφείλων κατα σοῦ ποιήσε· εἰς τουτον ἵστασθαι με καὶ δικεδικὰν σοι αυτο ἀπὸ παντὸς ἐναντιουμένου προσωπου· ει δὲ κὲ τουτο οὐ ποιήσωμαι ἀλλὰ πρὸς διαστροφὴν τινὰ χρίσωμαι· πρωτον μεν εἶναι κάτῃραμμενον παρα κυριω θεω παντοκρατορι· καὶ τῶν τιη' αγιων πατέρων και των ιβ' ἀποστολων· καὶ ὑπερ παραυασιας του τοιμιου σταυρω ζυμιωσθωμεν. εἰς σαὶ νομισματα ιβ'. καὶ ἐν τω δημοσιω νομισματα λς'· καὶ ηθ ούτω διαμενετω εις σὲ· ἡ παρ ἡμῶν γεναμένῃ τέλια καὶ καθαρα δωρεὰ κὲ χαριστία· στερεὰ· ὀχειρὰ· βευκία· καὶ ἀπαρασάλευτος· ἥτις ἐγράφῃ χειρὶ ἐμοὶ ἰορδάνῃ νοταριος καὶ ταβουλαριος ἄστεος κῆρκλαριου μηνι φεβρουαριω τῆς ινδικτιωνος ε' ετους ϛχπ'. παρουσια τῶν παρευρεθέντων ἀξιωπιστων μαρτυρων.

† οτου γερβάσι μαρτυρ υπεγραψα † γριγόριος βετρισάνος καὶ κριτῆς μαρτυρ υπέγραψα.

† μαϊστωρ χριστοφορος μαρτυρ υπεγραψα.

† ράο υιος τοῦ κυρ ασκηττηνου μαρτυρ ὑπέγραψα.

† ἀνασταστάσιος βηλλαρήτης μαρτυρ υπέγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 65.)

bonorum possessoribus; et in veritate ac iustitia declaramus amodo nos tibi donare et concedere terram ad plantandam vineam in pertinentia civitatis Circlarii, in loco ubi dicitur ad Molendinum, cuius fines sunt hi: ad orientem terra presbyteri Leonis Mauroleonis; ad occidentem via ; ad septentrionem vinea domini Rhai filii domini Ascittini ; ad meridiem terra praedicti Leonis. Hanc autem terram damus et concedimus tibi praedicto domino Constae , ut a praesenti die et in omne deinceps futurum tempus habeas potestatem vendendi , donandi, permutandi, in dotem assignandi , et omnia faciendi de supradicta terra tamquam dominus et arbiter, quippe facultatem a nobis accepisti, neque impedimentum aliquando aut molestiam habeas de eadem terra ab aliquo, aut ex parte nostra , aut ab alia extranea persona. Si vero, quod fore non putamus, horum aliquis insurgat quaestionem, litem, vel actionem de his adversus te illaturus, obstare debeamus, et te defendere ab omni contraria persona. Quod si hoc facere noluerimus, imo contravenire proposuerimus , in primis maledicamur a domino Deo omnipotente , a tercentis octo et decem sanctis Patribus, et a duodecim Apostolis, ac propter praevaricationem venerandae crucis poenae nomine solvere tibi debeamus solidos duodecim, ac Fisco solidos sex et triginta ; atque nihilominus huiusmodi absoluta et pura donatio ac concessio a nobis facta, rata, firma, stabilis et inconcussa permaneat; quae quidem scripta est manu mea Iordani notarii et tabularii civitatis Circlarii, mense februario, indictione V, anno 6680, in praesentia fide dignorum testium, qui interfuerunt.

† Odo Gervasi testis subscripsi. † Gregorius Vetrisanus Iudex testis subscripsi.

† Magister Christophorus testis subscripsi.

† Rhaus filius domini Ascittini testis subscripsi.

† Anastasius Villarites testis subscripsi.

CLXXX.

1173 — Mense Maio — Indict. VI — Tropaeae.

Andreas filius Gregorii de Scholari vendit fratribus Ioanni et Philippo Calodibolo praedium in pertinentiis civitatis Tropaeae tarenis aureis quinque et viginti.

† σιγνον χειρος ανδρεου υιοῦ γρηγορη του σχολαρη· ἔγωγε ὁ προγραφεὶς ἀνωτέρω. ὁ τὸ ὀνομά μου εν τῶδε τῶ ὕφει οἰκεία χειρὶ καθὑπογραψας, ἀναλαμυανόμενος ἀδελφοὺς ἰδίους τέκνα καὶ κληρονόμους, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον ἁπλῆν ἀποχὴν ἀμετάτρεπτον, καθαράν, τελείαν καὶ πληρεστάτην διάπρασιν, τίθημι καὶ ποιῶ πρὸς σὲ ἰωάννην καὶ φίλιππον, τοῖς γνησίοις ἀδελφοῖς, καὶ υἱοῖς βασιλείου καλοδιυόλου. ἑκουσία μου υουλῆ καὶ θελήσει, ὁμολογῶ πεπρακέναι εἰς ὑμᾶς χωράφιον, εἰς τὴν περίχωρον ἀστεως τροπίας, εἰς τὴν υουρδήλαν, ὅπερ ἔχω ἐκ γυναικίας μου κληρονομίας, οὕτινος ὁ περιόρισμὸς κεῖται οὕτως, κατὰ μὲν ἀνατολας, σοῦ τοῦ ἀγοραστοῦ, καὶ ἀπὸ δύσεως. τοῦ ἁγίου νικολάου τῆς υουρδήλης, ἀπ ἄρκτου κυροῦ ροπέρτου ῥοτζουλίνου, ἀπὸ μεσημυρίας, ὁ υουνός, καὶ τῶ χωράφη τοῦ λεοπάρδου, καὶ συγκλεῖ ὅσον καὶ οἷον ἐστὶν, ὡς εἰ χωρήσεως μοδίου ἑνός, ὡς λαβὼν ἀπὸ σοῦ τὴν τούτου τιμὴν ἐξ ἀυτοῦ, χρυσοῦ ταρία, εἴκωσι καὶ τέτσαρα, ἃ λαβὼν ἀπὸ χειρῶν σου εἰς χείρας μου, καὶ παραδίδω σοι αὐτὸ καθαρῶς καὶ εμφανὲς, ποιεῖν ἀπ' αὐτοῦ ἥτι ἂν καὶ υούλη, ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἐμοῦ εἰληφῶς, καὶ μὴ ἐξεῖναι δέ τιναν τοῦ λειποῦ καὶ πρὸς ἀνατροπὴν χωρήσειν μητ ἡμᾶς μήτε τιναν τῶν ἐμῶν κληρονόμων, σχεῖ ἄδιαν ἐνάντιῶσεις εἰς αὐτό, ἀλλ' ὅττις ἀναφανεῖη ζήτησιν ἢ ὄχλησιν ἐπάγειν σοι, ἴσταμαι καὶ διεκδικῶ αὐτὸ ἀπὸ παντὸς προσώπου, εἰ δ οὐκ ἴσταμαι, ἀλλ' εἰς διώστροφὴν ἔλθω, ὁμολογῶ ζημιοῦσθαι με πρὸς σὲ τὸ αυτὸ τίμημα ἐπὶ τοῦ διπλοῦν. καὶ εἰς τὸ δημόσιον νομισματα λϛ. ἡ δὲ παροῦσα πράσις ἐπιμεινει στεραιὰ καὶ υεβαια ἐς ἀεὶ, ἐγράφη χειρὶ ἰωάννου καρκέλλου, καὶ ταβουλαρίου τροπέας, μηνὶ μαίω, ινδικτιῶνι ϛ, ἔτους ϛχπα', παρουσία μαρτυρων.

† λέων ὁ μουσούρι μάρτυρ ὑπέγραψα † λεων ο του χρισιου μαρτυρ υπεγραψα † χριστοδούλος τοῦ πρεσβυτέρου λέοντος μαρτυρ υπεγραψα † εγω αναα-

† Signum manus Andreae filii Gregorii de Scholari. Ego suprascriptus, qui nomen meum in hoc instrumento propria manu exaravi, ex parte quoque meorum fratrum, filiorum et heredum, praesentem chartulam simplicis acceptilationis, et irrevocabilis, purae, perfectae et plenissimae venditionis condo et facio vobis Ioanni et Philippo legitimis fratribus et filiis Basilii Calodiboli, qua spontaneo meo consilio et voluntate declaro vendidisse vobis terram in circuitu civitatis Tropaeae ad Burdelam, quanta et qualis est, extensionis unius fere modii, quam habeo ex hereditate meae uxoris, cuius fines hi sunt: ab oriente vos emptores; ab occidente sanctus Nicolaus de Burdela; a septentrione dominus Robertus Rotzulinus; a meridie collis, et praedium Leopardi, et clauditur. Cumque acceperim de vestris in manus meas ipsius terrae pretium, tarenos aureos quatuor et viginti, trado vobis eandem pure et manifeste, ut faciatis de ipsa quidquid vobis placuerit, quippe qui dominium et potestatem a me accepistis; nec liceat cuiquam in posterum vel nobis vel alicui nostrorum heredum ad (*huius venditionis*) subversionem aggredi, nec aliquis potestatem habeat eam oppugnandi. At si quis tentaverit quaestionem, vel molestiam vobis exhibere, obsistam et vos defendam ab omni persona. Si vero non obstitero, sed ad eversionem accessero, assentior solvere pro mulcta vobis ipsum pretium in duplum, et Fisco numismata sex et triginta. Praesens autem venditio maneat firma et stabilis semper. Scripta est manu Ioannis Carcelli tabularii Tropaeae, mense maio, indictione VI, anno 6681, in praesentia testium.

† Leo Musuri testis subscripsi. † Leo de Chrysio testis subscripsi. † Christodulus presbyteri Leonis filius testis subscripsi. † Ego Anateles Musuris

τολης μουσουρης μαρτυρ † καγὼ ειρήνη καὶ πενθερὸς τοῦ προγραφέντος ἀνωτέρω ἀνδρέου τὰ ἀνώτερα στέργω καὶ μάρτυρ ὑπέγραψα τὸν σταυρόν.

† ἰωάννης καρκέλλος καὶ ταβουλάριος τροπέας τα ανώτερα βεβαιῶν ὑπέγραψα.

testis. † Ego Irene socrus suprascripti Andreae superiora confirmo, et testis subscripsi crucem.

† Ioannes Carcellus tabularius Tropaeae superiora roborans subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 59.)

CLXXXI.

1173 — Indict. VI — Nicoterae.

Ioannes filius Mastrollei vendit episcopo Pelegrino praedium situm in civitate Nicoterae tarenis aureis octoginta.

† σιγνον χειρος ιωαννου ιου μαστρολλεου.

ημεῖς οι γεγραμμένοι οἱ τὰ σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἰδίαις ἡμῶν χερσὶν καθυπογράψαντες αναλαμυανόμενοι καὶ τοὺς ἡμῶν ἀδελφοὺς τέκνα καὶ κληρονόμους· καὶ πάσαν ἐνόχλησιν ἀπο παντὸς ἀνθρωπων ξένων τε καὶ ἰδίων· τὴν παροῦσαν ἔγγραφον ἁπλὴν αποχεῖν καὶ τελεῖαν διάπρασιν χωραφίου τιθέμεθα καὶ ποιῶμεν πρὸς σὲ εὐλαβέστατον ἡμῶν δεσπότην ἐπίσκοπον κυρον πελεγρίνον· καὶ προς τὴν σὴν ἀνδρωτάτην. . . . . αγγέλικαν· ἑκουσία ἡμῶν βουλῇ. καὶ ἰδία προιρέσει· καὶ οὐκ ἐκ τινος τὸ παραπαν ἀνάγκης ἢ βίας. ἢ δόλου φαύκτου ἀγνοᾶς· οἱ τις ιασοῦν περιστάσεως· δι ἧς ἐν αληθεια ὁμολογοῦμεν πεπρακένε σας τὸ προσὸν μας χωράφιον· ὅπερ ἔχωμεν ἐν τῷ ἄστει νικωτέρων εἰς τὸν ἐγιάλὸν, περιόρίζῶμενον οὕτως· ἀπο μὲν ἀνατωλᾶς ὁ δρόμος ὁ δεσποτικός· καὶ ἐκ δυσμῶν, ὁ ετερος δρόμος. καὶ ἀπο ἄκτρου· το περιυόλην τοῦ κόμη παπα κώνστα καὶ το ξυρὸν ρὶάκυ καὶ κατέρχεται ἄχρι τῆς ὁδου, καὶ ἀπο μεσημβρίας. τὸ ἀντιμέρισμαν τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ μαΐστωρ κωνσταντίνου. καὶ συνκλῆ· τοῦτω σας πεπράκαμεν, εἰς τελεῖαν νομὴν καὶ ἀναφέρετον δεσπότεῖαν. χωρεῖς πάσης απηγωρειμμένης ἐτίας, εἰς χρυσοῦν ταρια ὀγδωήκοντα καὶ ἐκ τὴν μονήταν τοῦ κρατικοῦ ρηγὸς. καὶ ταῦτα λαβῶτες καὶ ἐκπληρωθέντες ἀπο τοῦ τιμήματος, παρεδωκαμὲν σας τὴν πάσαν αὐθεντίαν καὶ κυριότιτα τοῦ ἡμῶν χωραφίου. τῷ ἔχειν σας αὐτῷ ἐξουσίαν· ἀπο τὴν σήμερον ἡμέραν καὶ ὥραν· πωλεῖν χαρίζειν ἀντταλλάγτειν καὶ εἰς τοὺς κληρονόμους σὰς καταλειμπάιν· ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ἡμῶν ἠλφῶτες, καὶ μὴ ἐξεῖναι με τοῦ

† Signum manus Ioannis filii Mastrollei.

Nos suprascripti, qui signa venerabilis et vivificae crucis propriis nostris manibus exaravimus, nomine quoque nostrorum fratrum, filiorum et heredum, in nos suscipientes omnem molestiam cuiuscumque hominis extranei vel propinqui, praesens instrumentum simplicis acceptilationis, et perfectae venditionis praedii condimus et facimus tibi piissimo nostro domino episcopo domino Pelegrino et tuae fortissimae . . . . angelicae voluntario nostro consilio, et propria electione, nullaque omnino necessitate, vel vi, vel dolo, vel facti ignorantia, vel quacumque circumventione; quo (*instrumento*) vere declaramus vendidisse tibi praedium ad nos pertinens, quod habemus in civitate Nicoterae ad litus, sic circumscriptum: ab oriente (*est*) via regia; et ab occidente alia via; et a septentrione hortus Comitis presbyteri Constae, et torrens, et descendit usque ad viam; et a meridie pars opposita mei fratris magistri Constantini, et clauditur. Hoc vendidimus tibi in perfectam possessionem et non auferendum dominium, sine quavis vetita causa, tarenis aureis octoginta ex moneta potentis regis; quos cum acceperimus, nobisque de pretio satisfactum fuerit, tradidimus tibi omne dominium et potestatem nostri praedii, ut ipsum habeas cum facultate ab hac die et hora vendendi, donandi, permutandi et heredibus tuis relinquendi, quippe qui auctoritatem

λοιποῦ πρὸς ἀνατρωπεῖν χωρεῖν· μήτε ἡμῖς μήτε τίς τῶν κατ αιμῶν κληρονόμων ἢ διάδοχων· ἀλλ ὥστις φωραθῆ εναντιούμενός σας εἰς τὸ τοιοῦτον χωράφιον ἠστίκην μας καὶ διέκδικάν σας ἀπο πάσις ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ ἀπο παντὸς προσῶπου ξένων τε καὶ ἰδιων· οἱ δε οὐ μὴ ἐπισταθῶμεν, ἀλλα διάστροφῆ χρήσωμαιθα, ομολογοῦμεν ξημιοῦσθαι εἰς τὸ δημόσιον ὑπὲρ παραβάσεως τοῦ τιμιου σταυροῦ νομισματα λϛ'. καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀγωραστᾶς τὸ τίμημαν τοῦ χωραφίου τοῦ τριπλοῦν. καὶ ἠθ οὕτως στεργει καὶ ἐμμένει ἡ παρ ημῶν γεναμένη πράσης στερεᾶ καὶ ἀπαρασάλευτος μέχρι τερμάτων αἰῶνων· ἐν παροῦσια μαρτυρων.

† ἰωάνης εὐτελὴς νοτάριος ὁ τοῦ ἐχμαλώτου παρακληθεῖς ὑπο τῶν ἀνοτέρω πράτων μαρτυρῶν ὑπέγραψα ηκήα χειρὶ. † Ego Radulfus Cappellanus. testis. † Ego Iohannes clericus me subscripsi. † Ego Nicolaus constantini scafulli filius interfui. † ουρσος κανναβατζουλος μαρτυρ. † . . . . . πελλητέρης μαρτυρ † πετρος κανναβατζουλος μαρτυρ † υασιλειος κάρρος και κριτης μαρτυρ· † γουλιαλμος κασταυιτου μαρτυρ υπεγραψα

† εγράφη χειρὶ πετρου εὐτελοῦς ἱερέως καὶ κληρικοῦ τοῦ αγιου νικολάου τῶν αλιγιστων και ταυουλαριου επισκοπης νικωτέρων· τοῦ ἔτους ϛχπα' ινδικτιωνος ϛ'.

† λέων υιὸς μαιστορος ιωανου μαρτυρ στεργω και εμμένω τὴν υεβαιαν γραφην. † μαιστωρ φανδηνος ανεψιος αυτου στεργω και εμμενω.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 60.)

a nobis habuisti; neque liceat in posterum neque nobis, vel alicui ex nostris heredibus aut successoribus (*hanc venditionem*) subvertere. Si quis autem apparuerit qui tibi adversabitur de hoc praedio, obstabimus et defendemus te a quovis magistratu ac potestate, atque ab omni persona extranea et propinqua. Nisi vero obstiterimus, sed venditionem subverterimus, assentimur mulctari Fisco pro violatione venerabilis crucis numismatis sex et triginta, et tibi emptori triplo pretio praedii. Et sic deinceps a nobis facta venditio firma, stabilis et inconcussa maneat usque ad finem seculorum. Coram testibus.

† Ioannes humilis notarius filius Acchmaloti vocatus a supradictis venditoribus testis subscripsi propria manu. † Ursus Cannabatzulus testis. † . . . . . Pelleteris testis. † Petrus Cannabatzulus testis. † Basilius Carrus Iudex testis. † Gulielmus Castanitus testis subscripsi.

† Scripta est manu Petri humilis sacerdotis et clerici sancti Nicolai de Legistis et tabularii episcopii Nicoterae, anno 6681, indictione VI.

† Leo filius magistri Ioannis testis roboro et confirmo hoc instrumentum. † Magister Phantinus consobrinus eius roboro et confirmo.

CLXXXII.

1173 — Indict. VI.

Leo Malafera eiusque uxor et filii vendunt Calocyro presbytero hortum positum infra civitatem Nicoterae sex tarenis aureis.

† σίγνον χειρος λέωντος τῆ επὶωυσία μαλαφέρα· † σίγνον χειρὸς ὅλους σιμβ'ου αυτου· † σίγνον χειρος μουλου υἱοῦ αυτου· † σίγνον χειρος κωνσταντινου υἱοῦ αυτου· † σίγνον χειρος μάριας θυγατρος αὐτου· ἡμεις οἱ προγεγραμμένοι ἡ τὰ σίγνα του τιμιοῦ καὶ ζωποιοῦ σταυροῦ ηκείς ημῶν χερσιν τυποσαντες· τὴν παροῦσαν ἐγραφον καθαρὰν καὶ αμε-

† Signum manus Leonis cui cognomen Malafera. † Signum manus Olus uxoris ipsius. † Signum manus Muli eius filii. † Signum manus Constantini ipsius filii. † Signum manus Mariae eius filiae. Nos suprascripti, qui signa venerabilis et vivificae crucis nostris propriis manibus exaravimus, praesentem in scriptis puram et stabilem venditionem condimus

πάτρευτον διάπρασιν· τιθέμεθα καὶ ποιῶμεν σὺ καλῶκυρω ἱέρεῖ· ἐκουσια ημῶν βουλή ηχεία προαίρεσοι· τὸ οὔκ εκ τηος τὸ παράπαν ανάγκης ἢ βήας οὶ δόλου φάκτου αγνήας ἢ τὴς ἰάσοῦν περιστασεως· αλλὰ μάλλων καθαρως· καὶ ενφανως· ποιπράσκω εἰς σὲ τὸν προρηθεντα ἱέρεα τὸν ημετερον κύπον· οπερ καὶ εχωμεν εις τὸ κάτω κάστρου συν καὶ τὸν δενδρον τὸν εκεῖσε πεφυτευμενων καὶ φραγμων· διοῦ καὶ περιῶριζεται ουτως ανατολας ο κύπος τοῦ ιωαννου ευχμαλώτου· καὶ ἀπὸ δημῶν ο κυπος παπα κώνστα κομητος· απο δὲ μεσιμβρίας τὸ χῶραφιον του μαστρο ιωαννου· καὶ απὸ άρκτρου το κύπος τῆς ἐυσεύιας καὶ συνκλημι. τούτον τον κυπον πεπράκαμεν εἰς σὲ τὸν προριθεντα καλῶκυρον ἱέρεα· ὡς λαβοντες παρα σοὶ τὴν συμφονῆθήσαν καὶ αρεστίσαν ἡμὶν τημὴν τοῦ τοιούτου κύπου ταρια ς· χρηποῦ ἐκ τὴν μοῦνήταν τοῦ ριγός· καὶ ταύτην λαυώντες καὶ ἐκπληρωθεντες απο του τημήματος· δεδοκαμέν σοι τὴν πάσαν αυθεντίαν καὶ κυριωτιτα τοῦ τιούτου κυπου· τοῦ ἐπὶκρατειν αυτον καὶ δεσπόζην κυριως καὶ αυθεντικως εἰς τοὺς ἑξεῖς ἅπαντας καὶ διεινεκεὶς χρονους· πολειν χαρίζην αντταλάττειν πριξὴν παιδων κατάγραφὴν· καὶ πάντα πραττειν ἐν αυτο μὴ ἐνποδιζομενος οὶ κολυωμενος παρ ἡμῶν ἢ παρα τον ημετερων διάδοχων· ἀλλὰ μάλλων ἡ τις φανὴ ἐναντοιούμενός σε ἵστηκειν ημᾶς καὶ διεκδῆκάν σε ἀπὸ παντος προσώπου· ξένου καὶ οιδήου ἢ δ οὔκ ησθαμεθα· ἀλλὰ μάλλον διαστροφῆ χρησόμεθα ζημοιουσθω ἡμὰς ὑπερ παράυασεως του τιμοίου σταυροῦ εις σὲ το τίμοιμα τριπλοῦν καὶ εἰς τὸ υασιλικον διμοσιον νομισματα λς· καὶ ιθ ουτω μένην προς σε οι παρ ημῶν γεναμενη διαπρασις στερεὰ αις αεῖ

† εγραφη χηρὴ πέτρου νοταριου και ταουλαριου . . . . . ετους ϛχπα' ινδικτιωνος ς' εν παρουσια μαρτυρων· † σέργιος κομης γαλβας νικωτερας μαρτυρ υπεγραψα. † βασιλειος καρρος μαρτυρ. † εγω κυρος κωνστας γαλος νικωτερας μαρτυρ. † ιωαννης . . . . . μαρτυρ. † ιωαννης πρωτοπαπας μαρτυρ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 61.)

et facimus tibi Calocyro sacerdoti, voluntario nostro consilio et propria deliberatione, nulla omnino necessitate, vel vi, vel dolo, vel facti ignorantia, vel quacumque circumventione, sed potius pure et manifeste vendimus tibi praedicto sacerdoti nostrum hortum, quem habemus ad inferiorem civitatis partem, cum arboribus ibidem consitis, et septis, his finibus circumscriptum: ab oriente (*est*) hortus Ioannis Aechmaloti; ab occidente hortus presbyteri Constae Comitis; a meridie terra magistri Ioannis; et a septentrione hortus Eusebiae, et clauditur. Hunc hortum vendidimus tibi praedicto Calocyro sacerdoti, accepto a te convento nobisque placito pretio eiusdem horti tarenorum sex aureorum de moneta regia; quos cum accepissemus, ac satisfactum nobis fuisset de pretio, dedimus tibi omnem potestatem et dominium huius horti, ut eum habeas ac possideas tamquam dominus et arbiter in omne futurum et perpetuum tempus cum facultate vendendi, donandi, permutandi, in dotem filiorum constituendi, omniaque faciendi in eo; neque impediaris aut prohibearis a nobis vel a nostris successoribus; sed potius si quis contradixerit tibi, te defendamus ab omni persona extranea vel propinqua. Si vero minime obstiterimus, sed potius (*venditionem hanc*) subverterimus, mulctemur pro violatione venerabilis crucis tibi triplo pretio, et regio Fisco numismatis sex et triginta; et tamen maneat deinceps tibi venditio a nobis facta stabilis in perpetuum.

† Scripta est manu Petri notarii et tabularii . . . . . anno 6681, indictione VI, coram testibus. † Sergius Comes Galbas de Nicotera testis subscripsi. † Basilius Carrus testis. † Ego dominus Consta Galus Nicoterae testis subscripsi. † Ioannes. . . . . testis. † Ioannes protopapa testis.

CLXXXIII.

1174 — Indict. VII — Nicoterae.

Presbyter Philippus Liba et Nicolaus eius consobrinus vendunt Rano Contarato vineam positam ad Stauraconcs decem tarenis aureis.

† σιγνο χηρος πρεσβιτερου Φιληππου ληβα † σιγνο χειρος νικολαου ανιψιου αυτου.

ἡμεῖς οἱ γιγραμμένοι οἱ τα σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιοῦ ἅμα σὺν καὶ τοῦ ἡμῶν ονοματος ἰδίαις ἡμῶν χερσὶν καθυπογράψαντες· ἀναλαμβανόμενοι καὶ πάσαν ἐνόχλησιν ἀπο παντὸς ἀνθρωπων ξένων τε καὶ ἰδίων, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον απλὴν ἀποχεῖν· καὶ τέλειαν διάπρασιν ἀμπέλιου τιθέμεθα καὶ ποιῶμεν· προς σὲ ρανὸν κονταράτον· ἐκουσία ἡμῶν βουλῇ καὶ ἰδία προῑρέσει· καὶ οὐκ ἐκ τινος τὸ παράπαν ἀνάγκης ἢ βίας ἢ δόλου φαύκτου ἀγνοίας οἱ τις ἴσοιν περιστάσεος. δι ἧς εν αληθεία ὁμολογοῦμεν πεπρακέναι το προσόν μας ἀμπέλιον ὅπερ ἔχωμεν ἐκ μητρικῆς ἡμῶν κληρονομίας, εἰς τὸ χωρίον τῶν σταυρακόνων· ἐν ᾧ καὶ περιορίζεται οὕτως· ἀπο μὲν αναταλᾶς τὸ ἀμπέλιον τοῦ ιωαννου ριγιτάνου· καὶ ἀπὸ δυσμᾶς το χωραφιον· πρεσβυτερου ιωαννου σαραγαυδου. καὶ ἀπο ἄκτρου· τὸ ἀμπέλιον σῶν παῖδων Φιλιππου σταυράκου, καὶ απο μεσιμβριας· ἡ αγωρὰ τοῦ νικολάου γλαψια, καὶ σύνκλῃ· τοῦτω σοι πεπράκκμεν σύγγιον συν τῶν δένδρων τῶν ὄντων ἐκεῖσαι· καρπίμων καὶ ἀκάρπων· εἰς τελεῖαν ιομὴν καὶ ἀναφέρετον δεσποτεῖαν. χωρὶς πάσης απηγωρευμμενης ἐτία,· εἰς χρυσοῦν ταρια δέκα· ἐκ τὴν μουνῆταν τοῦ κρατειοῦ ριγος· καὶ ταυτα λαβῶτις καὶ ἐκπληρωθέντες απο τοῦ τιμήματος· παρεδωκαμὲν σοι τὴν πάσαν κυθεντιαν καὶ κυριότητα τοῦ ἡμῶν ἀμπέλου, τοῦ ἔχειν σε αυτῶ ἐξουσίαν, ἀπὸ τὴν σήμερον ἡμέραν καὶ ὥραν, πωλεῖν χαρίζειν ἀντταλλάγσειν καὶ εἰς προίκας τέκνων σῶ ἐπιγραφῆν, ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ημῶν ηλιφῶς· καὶ μὴ ἐξεῖναι μας τοῦ λοιποῦ πρὸς ανατρωπὴν χωρεῖν, μήτε ἡμεῖς μήτε τίς τῶν κατ αἱμῶν κληρονόμων ἢ διαδόχων· ἀλλ ὑστις φωραθῆ εναντιούμενός σε· εἰς τὸ τιουτον ἀμπέλιον ἠστίκην μας καὶ δικδικάν σε ἀπο πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, καὶ ἀπο παντὸς ἀνθρωπων ξένων τε καὶ ἰδίων, οἱ δε οὐ μὴ ἐπισταθοῖμεν, ἀλλα διαστροφῆ χρησωμεθα, ὁμολογοῖμεν ζημιοῦσθαι εἰς τὸ δημόσιον υπερ παραβάσεως τοῦ τιμίου σταυροῦ ιομισμα-

† Signum manus presbyteri Philippi Libae. † Signum manus Nicolai consobrini ipsius.

Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivificae (*crucis*) simul cum nominibus propriis, nostris manibus exaravimus, de quacumque molestia respondentes, quae per quemvis hominem vel extraneum vel propinquum inferatur, praesens instrumentum simplicis acceptilationis et perfectae venditionis vineae condimus et facimus tibi Rano Contarato, spontanea nostra voluntate et propria electione, nullaque omnino necessitate, vel vi, vel dolo, vel facti ignorantia, vel quavis circumventione; quo (*instrumento*) vere declaramus vendidisse vineam nostram, quam habemus ex materna nostra hereditate, positam in loco Stauroconum, ubi hos habet fines: ab oriente (*est*) vinea Ioannis Regitani; ab occidente praedium presbyteri Ioannis Saragaudi; a septentrione vinea filiorum Philippi Stauraci; et a meridie praedium emptum a Nicolao Glapsia, et clauditur. Antedictam vineam tibi vendidimus una cum eius humo et arboribus inibi extantibus fructiferis et infructuosis, ut eam habeas in integra potestate et non auferendo dominio, sine quavis vetita causa, aureis tarenis decem de pecunia potentis regis. Et cum hos accepissemus, ac de pretio satisfactum nobis esset, tibi totam potestatem et dominium nostrae vineae dedimus, ut facultas tibi sit ab hodierna die et hora vendendi, donandi, permutandi et pro dotibus filiarum tuarum concedendi, utpote qui ius et auctoritatem a nobis accepisti. Neque in posterum liceat nobis, vel cuiquam nostrorum heredum aut successorum (*hanc venditionem*) evertere; sed si quis prodeat qui molestiam tibi inferat de huiusmodi vinea, nos antestabimus, teque tuebimur ab omni magistratu et potestate, et a quocumque homine extraneo vel propinquo. Nisi vero te defenderimus, sed (*venditionem*) subverterimus, assentimur mulctari Fisco propter violationem honorabilis crucis numismatis sex et triginta, et tibi

τα λϛ', καὶ προς σὲ τὸ αυτῶ τιμιμαν ἐπι τοῦ δυπλοῦν, καὶ ἡθ οὕτως στέργη καὶ ἐμμενη, ἡ παρ ἡμῶν γενομένη πράσις στερεᾶ καὶ απαρασάλευτος, μέχρι τερμάτων αἰόνων ἥτις καὶ ἐγραφη χειρὶ πετρου εὐτέλοῦς ἱερέως καὶ κληρικου του αγιου νικολάου των αλιγιστων, καὶ ταβουλαριου επισκοπης νικωτέρων· τοῦ ἔτους ϛχπβ' ινδικτιωνος ζ' ἐν παρουσια μαρτυρων.

† πρεσβιτερος γριγοριος σταβρακις μαρτυρ υπεγραψα † νικολαος υιός θεωδωρου γλαψία μαρτυρ· † νικολαος τζοκαλας μαρτυρ· † νικολαος κονταρατος μαρτυρ· † νικολαος υιός μιχαὴλ αλεξάνδρου μαρτυρ· † ιωαννης οριταιος μαρτυρ· † βασιλειος υιός λεοντος γλαψια μαρτυρ· † νικιφορος πολλιχρονις μαρτυρ υπεγραψα † λεων αδελφος αυτου μαρτυρ· † νικόλαος γλαψίας μαρτυρ· † γριγοριος υιός κωιστα σταυρακη μαρτυρ· † βασιλειος υιός φιλιππου σταυρακη μαρτυρ.

(Ex membrana originali Archivi Neapolitani — n.° 62.)

memoratum pretium in duplum. Et ita deinceps praesens a nobis facta venditio firma, stabilis et inconcussa maneat usque ad finem seculorum. Quae scripta fuit manu Petri humilis presbyteri et clerici sancti Nicolai de Legistis et tabularii episcopii Nicoterae, anno 6682, indictione VII, coram testibus.

† Presbyter Gregorius Stauracis testis subscripsi. † Nicolaus filius Theodori Glapsiae testis. † Nicolaus Tzocalas testis. † Nicolaus Contaratus testis. † Nicolaus filius Michaelis Alexandri testis. † Ioannes Oritanus testis. † Basilius filius Leonis Glapsiae testis. † Nicephorus Polychronus testis subscripsi. † Leo frater ipsius testis. † Nicolaus Glapsia testis. † Gregorius filius Constae Stauraci testis. † Basilius filius Philippi Stauraci testis.

CLXXXIV.

1175 — Mense Ianuario — Indict. VIII — Nohae.

Ioannes Faracli Catapanus Nohae litem dirimit obortam inter Mabiliam filiam Perretti, et Ioannem Iudicem quoad vineae cuiusdam possessionem.

† τὸν ἰάνουαριον μήναν τῆς πάρατρεχούσης ινδικτιωνος η'· τοῦ ἔτους ϛχπγ'· καθεζωμένου μου καμοῦ ιωαννου φαρακλη κατεπανου νοών εν τῶ συνηθει πρέτωρίω τῆς πρόριθεισης χώρας. καὶ συνκαθεζωμένων μετ ημοὺ οἱ κριται και οἱ καλοὶ ανθρωποι τῆς χώρας· λέγω δεῖ ρογέριος υιος του πρεσβυτερου ἀρβερτου καὶ κριτης νῶν. ρογέριος υιος πέτρου· ὁ ποτε κριτης νοῶν. ρωπερτος αγίου κυρικοῦ· ραος βαλλέμμε· ραος υιος μιχαηλ κριτης· ἀλδιπραιδος καβαλλαριος σάρλος καβάλλαριος· ρωπερτος αρραπίτης· ριγκάρδος κῶρατης· καὶ ζοροαυελ· καὶ ετέρων πλήστων· ηλθεν μαβήλιας θυγάτερα πίρρετταα· αναγκαλῶν ὑπο στόματος γουλλιελμου φαβάτζην τοιαδε λέγων κάτα τοῦ ιωαννου κριτου και ανέψιος ραου κριτου· θέλων έχειν δίκαιον ἐκ τοῦ προριθεντος ιωαννου κριτου ος ὅτι εγὼ ἤμην ενδεδυμένην από ενοὺ αμπελιου ὥπερ υπηρχεν. εκ τῆς ημῆς πατρώας· καὶ εισπίδισεν ὁ πρόριθεις ιωαννης κριτης· μέτὰ δυνάμεως καὶ βίας αυτοὺ καὶ αφίλεν μοι το ριθεν αμπελιον αδίκως· καὶ ἐκρατει καὶ κρατει. μετα βίας· η δὲ κώρτη ερώτισεν τῆ ριθεισῃ

† Mense ianuario, decurrente indictione VIII, anno 6683. Cum sederem ego Ioannes Faracli Catapanus Nohae in consueto praetorio dictae civitatis, et una mecum assiderent Iudices et probi viri eiusdem civitatis, nempe Rogerius filius presbyteri Arberti et Iudex Nohae, Rogerius filius Petri quondam Iudicis Nohae, Robertus Sancti Chirici, Rhaus Ballemme, Rhaus filius Michaelis Iudicis, Aldiprandus Caballarius, Sarlus Caballarius, Robertus Arrapites, Riccardus Coratis, et Zorobabel, et alii quamplurimi, venit Mabilia filia Pirrettae accusans per os Gulielmi Fabatzi, et haec exponens contra Ioannem Iudicem et consobrinum Rhai Iudicis, volens sibi iustitiam ministrari contra praedictum Ioannem Iudicem: Equidem possidebam unam vineam, quae ex paterna hereditate mihi obtigerat; sed surrexit praedictus Ioannes Iudex, et impetu facto memoratam vineam per vim et iniuste mihi abstulit, et per vim tenuit ac tenet. Curia autem interrogavit praedictam mulierem: Ubinam sita est, et in quo tenimento iacet

γυναικὴ ποῦ εστὶν καὶ εις πίαν τόπωθεσιαν ὑπαρχει το ριθεν αμπελιον. η δὲ γυνὴ εἶπεν· ὅτι υπαρχει εις την τοπωθεσιαν του αγίου υπατίου· πλησίον τοῦ αμπελιου τοῦ αυτοῦ ριθεντος ιωαννου. ο δὲ ιωαννης συμβουλεύσας απεκρίνατο. μηποι γένοιτο· ότι εγὼ αμπελιον τη ριθειση γύναικι οὔτε πατρώας αυτὴς οὔτε ἄλλην αὐτὴν ουκ αφίλα. ἄλλα το ριθεν αμπελιον ὃν λέγει η προριθεισα γυνὴ· ο θ.ίος μου κυρ ραος ενδεδυμένον υπηρχεν εκ τό τιουτο αμπελιον. εις την ζωὴν αυτου. καὶ καμοὶ αφίκεν ἐνδεδειμένον εκ τουτου ος καὶ εκ πάντων καὶ εις φίον κρατῶ τούτον ος καὶ τὸν ἄλλον πάντων. καγὼ δὲ ο πρόριθεις ιωαννης κατεπανος επρόσταξα τοῖς κριταις καὶ τοῖς λοίποις καλοὶς του περιυλέψαι δίκαιον. ἐκ τουτου. ἐκρινεν η κωρτη. ει μὲν δύνατε ὑποδείξαι η προριθεισα μαβίλια· υπὸ δύο καλῶν μαρτύρων. το πῶς ειδεδίμενη υπηρχε εκ το ριθεν αμπελιον. καὶ πατρώας αυτης υπηρχεν. τουτο συστώνται οἱ μάρτυρες· ἤμελλεν στρεφειν ο κυρ ιωαννης τὸ ριθεν αμπελιον. τῆ γυναίκι και αυτος ο ριθεις ιωαννης ἤχεν ἐστιν εἰς το ἔμπροσθεν καθως. ἔχει κρίνην η κωρτη· δεῦς αυτω καὶ διορίαν κατα το δίκαιον. καὶ της διορίας ελθούσις· καλέσαντες αμφώτεροι εις τὸ δικαστίριον καὶ ερωτίσαντες· την ενάγουσαν ἡ ἔχει την σύστασιν· η δὲ ουκ ἠδύνατο επίδείξαι κατα τους νόμους καὶ ημετεραν αποφασιν· ἄλλα απόρισεν από παντὸς δικαίου· ταύτα ημεὶς ακοικούτες. διορίσαμεθα τῶ κριτη ιωαννη. του ελθειν συν αυτὼ τρὶς καὶ ομωσαι και ελευθερώσαι εκ τούτο ὑπο ὁρκοὺς τρὶς. καὶ ηλθεν ο πρόριθεις ιωαννης και συν αυτὼ ραος βαλλέμμε καὶ ρογέριος του κριτου· καὶ ομώσασιν οὕτως. ὅτι μα τον θειον καὶ ἅγιον ευαγγελιον ὅπου ομνύωμεν αληθη λέγωμεν καὶ ου ψεύδωμεν. ὅτι το προριθεν αμπελιον εξῶν τὴν κρωγην εποίησεν η γυνὴ. ὁ προριθεις κριτης ενδεδυμένον υπηρχεν εκ τὸ τοιουτον αμπελιον. εις την ζωὴν αυτοῦ· καὶ καμοὶ αφίκεν αυτο ενδεδυμένον εκ τούτο ος καὶ εκ τὸν ἄλλον πάντον. καὶ εις φίον κρατῶ τουτο καὶ τὸν ἄλλον πάντων. τοὺς δὲ ὁρκους τελεσθέντες επροστάξαμεν τῶ ριθεντι ιωαννη του ἔχειν καὶ επικρατὴν· το ριθεν αμπελιον ος τὸ πρόην επροδιεκρατει. ταυτα οὕτως εκριθηαν ετυρίθηαν. απεδώκήμασθηαν καὶ πρὸς περισωτέραν πίστωσιν εποιηθη αυτω τὸ παρὸν κρίσιμον εις βέβαίωσιν του προριθεντος ιωαννου. καὶ εις απόπαύσιν τῆς διαδικης αὐτου. εγραφη χειρι πελεγριου πρεσβυτερου νοταριου και ταβουλαριου και πρω-

dicta vinea? Mulier respondit, sitam esse in loco ubi dicitur S. Hypatius iuxta vineam ipsius Ioannis suprascripti. Ipse vero Ioannes, consilio habito, respondit: Absit, ut ego vineam praefatae mulieri sive paternam, sive quamlibet aliam abstulerim; sed huiusmodi vineae, de qua praedicta mulier loquitur, patruus meus dominus Rhaus, qui eius investituram habuit dum viveret, mihi tradidit ut et aliorum omnium dominium, eamque ut et alia omnia habeo in feudum. Ego autem praedictus Ioannes Catapanus mandavi Iudicibus et aliis probis viris, ut de hac re cognoscerent. Curia igitur hoc iudicium tulit: Si praedicta Mabilia poterit duorum bonorum virorum testimonio probare quomodo investituram praedictae vineae a patre habuerit, idque testes affirmaverint, dominus Ioannes teneatur vineam praedictae mulieri restituere; et ipse dictus Ioannes retineat quod prius habebat, secundum iudicium Curiae; atque ei diem ex iure constituit. Cum vero statuta dies advenisset, accersita utraque parte in iudicium, et interrogata muliere, quae accusationem instituerat, an probationes afferret, nihil potuit exhibere secundum leges et nostram sententiam, ac proinde omni iure excidit. His a nobis auditis, diem diximus Ioanni Iudici, qua venturus esset adductis secum tribus testibus, qui vindiciarum testimonium cum iuramento dicerent. Ac venit quidem praedictus Ioannes, et una cum eo Rhaus Ballemme, et Rogerius de Iudice, qui sic iuraverunt: Per hoc divinum et sanctum Evangelium, in quo iuramus, veritatem scimus, et non mentimur, quod memoratam vineam, ex quo mulier conquesta est, praedictus Iudex in dominio habebat dum viveret, eiusque investituram mihi tradidit ut et aliorum omnium, eamque in feudum habeo ut et alia omnia. Peracto autem iuramento, mandavimus praefato Ioanni, ut haberet et possideret antedictam vineam quemadmodum prius habebat. Ac ita quidem haec iudicavimus, servavimus, et decrevimus: et ad maiorem fidem dedimus ei praesentem decreti chartulam in confirmationem praedicti Ioannis et finem controversiae. Scriptum manu Pelegrini notarii et tabularii presbyteri et

τοπαπα. νόων μηνὶ και ινδικτιωνι τοῖς προγραφῆσι.

† ρωγέριος υιος του πρεσβυτερου αρβερτου. καὶ κριτης νοῶν μαρτυρ υπεγραψα οικια χειρὶ τὸν σταυρον.

† ρογεριος υιος πετρου κριτης νοῶν τα ανωτερω στέργω και μαρτυρω υπο του σταυρου. ἦν οικειοχείρος εγραψα.

† ραος βαλλέμμε μαρτυρ υπέγραψα οικεια χειρὶ τον σταυρον.

† αλδιπράνδος καβαλλαριος μαρτυρ υπεγραψα οικεια χειρι τον σταυρον.

† ζόροβαβὲλ μαρτυρ υπεγραψα οικεια χειρὶ τὸν σταυρον.

protopapae Nohae mense et indictione suprascriptis.

† Rogerius filius presbyteri Arberti et Iudex Nohae testis propria manu crucem subscripsi.

† Rogerius filius Petri Iudicis Nohae praedicta confirmo et testor crucis signo, quod propria manu exaravi.

† Rhaus Ballemme testis propria manu crucem subscripsi.

† Aldiprandus Caballarius testis propria manu crucem subscripsi.

† Zorobabel testis propria manu crucem subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 67.)

CLXXXV.

1175 — Mense Februario — Indict. VIII — Circlarii.

Geofridus filius Hugonis Circlarii donat notario Nicolao de Tzitzicrudi praedium situm in Circlarii pertinentiis.

† ego gofredus filius. ugonis circlari feci propria manu mea hanc crucem.

† Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιου καὶ τοῦ αγιου πνευματος κεγω ὁ προγεγραμμένος γιωσφρὲδος· ὁ το σίγνον το τοῦ τιμηου καὶ ζοῶποιου σταυρου σὺν καὶ τη πατρωα ἐπονυμία· οικοία μου χειρὶ γραψας. το δὲ υφος διὰ τοῦ νοταριου τὴν παρουσαν εγγράφον ἑκούσιον· εὐχάριστον· ἀμετάτρεπτον· αμεταμέλητον ἁπλὴν αποχὴν καὶ καθαρὰν δωρεὰν· τηθημι καὶ ποιω εκοῦσία μου τῆ γνωμη καὶ αὐτῶπρόερέτω βουλη καὶ παντὸς ἀπηγωρεμμενου τρωπου πρὸς σὲ τὸν πιστοτατον μου ἄνθρωπον νοταριον νικολαον χωραφιων εν τι διακρατησει τοῦ κηρκλαριου εις τοπον λεγωμενον τοῦ ξενοδωχιου πλησιον τοῦ αμπελιου τοῦ αυτοῦ ξενοδωχειου· δυσικον μερός· διῶρίζεται τὸ τιουτον χωραφιον· ἀνατολικον μερος· τὸ χανδάκιον τοῦ προγραφέντος αμπελιου· καὶ καθὰ κάτεβαίνει το προρηθεντα χανδακιον αχρι οργιαῖς ρλγ'. καὶ το δυσικον μερος καθα κατεβαίνει ἡ κουλτωρα οργιαις ρμγ'. εκειθεν δὲ ανακάμπτει μεσυμβρινὸν μερός· ὀργιαις ρε'. και ἀπερχεται καὶ κροῦει ἕως το πρωρηθεντα χανδακιον ἀπο δὲ ἀργτρω, καθα απερχεται ο μεγας δρωμος οργιαις ρδ'. καὶ κλύει. τουτο δὲ στεργω καὶ χαρίζωμαι πρὸς σὲ νοταριον νικολαον υιος ιωαννου τοῦ

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Geofridus, qui signum sanctae et vivificae crucis ac paternum cognomentum propria manu exaravi, reliquam vero scripturam per notarium, praesenti instrumento sponte, libenter, irrevocabiliter, perpetuo, simpliciter et pure, de propria mea sententia ac libera voluntate, nulloque modo vetito tibi fidelissimo meo homini Nicolao notario donationem condo et facio territorii, quod situm est in pertinentiis Circlarii, ubi dicitur Xenodochium, iuxta vineam eiusdem Xenodochii occidentem versus. Fines vero huiusmodi territorii sunt: ad orientem fossa suprascriptae vineae, et sicut descendit praedicta fossa ad passus centum triginta tres; ad occidentem sicut descendit cultura ad passus centum quadraginta tres, unde deflectit meridiem versus ad passus centum quinque, et vadit et iungitur cum praedicta fossa; ad septentrionem sicut vadit via publica ad passus centum quatuor, et clauditur. Huiusmodi territorium do et concedo tibi Nicolao notario filio Ioannis Tzitzicrudi tuisque heredibus, et quibuscumque successoribus, non simpliciter, temere et inconsulto, sed ob plurima beneficia et multas re-

τζηζηκρουδη καὶ τοις σοις κληρονομοις καὶ παντοίοις διαδωχοις· οὐχ ἁπλὼς μεν. ὥς οἰκει καὶ ὥς ἐτυχεν. ἀλλὰ δια τας πλίστας εὐεργεσιας καὶ πολλὰς ἀνταμηβὰς ἅς παρα σου πέπονφα κὰτὰ διαφορους ετηας καὶ τρωπους· ἵνα ἐπεξούσια εχης σὺ τον τιούτον χωραφιον γεὐπονεῖν καλλιεργειν. φυτευειν πουλειν. χαρίζη. ἀνταλλάττειν. καὶ εἴς προικας τεκνων σου καταγραφεσθαι και παντα πραγτειν εν αυτω ως αυθεντῶς ως τὴν εξουσιαν παρ εμου εἴλυφος· ὅσαι ὁ νομος τοις ἰδίοις δεσποταις διακελευεται· ει δὲ ποτε κερω η χρονον φωραθη τίς· εἴ τε εγὼ· εἴ τε τέκνον μου· εἴ τε τίς τοῦ κατ εμου μερος. ἡ ξενου προσωπου· ζητησιν· κινησει. ἡ αγωγην οφιλει κατα σου ποιησαι εις τουτον εισταστε με. και διἐκδηκάν σε αυτον απο παντος εναντιουμενου προσῶπου· ει δὲ και τουτο οὐ ποιησω αλλα προς διαστροφην σινχρησωμαι προτον μεν ειναι κατηραμενον παρα τω θεω παντοκρατορι. καὶ ὑπερ παραβασιας τοῦ τιμηου και ζωῶποιου σταυρου ζημιουσθαι εις το διμοσιον ριγατα λς'. και ηθ ουτως και διἀμεινέτω πρὸς σὲ καὶ τους σους διαδωχους· ἡ τηαύτη καθαρα δωρεα ἣν καλοθέλως εποιησα· στερεα βεβαία καὶ απαρασάλευτος· ἥτις ἐγραφη χειρὶ εμου ἰορδανου νοταριου και ταβουλαριου ἀστεος κῆρκλαριου εν μηνι φεβρουαριω της ινδικτιωνος ἡ τοῦ ἔτους ϛχπγ'. παρουσια των παρευρεθεντων αξιωπῖστων μαρτυρων.

† γρηγοριος βετρισανος μαρτυρ υπέγραψα οικεια χειρὶ τον σταυρον.

† ὁτου κρίτης μαρτυρ υπεγραψα οικεια χειρὶ τον σταυρον.

† ραος υιος ασκηττινου μαρτυρ υπεγραψα δια του σταυρου.

† ιωαννης ἀρχἰερέος χώρας κυρκλαρίου μαρτυρ ὑπέγραψα οἰκήα μου χηρη.

† ρογεριος τοῦ ρουσιτου μαρτυρ υπέγραψα οἰκοια χειρι το σταυρον.

† ὁ μαϊστρος ρηχαρδος μαρτυρ υπεγραψα δια του σταυρου.

† ρογεριος καρρανος καὶ κατα τὴν ημεραν στρατηγος μαρτυρ υπεγραψα οἰκεία χειρὶ τὸ σταυρον.

tributiones quas abs te recepi variis de causis et rationibus, ut ipsum possideas cum facultate arandi, meliorandi, plantandi, vendendi, donandi, permutandi, dotis causa tuis filiis assignandi, et iure dominii et potestatis a me acceptae omnia de eo faciendi, quae leges propriis dominis permittunt. Si quis vero unquam insurgat, sive ego, sive filii mei, sive quisquam de mea cognatione, aut extranea persona, et quaestionem, litem, aut actionem tibi intentare velit, promitto me tibi adfuturum, teque defensurum ab omni contraria persona. Quod si nedum hoc praestitero, sed et huiusmodi donationem subvertere praesumpsero, primum quidem maledictus sim a Deo omnipotente, et ob violationem venerabilis et vivificae crucis solvere tenear Fisco poenae nomine regales sex et triginta, et nihilominus huiusmodi pura donatio, quam sponte feci, rata, firma et immutabilis remaneat tibi tuisque successoribus. Scriptum manu mea Iordani notarii et tabularii civitatis Circlarii, mense februario, indictione VIII, anno 6683, coram fide dignis testibus, qui forte interfuerunt.

† Gregorius Vetrisanus testis propria manu crucem subscripsi.

† Odo Iudex testis propria manu crucem subscripsi.

† Rhaus filius Ascettini testis per crucem subscripsi.

† Ioannes Archipresbyter civitatis Circlarii testis propria manu subscripsi.

† Rogerius de Rusito testis propria manu crucem subscripsi.

† Magister Riccardus testis per crucem subscripsi.

† Rogerius Carranus pro tempore Strategus propria manu testis crucem subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 66.)

CLXXXVI.

1175 — Mense Octobri — Indict. IX — Circlarii.

Odo de Gervasio donat filiae suae Mariae bona, quae ipse ex paterna hereditate possidebat, pro dote quam solvere nequiverat.

† σίγνον χειρός παρ εμου ότου του γερβάσει.

† Ἐν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιου καὶ τοῦ ἁγίου πνείματος. (ὁ προγεγρα)μμένος ότου ὁ τὸ σιγνον το τοῦ τιμηου καὶ ζοωποιοῦ σταυροῦ οἰκείαις χέρσὶν πίξας το δὲ ολον ὕφος σὺν καὶ τη πατρωα ἐπ(οιοιμία διὰ χειρός) τοῦ νοταρίου τὴν παρουσαν ἐγγραφον· ἑκούσιαν· εὐχάριστον· καὶ. . . . . κυρου ότου χαρίζοντος καὶ διδάντος πρός σε μαριαν· ἣ ἐμοὶ θυγάτηρ τὴν πατρικήν μου ὑπόστασιν. τον λαχοντα μοι μέραν. το ἅπερ ἔχω ἐν τὴ διακρατήσει τοῦ κῆρκλαριου· ἀπο τε ὀσπιτιων. χωραφιων ημεροδενδρων κυπουριων, οὐχ απλὸς μεν ὥς οικειν καὶ ὥς ετυχεν. αλλὰ διότι επισα εἰς ἐσχάτην πτωχίαν καὶ ταλειπορίαν· καὶ εκ των πραγματων το απερ σοι ἐκατέγραψα ἐκ τὸ πρικηον μαῖ συμβολαιον ουκ επληρωσα σοι τουτου χάριν στέργω σοι καὶ χαρίζωμαί σοι τὴν εμὴν ὑπόστασιν πατρικὴν προς σε μαριαν ἡ εμη θυγατηρ καὶ τοις σοις διαδωχοις καὶ παντίοις διακατώχοις· ἵνα ἐξουσίαν εχης σε τὸν τοιούτων πουλειν· χαρίζειν (ἀνταλλάττειν καὶ εἰς προίκα) τεκνων κατάγραφειν καὶ πάντα πράγκτειν εν αυτων αυθεντίκως καὶ κυρίως ὡς τὴν ἐξουσίαν παρ εμου ὕλυφοτα· ει δὲ ποτὲ καιρῶ. ἡ χρόνω ἐπέλθη τις ἡ τον εμων μέρων ἡ ξένου προσώπου· ζήτησιν κίνησιν (ἢ ἀγωγὴν ποιοῦντα) καὶ ενοχλούντα σε εις τουτον ἔστιω αὐτον αναθεμα παρα τῶν (τιη ἁγίων πατρῶν) και τῶν ιβ' ἀποστόλων ζημιούτω δὲ εις το δημοσιον νομίσματα ιβ'· και ἡ αὕτο διαμενέτω πρὸς σὲ μαριαν· τὴν παρουσαν χαριστικὴν ἅπερ σοι ἐποίησα καλοθελῶς ὀχυρὰ βαιβέα καὶ ἀπαρασάλευτος (εἰς ἀεὶ. ἥτις ἐγράφη) διὰ χειρὸς εμου ιορδανου νοταρίου καὶ τάβουλαρίου ἀστεως κῆρκλαριου· μηνὶ ὀκτωβρίω (ἰνδικτιῶνος θ') τοῦ ἔτους ϛχπδ' παρουσία μαρτύρων.

(*Testium nomina delevit aetas*).

† Signum manus mei Odonis de Gervasio.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Odo, qui signum venerandae et vivificae crucis propria manu, nomen vero et paternum cognomen manu notarii exaravi, praesens instrumentum sponte, gratiose et . . . . . facio ego Odo, quo dono et trado tibi filiae meae Mariae bona, quae mihi obvenerunt ex paterna hereditate pro portione mea, quae habeo in pertinentiis Circlarii, (*quaeque constant*) domibus, praediis, arboribus fructiferis et hortis, non simpliciter, temere et inconsulto, sed quia, cum in extremam inciderim paupertatem et miseriam, tibi non satisfecerim de rebus quas tibi nuptiali contractu attribueram; et ideo confirmo et trado mea paterna bona tibi Mariae filiae meae, tuisque successoribus, et omnibus qui post te ea possessuri erunt; ut potestatem habeas eadem vendendi, donandi, permutandi, et in dotem filiorum constituendi, omniaque de iis faciendi, tamquam domina et arbitra, quippe quae facultatem a me accepisti. Si qua vero occasione vel tempore aliquis vel ex mea parte vel persona extranea quaestionem, litem aut actionem intentaverit, vel molestiam tibi intulerit de hac donatione, maledictus sit a tercentis octo et decem sanctis Patribus et a duodecim Apostolis, et mulctetur Fisco numismatis duodecim. Attamen deinceps maneat praesens donatio benevole facta tibi Mariae, stabilis, firma et inconcussa in perpetuum. Scripta manu mei Iordani notarii et tabularii civitatis Circlarii, mense octobri, indictione IX, anno 6684, coram testibus.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 63.)

CLXXXVII.

1176 — Mense Iulio — Indict. IX.

Tabulae nuptiales inter Hugonem filium Matthaei Sabuti, et Regaliam filiam Nicolai Maleini et Muriellae.

† Εν ονοματι τοῦ πατρος και τοῦ υιοῦ, καὶ τοῦ ἁγιου πνευματος, πρϊκωσυνβώλεον. γεναμενον παρ εμοὺ χοῦ· υιοῦ τοὺ ἀπϊχωμενου ματθέου, τοὺ σαβούτου· πρὸς τὴν ἐκ θεοῦ γεναμένην μοι γυνὴν, τούνωμα ἀυτης ρϊγάλη· θηγάτηρ οὕσα γνησια μουριέλλας γυνὴς τοὺ απϊχωμένου κυρου νικολαου μαλεΐνου, ἣν καὶ ηρμωσάμην ἐμαυτῶ. ἐν πρώτοις δίδωμι ἀυτὴ τὴν προ γαμοὺ δωρεὰν, ἤτι το θεόρετρον ἀυτης· οσότι ἔχω φίον καβαλλαριων δ' απ αυτῶν θεόρετρον αυτης το τρίτον. καὶ ἤ τι δ ἀν κτώμε ἀπο τοὺ κυνητοὺ πράγματος καὶ αὐτωκυνητιὺ το τρύτον· ὁσαύτος καὶ ἤτι κερδήσω ἀπό τε ἀκυνήτου πράγματος τὼ ἡμίσιον· καὶ ἀπο τοὺ κυνητοὺ· καὶ αὐτοκυνητού το τριτον· καὶ παρα κυριου θεοῦ· το μεγα καὶ πλούσιον ἔλεος † παναγια θεοτοκε συν τω μονωγενή σου υιὼ και θεῶ, εὐτυχως βοηθει ὑμὶν μετα τω ἀρεστύιαι με μουριέλλαν γυνὴν του ἀποιχωμενου νϊκολάου μαλεΐνου· επι τοι τηαὕτη συναφία καὶ συνζηγία πρὸς τον ἐκ θεοῦ γεναμενόν μοι γαμβρόν· τούνωμα αὐτοὺ χοῦ τοὺ σαβούτου· ὧν καὶ ἡρμωσαμην αὐτόν τη ἐμὴ γνησία θηγατρὶ τούνωμα αὐτης ρυγάλιε, δίδω δε τη ἐμὴ θηγατρὶ. χρυσοῦν ταρία διαχαράγματα, χηληδας τέσσαρα ἄπο δὲ των τοιοὕτων τεσσάρων χηληδων τῶν ταρίων, δίδωμι αὐτη τα χοράφια ὅπερ ἔχω ἠς την διακράτησιν τοὺ στύλου, συν τοὺ ὅρους και ἐλεῶνος και ἑτερὼν δενδρων τα λεγώμενα τοὺ κατανγκη, δια ταρια χρυσοῦ ἑξακώσια. καὶ ἑτέρων τρίων χηληδων ταρίων ποσώτιτα, καὶ παρα κυριου θεου το μέγα και πλούσιον ἔλεος, ὅθεν ἐγράφη χειρὶ ἐμοὺ βασιλείου ευτελοῦς πρωτοπαπα τὴς μεγάλης καθωληκῆς ἐκλησιας· και ταβουλαριου πόλεος, λουκιδου μηνὶ ἰουλιω ηνδικτιωνος θ' ἐτὸς ϛχπδ'. ἐνώπιον ἀξιολόγον καὶ ἀξιοπίστον μαρτυρων. † φϊλιππος βάλγερος μαρτυρ υπεγραψα τον τίμιον σταυρόν. † Ego. . . . . filius mathei sabuti testis sum. † Simon de nucera testis sum.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Tabulae nuptiales factae a me Hugone filio demortui Matthaei Sabuti uxori mihi a Deo datae, cui nomen Regalia, filiae legitimae Muriellae coniugis defuncti domini Nicolai Maleini, quam mihi connubio iunxi. In primis trado ipsi ratione sive donationis ante nuptias, sive theoretri eius, tertiam partem feudi, quod habeo, quatuor caballariorum; et rerum mobilium ac semoventium, si qua possideo, tertiam quoque partem, et non solum medietatem bonorum immobilium, verum etiam tertiam partem bonorum mobilium ac semoventium, quae forte acquisivero, et domini Dei magnam ac divitem misericordiam. † Sanctissima Dei Genitrix cum Unigenito tuo filio et Deo feliciter nos adiuva. Cum mihi Muriellae uxori defuncti Nicolai Maleini placuerit nuptum dare filiam meam legitimam Regaliam divinitus mihi dato genero, cui nomen Hugo de Sabuto, dono eidem filiae meae tarenorum asperorum ex auro quatuor millia. Praeter vero huiusmodi tarenorum quatuor millia, do ipsi praedia, quae dicuntur de Catananci, quaeque possideo in pertinentiis Styli, cum nemore et oliveto et aliis arboribus, aureis tarenis sexcentis aestimata; ad haec alia tarenorum tria millia, et domini Dei magnam ac divitem misericordiam. Quare scriptum est manu mei Basilii humilis protopapae maioris catholicae ecclesiae, et tabularii civitatis Lucidi, mense iulio, indictione IX, anno 6684, coram honestis et fide dignis testibus. † Philippus Balgerus testis subscripsi venerandam crucem.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 61.)

CLXXXVIII.

1176 — Indict. IX.

Presbyter Constantinus de Ancaburi et presbyter Nicolaus eius frater tradunt Gulielmo magistro Eremitarum praedium positum in loco dicto Silepa, et accipiunt in permutationem aliud praedium Arsaphiae situm.

† σίγνον χειρὸς χωνσταντινου ἱέρεως υἱος πρεσβυτερου ιωαννου τοῦ ἀγκαβουρη. † σίγνο χηρὸς πρεσβυτερου νικολάου αδελφου αυτοῦ.

† ἡμεῖς οἱ ανοτέρω γεγραμμένοι, οἱ τα ἡμέτερα σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ ταῖς οἰκείαις ἡμῶν χερσιν καθὑπογράψαντες ἑκουσία ἡμῶν γνώμη καὶ ἰδία προέρεσει· καὶ οὐκ ἔκ τηνος τὸ παράπαν ἀνάνκης, ἢ υἱας, ἢ δόλου, ἢ ραδιουργίας, ἢ καὶ ὅσα μὲν ἐν τοῖς θείοις νομοις εἰσὴν ἀπηγορεύμενα· ἀλλὰ συμ προθυμία πάση καὶ ὁλοψύχω προθέσει, καὶ τρόπω ἀγαθωτάτω, δι ἧς ὁμολογοῦμεν καὶ φενώμεθα ποιώντα πρὸς σὲ τὸν ἡμέτερον ἅγιον αυθεντην καὶ ὁσιώτατον πατερα καὶ μαΐστορα τὼν του πρωτομαρτυρος καὶ ἁγίου στεφανου πατρων καὶ λοιπῶν αναχωριτων καὶ εἰς τον κυρον πετρον ἱερομονάζωντα καὶ πριουρον ἁγίων ἀποστολων. λέγωμεν δὶ τὼν αὐτῶν ἅγιον μαΐστορα κυρον γαυλληέλμον, ὡς προέφημεν ἀνταλλαγωγὴν ποιώντα ἐκ τὸ ἡμέτερον χωράφιον, ὅπερ ἔχωμεν εἰς τόπον ἐπιλεγόμενον σιληπάν. εκ πατρικης ἡμῶν κληρονομίας· ὑπάρχει δὲ ὁ περϊόρισμὸς αὐτοῦ οὕτως· ἀπὸ ανατολὰς τὸ χωραφιον τοῦ μανγλούφα, καὶ ἀναβενι τὸ σύνορον ἄχρι εις τον σκινον· καὶ διάβέι τρακλὰ ἄχρι τοῦ συνόρου χρϊσονὰ· καὶ κατέρχεται ὁ ρύκξ ἄχρι του μανγλουφα καὶ συνκλὴ· διὰ τὸ ἀναλαβεὶν ἡμας ἐξ υμῶν ἀνλάγειν ὑπὲρ τοῦ ρϊθεντος χωραφίου, ετερον χωραφιον ὅπερ ἔχετε ὑμεῖς ἐκ τῆς ἀρσαφίας εἰς τὴν μουνίταν. τὸ πλησίον τοῦ ποταμοῦ. καθὰ καὶ ἰδι ὁ περϊόριστον ἐστὴν, μέσον τῶν χωραφιων ἁγιου ἰωαννου του θεριστου καὶ ἀπὸ δυσμὰς ἠλία κονδιδος. τοῦ ἔχειν ὑμὰς αὐτῶ ἐπὲξουσίως· ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸ διὴνεκαὶς μέχρι τερμάτων αἰώνων. ὡς τῶ κύρως καὶ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν παρ' ἡμῶν ἰληφώτες· καὶ η μὲν ποτὲ καίρῶ ἢ χρόνω ὀραθήσεται τίς παρα τῶν ἡμετέρων ἰδίων ἢ κληρονόμων, υουλόμενος ποιήσαι κύνησιν ζητησιν ἤται ἴαν δίποτε ἀγογὴν, ἵνα ἱσταμεθα καὶ διεκδικούμεν σας αὐτῶ ἐκ παντὸς προσώπου ἢ δὲ καὶ μεταμέλοι

† Signum manus Constantini sacerdotis filii presbyteri Ioannis de Ancaburi. † Signum manus presbyteri Nicolai fratris ipsius.

† Nos suprascripti, qui nostra signa honorabilis et vivificae crucis propriis nostris manibus exaravimus, spontanea nostra sententia et propria electione, nullaque prorsus necessitate, vel vi, vel dolo, vel fraude, vel quovis modo vetito a divinis legibus; sed omni alacritate, et totius animi proposito, optimaque ratione, declaramus facere (*permutationem*) tecum nostro sancto domino et religiosissimo patre ac magistro patrum Protomartyris et sancti Stephani, ceterisque anachoretis, et domino Petro monacho et praeposito sanctorum Apostolorum, nempe cum eodem sancto magistro domino Gulielmo permutamus, uti antea diximus, nostrum praedium, quod habemus in loco dicto Silepa ex paterna nostra hereditate. Circumscriptio vero ipsius ita se habet: ab oriente exstat praedium Manglufae, et ascendit confinium usque ad lentiscum, et transit inaequaliter usque ad confinium Chrysonae, et descendit rivulus usque ad Manglufam, et clauditur. Nos autem accepimus a vobis pro dicto praedio ex permutatione aliud praedium, quod vos possidetis Arsaphiae ad Munitam, prope flumen, quemadmodum circumscriptum exstat in medio praediorum sancti Ioannis Theristae, et ab occidente finitimum est Eliae Condido, ut habeatis illud in vestra potestate a praesenti die, et in omne aevum usque ad finem seculorum; utpote qui dominium et facultatem a nobis accepistis. Sin autem quacumque occasione vel tempore quis ex nostris propinquis vel heredibus molestiam, quaestionem, vel quamcumque actionem in vos intenderit, nos antestabimus et defendemus vosmetipsos ab omni persona. Quod si consilium mutaverimus,

γενησώμεθα, ἵνα μη εἰσακουώμεθα ἀλλ' ἵνα ζημιούμεθα πρὸς ὑμᾶς νομισματα ιβ'. ἔγραφη επὶ ἔτος ϛχπδ' ινδικτιωνος θ' ἐνοπιον μαρτυρων:

† ἀρκαδιος ευτελης πρωτοπαπας στύλου παρευραιθεις μαρτυρ υπεγραψα † πρεσβυτερος ρωγεριος μαρτυρ υπεγραψα † ιωαννης καραμαλλος μαρτυρ † μούλης καὶ βεσκάμης μαρτυρ † ιωαννης ἀτζημάννας μαρτυρ υπεγραψα † φοτινὸς γίτζος μαρτυρ υπεγραψα † πέτρος εὐτελὴς πρεσβύτερος καραμαλλος εγραψα.

ne exaudiamur, sed pro mulcta solvamus vobis numismata duodecim. Scriptum est anno 6684, in Iictione IX, coram testibus.

† Arcadius humilis protopapa Styli, qui interfui, testis subscripsi. † Presbyter Rogerius testis subscripsi. † Ioannes Caramallus testis. † Mules Vicecomes testis. † Ioannes Atzimanna testis subscripsi. † Photinus Gitzus testis subscripsi. † Petrus humilis presbyter Caramallus scripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 65.)

CLXXXIX.

1177 — Mense Aprili — Indict. X — Tarenti.

Vitalis filius Eugenii donat Basilio archiepiscopo Tarentino totam partem bonorum, quam possidebat in casali Castinnii, propter potestatem ei factam ab eodem archiepiscopo exstruendi sibi monumentum in maiore ecclesia Tarentina.

† βίταλιος υιος ευγενίου.

Petrus de Francica eiusque filius Venerandus una cum eorum uxoribus tradunt Gulielmo de Meno viro nobilissimo praedia posita ad S. Paulum in agro Francicae in permutationem nonnullorum praediorum.

† ego petrus de Francica. † ego maria uxor eius. † ego Venerandus filius eius. † ego maria uxor predicti Venerandi.

† οιμῖς οι τα σίγια τον τιμίον καὶ ζωοποιων σταυρῶν ηκοιες χερσιν καθυπογράψαντες. αναλαμβανωμενοι ηδίους καὶ αδελφους και κλυρονόμους· καὶ πασιν ενόχλυτην. τὴν παρούσαν εγγραφον, απλὴν καθαραν, καὶ αδόλοτον. τιθέμεθα καὶ ποιούμεν, ηκοια ημῶν βουλή καὶ καλοθελησει, καὶ ουκ ἐκ τινος τὸ παραπὰν ανάνκης, ἢ βιας, η χλευης, η ραδιουργίας. εκτος πασης απηγωρειημενης προφάσεως, δι ὴς εν αληθεία, ομολογούμεν εξησφαλησθήνει. καὶ απαταξασθαι, επιδὶ εκ τὶν πράσιν ἣν επίήσαμεν εἰς σὲ τον ευγενηκώτατον αρχοντα κυρον γουλιελμον του μενου, τὴν ἅπασαν σύνκλησιν κουλτούραν τῆς λεγωμένης κλυσούρας, εις χωρίον Φράγκηκας, καθὼς η πρασις ἣν σοι επιἤσαμεν δηλεῖ, καὶ διὥτις απο τῆς τιαύτης σύνκλησεως ελήφθης απαντα οσα διαχωρίζη η δὸς η ερχωμένη απο τὶν εκκλησίαν Φράγκηκας αχρις τὸ εὔγαμα του χωρίου. κύπους καὶ οικήματα καὶ τέλη καὶ δικαιώματα, εκ ταύτης ἐλήφθης χρονους τρεῖς-κοληομένων ημῶν, καὶ ημεῖς μι δυνηθέιτες διεκδικῆσαι σοι ταύτα, ἐλευθέρως και ανενόχλητως κατα τὸν τῆς πράσεως σύνφωνον, του ευθὺς διεκδικάν σε εκ παντὸς προσώπου, υπερ οὗ μι ηρχήσανται τα ηρημενα διεκδικήσαι, δέησιν ἐφέραμεν επι σοὶ καὶ ηρεσθιμεν εὕτως, του ἔχην σε ανταλλαγὶν δια τον προηρημένον τοποίον καὶ ηρώδον ὃ ελήφθης. ανταλλαγὴν ἔχην σε το ημετερον χωραφιον ὃ έχωμεν εις το κρατος τοῦ χωριου Φράγκηκας, το λεγωμενον εις το πλησιον αγίου παύλου, ὅσων υπαρχει χωραφιων, καὶ ἤκων, καὶ αμπέλων, και καλαμιώνες, καὶ ἤτι δενδρων καὶ φιτὼν κτίτοτώπων, γίς τε καὶ ἤλης ἄχρι του ριακος, συν τὼν εισώδοεξώδων καὶ φραγιμῶν καὶ ἤτι δικαὶωμάτων, ὃ απο τῶν φυτευτῶν ημῶν εκ τα τιαυτα ημῶν αμπέλια εις εἴδιον ημῶν μέρος ελάβομεν, περιοριζεται δὲ ούτως κατα μὲν ανα-

† Nos qui signa honorabilis ac vivificae crucis propriis manibus exaravimus, nomine quoque propinquorum et fratrum et heredum omnem molestiam in nos suscipientes, condimus et facimus praesens instrumentum simplex, purum et absque dolo, nostro proprio consilio et bona voluntate, nullaque omnino necessitate, vel vi, vel fraude, vel malitia, amoto omni vetito praetextu; quo (*instrumento*) vere declaramus nostrum ius minime fuisse violatum. Quoniam post venditionem, quam tibi fecimus nobilissimo principi domino Gulielmo de Meno totius circumscriptae culturae, quae dicitur Clysura, in agro Francicae, ut ostendit chartula venditionis quam tibi condidimus, tu pro circumscripto hoc praedio, potitus es omnibus quae dividit via, procedens ab ecclesia Francicae usque ad agri coniunctionem, hortis nempe, et domibus, et praestationibus, et iuribus, idcirco haec tribus annis tenuisti, nobis prohibentibus. Nos vero cum nequeamus haec tibi asserere libere et sine molestia, iuxta pacta venditionis, teque recte ab omni persona tueri; cum non valeamus, inquam, praedicta servare, te de hac re requisivimus, et inter nos conventum est, ut tu habeas in permutationem praedicti loci et redituum quos tibi asseruisti, nostrum praedium, quod possidemus in agro Francicae, nuncupatum ad S. Paulum, cum omnibus fundis, et domibus, et vineis, et arundinetis, et arboribus, et plantis, substructionibus, humo et silva, usque ad rivum, una cum introitu et exitu, et sepibus et iuribus, quae de praedictis vineis pro parte nostra ab emphyteutis percepimus. Fines autem sunt hi: ab oriente via;

τολὰς, ο δρόμος, δισμας ο ρίαξ του βαπτηστηρίου, ἄρκτρος χωραφιον του κραταιου ριγός, και το αμπέλιον ιωαννου μακεδονος, καὶ ιωαννου τῆς τροττης, μεσιμβρίας τα χωράφια του κραταιού ριγός. καὶ χωράφιον του κυρου βιτάλου, καὶ αμπελιον μαρίνου ανυψηου κυρου βιταλου φραγκηκας, καὶ τὸν παίδων σιμιούνη του γιόφου, γίδου, καὶ ἰοσφρίδου, καὶ συνκλήη, τούτο σοι επιδιδωμεν ὅσων καὶ ἥον εστιν συν πάντων τὸν δικαιωμάτων ημῶν, ἧς σὲ καὶ εις τους σοῦς κλυρονομους και διαδόχους, καὶ κατόχους, ης ηδείαν ημῶν ἐξουσίαν καὶ κυριώτητα, πουλείν χαρίζην, ανταλλάτιν, και ἧς πρίκα υιῶν καὶ κλυρωνόμων καταγραφειν καὶ καταλημπάνειν, καὶ απλὸς ηπὴν πηὴν απαντα ἥτι βύλεσε, ος η θείοι νομοι τοῖς οικοιης δεσπόταις πραττιν διακελεύεται, ος τω κύρως καὶ τὶν εξουσιαν παρ ημὼν ηληφως, απο τὶν σήμερον ημέραν καὶ ωραν. καὶ εις το αἰς αἰ μι ενοχλουμενον μίτε ενποδιζωμενον παρά τινος, αλλ η ποτὲ καιρῷ ἢ χρόνω ὄχλησις ἐκι τουτο φοραθη, ἥτε επι σὶ. ἥτε επι τους σοῦς κλυρονόμους, του ησθάμεθα ημοὶς, καὶ η ημῶν κλυρωνόμοι, καὶ διεκδικωμεν σοι αυτὼ εκ παντὸς προσωπου. η δὲ ημεῖς μετάμελη φωραθάμεν. μι εισακουὅσθω ημὰς, αλλ ως ξένη καὶ αλλώτριη καὶ αρνίται τῆς αμωμίτου. καὶ αληθινής πίστεως τῶν ορθοδόξων χριστιανών, ἑστωμεν καὶ κατίραμενοι παρα κυριου, θεου παντοκράτορος. τῶν τιή αγίων θεωφώρων πατρῶν το ανάθεμα, ζημιουστω ημὰς ης τω δημώσιον του κραταιου ριγός νομίσματα οβ', καὶ πρὸς σὲ τὼν άρχωντα διπλὸς το τὶς αλλαγὶς καὶ τας βελτιόσεις αναπληρούμεν σοι. καὶ ηθ ούτω μέιην στερρα καὶ απαρασάλευτα ἅπαντα τα ηριμενα σύμφωνα της καλοθελὸς γεναμενης αλλαγὴς ἥτις καὶ εγραφη χειρὶ εμου γρηγωριου υιου πρεσβυτερου βασιλειου και πρωτοπαπα αγιου γρηγωρίου. ὃς καὶ κατὰ τω κερὼν της εξουσίας φράγκηκας νοταριος εν ετει ϛχπή ινδικτιωνος ιγ', μηνη ἰουλίω εις τας ια' εν παρουσια μαρτυρων. † στέφανος υιος πρεσβυτερου ιωαινου πουγγαδου και κατα τον κερον στρατηγὸς μιλητου και λιπων μαρτυρ. † βιτάλης υιος κυρου μαρινου μαρτυρώ, γραψας εικοιω χείρὸς τὸν τιμιον σταυρων. † δαμιανος πιτζούτος μαρτυρών υπεγραψα οικοια χειρὶ τὼν σταυρων. † ιωαννης κοσανος μαρτυρ † ὁ τοὺ βλαγκαρδου ευγενὴς υἱὸς ἰωάννης ὁ κατά τὸν κερὸν γραναταριος φραγκηκας μαρτυρ υπεγραψα ιδιοχειρός. † Ego Guido no-

ab occidente rivus Baptisterii; a septentrione praedium potentis Regis, et vinea Ioannis Macedonis, et Ioannis de Trotta; a meridie praedia potentis Regis, et praedium domini Vitalis, et vinea Marini consobrini domini Vitalis de Francica, et filiorum Simeonis Giofi, Gidi et Iosfridi, et clauditur. Hoc donamus quantum et qualecumque est cum omnibus iuribus nostris tibi tuisque heredibus et successoribus, ac bonorum possessoribus, tradita vobis potestate et auctoritate vendendi, donandi, permutandi, et in dotem constituendi, ac relinquendi filiis et heredibus, atque in universum peragendi omnia quae volueritis, sicut divinae leges propriis dominis facere praecipiunt, utpote qui dominium et potestatem a nobis accepisti ab hodierna die et hora in perpetuum; neque molestia afficiaris, neque impediaris ab aliquo. Si qua vero occasione vel tempore molestia in hoc afferatur aut tibi aut tuis heredibus, nos nostrique heredes antestare debeamus, teque ab omni persona tueri. Quod si consilium mutaverimus, ne exaudiamur, sed sicut extranei et alieni ac proditores inculpatae et verae fidei orthodoxorum christianorum, maledicti simus a domino Deo omnipotente, et a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, mulctemur Fisco potentis Regis numismatis duobus et septuaginta, et tibi Domino duplo (*pretio*) permutationis, et expensis factis pro meliorationibus; atque nihilominus firma et inconcussa deinceps maneant pacta omnia huius voluntariae permutationis; quae scripta est manu mei Gregorii filii presbyteri Basilii et protopapae S. Gregorii, et pro tempore Francicae ditionis notarii, anno 6688, indictione XIII, mense iulio, die XI, coram testibus. † Stephanus filius presbyteri Ioannis Pungadi, et pro tempore Strategus Mileti et reliquorum (*pagorum*) testis. † Vitalis filius domini Marini testor scribens manu propria honorabilem crucem. † Damianus Pitzutus testis subscripsi manu propria crucem. † Ioannes Cosanus testis. † Ioannes

tarius testor. † ραναλδος φορνιος μαρτυρ. † κωνστας αργυρος μαρτυρ. † Ego presbiterum nicolaum de franchica testis sum. † πέτρος κοππολα μαρτυρ. † ἰωάννης τῆς μουντης μαρτυρ. † ἰωάννης τοῦ πρεσβυτέρου δωνατου μαρτυρ. † πετρος υἱός πρεσβυτερου πουγγαδου μαρτυρ και κατα τον καιρον στρατιγος μιλητου και φαρκηκος.

nobilis filius Blancardi, pro tempore Granatarius Francicae, testis subscripsi manu propria. † Ranaldus Forninus testis. † Consta Argyrus testis. † Petrus Coppola testis. † Ioannes de Munte testis. † Ioannes filius presbyteri Donati testis. † Petrus filius presbyteri Pungadi testis, et pro tempore Strategus Mileti et Francicae.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 75.)

CCI.

1180 — Mense Iulio — Indict. XIII — Circlarii.

Odo Gervasius cum filia Maria et Gulielmo Pontefarte vendit presbytero Gulielmo Gervaso vineam et plantationem positas in pertinentiis Circlarii loco dicto Giunco solidis tribus.

† Signum proprie manus hodoni filius gervasi † Signum proprie manus Willelmo pontefarte † Signum proprie manus Marie hodoni filia.

Εν ονοματι του πατρος καὶ του υιου καὶ του ἁγιου πνευματος οἰμοῖς οἱ προγέγραμμαίνοι· οι τας σοίγνας του τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυρου· τες ηκείες ημῶν κερσὶν καθυπωγράψαντες το δὲ ὕφος των ονομάτων ημῶν δια χειρος του νοταρίου φενώμεθα προς σαὶ πρεσυητέρου γουλιέλμου· ὁ τι επωνυμεία του γερυάσου· και ἡμετέρου θείου πιπράσκωντά σι αμπελιον καὶ την φυτήαν· το ὅπερ ὑπαρχει εἰς την διάκράτισιν χώρας κηρκλαρίου· εἰς τω ἐπιλεγώμενον τώπων του γιοῦνγκου· ωντινυ συνορίζεται και περιορίζεται οὕτως κατα μὲν ανατολας ως ἄρχεται ἡ οδῶς το ὅπερ απερχεται εις των ἁγίω σευαστιανοῦ· καὶ ως διαυεννη η οδὸς καὶ ρίκτι εις τους φρέξοις· καὶ απεκήθεν ὥς διαυέννη τα ἴσα· καὶ ρικτι ης τες κεντρωμαις απο αρκτρῶν μέρος· καὶ ανατολικον ως κατευέννη τα ἴσα καὶ ρίκτι εις τω σύνορον τω χωράφιω του βρετζη καὶ ως κρατεῖ το λεγωμενων συνορων και ρίκτι εις τω σύνορων του αμπελιου του νικόλα αγρούε. καὶ ὥς κρατεῖ το προρηθὲν σύνορων καὶ ρίκτι εις την προριθεῖσαν οδῶν καὶ συνκλη· τούτω τετραχὼς περιορισθεν ἀμπελην συν το ἰσώδω εξωδω απεκπουλυσαμεθα προς σὲ του προριθέντως πρέσυητερου γουλήἐλμου εις τιμᾶς τας αναμεταξὴ εμοῦ τε και σὺ συνφωνηθεντα και αρεσθέντα νομῆσματα τρία ἁ ἔδεξαμεθα παρα τας σᾶς χείρας εις τας εμᾶς· ὅθεν δὲ του απο του παρῶντος καὶ εις τους εξεῖς ἅπαντας και διηνεκῆς χρώνης επεξοῦσιος ἔχην

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signa venerandae et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, nominum vero et cognominum seriem per manum notarii, vendimus tibi Gulielmo presbytero cognomento Gervaso patruo nostro vineam et plantationem sitas in pertinentiis civitatis Circlarii, in loco ubi dicitur Giuncus, quae his terminis comprehenduntur: ad orientem sicut incipit via quae ducit ad S. Sebastianum, et sicut vadit via et iungitur cum sepibus, et deinde sicut vadit recta ad Centromas septentrionem versus, et ad orientem ut descendit recta, et iungitur cum terminis terrae Bretzi, et sicut progrediuntur praedicti termini, qui iunguntur cum terminis vineae Nicolai Agrue, et ut vadunt praedicti termini, et iunguntur cum memorata via, et clauduntur. Huiusmodi vineam quadripartito conterminatam simul cum ingressu et egressu vendidimus tibi antedicto presbytero Gulielmo pro pretio inter nos pacto convento solidorum trium, quos de tuis in nostras manus recepimus, ut amodo et in perpetuum habeas in tua potestate huiusmodi vineam, et plantationem, et arbores fructiferas, et salices, vendas, dones, permutes, in dotem tuis filiis et filiabus assignes, et omnia de ea facias iure dominii et potestatis, prout

σε τουτιου αμπελιον καὶ την φητήαν καὶ συν τα ὑμερώδένδρια καὶ τα σαλήκεια· πουλῆν χαρίζη ανταλλάγτι καὶ εἰς πρικας υιων και θυγατερων σευ καταγράφεσθαι· καὶ παντα πραγτηνσαι εν τούτο αὐθεντός και κυρίος ως ο νώμως τοις ιδίοις δεσποτις παρακιλευεται· καὶ μη ἔστω εν τουτω ὅ παρενοχλῶν σαι ὑ παρεμποδίζην σαι· μητε μῆν αυτοῦς μητε ξένου προσώπου· ἴ δε ἐπέλθει τίς καὶ ζηττησιν κυνήσι η αγωγὴν ὅφιλη πιῆσαι ηστάμαιθα και διεκδικοῦμεν σαι· ἴ δὲ προς ανατρωπῆν χρισώμεθα ου μωνων την αρὰν των τριακωσίων δεκα ὀκτῶ ἁγίων θεοφώρων πατερων κληρωνομησωμεν αλλα απετισώμεθα εν τω φίσκω νομισματα τριἄκωντα ἕξε· καὶ προς σὲ του αγωραστοῦ ετερα τοσαυτα και ηθ ουτως διαμενεται προς σὲ η τιαύτην καθαρᾶ διαπρασιν ἣν καλωθελῶς επίεῖσαμεν στερεὰν υαιυαίαν καὶ ἀπαρασαλευτος.

† ητις εγραφη δια χειρος εμου ιωαννου νοταριου και ταβουλαριου προς επιτροπῆς νἰκολαου νοταριου και ταβουλαριου αστεος κηρκλαριου εν μηνι ἰουλιω ινδικτιωνος ιγ'. ετους ϛχπη'. αξιωπιστων μαρτυρων.

† οτος κραπαριος κατα την ημεραν κριτης μαρτυρ υπεγραψα.

† ιωαννης αρχιερεος χωρας κηρκλαριου μαρτυρ υπεγραψα.

† ρογεριος του ρουσιτου μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 69.)

leges propriis dominis permittunt: nec sit qui tibi molestiam, vel impedimentum afferat, nec ego, nec alia quaevis extranea persona. Si quis autem surrexerit quaestionem, litem, aut actionem intentare volens, obstare debeamus, et tuam defensionem suscipere. Quod si (*hanc venditionem*) subvertere voluerimus, non solum maledictionem habeamus a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, sed et Fisco solvere teneamur solidos sex et triginta, tibique emptori tantundem; atque nihilominus huiusmodi purae venditionis a nobis bona voluntate factae instrumentum ratum, firmum et inconcussum permaneat.

† Scriptum manu mea Ioannis notarii et tabularii ad requisitionem Nicolai notarii et tabularii civitatis Circlarii, mense iulio, indictione XIII, anno 6688, in praesentia fide dignorum testium.

† Odo Caprarius pro tempore Iudex testis subscripsi.

† Ioannes Archipresbyter civitatis Circlarii testis subscripsi.

† Rogerius de Rusito testis subscripsi.

CCII.

1180 — Mense Iulio — Indict. XIII — Circlarii.

Ioannes Archipresbyter, Nicolaus Maurozumus aliique donant ecclesiae S. Phantini praedium, situm in loco dicto Petrosa, in pertinentiis civitatis Circlarii.

† σηγνον χηρὸς ιωαννου αρχιερεος υιὸς πρεσβυτερου νικολαου.

† σηγνον χηρος νἰκολαου μαβροζουμι.

† σηγνον χηρος παρ εμου ἀνδρεου του απιχομενου πρεσβυτερου νικολαου.

† σήγνον χηρὸς γουλιελμου υιος του πρεσβυτερου κονσταντινου φερφερου.

† σήγνον χηρὸς θεοδωρου υιος του αποιχομενου γοιιδου

† σήγνον χηρὸς δρογώνος κουκουλλομενου.

† σηγνον χηρὸς ιωαννου κουκουλλομενου.

† Signum manus Ioannis archipresbyteri filii presbyteri Nicolai.

† Signum manus Nicolai Maurozumi.

† Signum manus meae Andreae filii quondam presbyteri Nicolai.

† Signum manus Gulielmi filii presbyteri Constantini Ferferi.

† Signum manus Theodori filii quondam Guidonis.

† Signum manus Drogonis Cucullati.

† Signum manus Ioannis Cucullati.

Ἐν ονοματι του πατρος καὶ του υιου καὶ του ἁγίου πνευματος οἱμοῖς οἱ ανώτεροι προγεγραμμαίνοι· οἱ τάς σοίγιας του τιμήου και ζωόπιοῦ σταυροῦ· τες οικείες ημῶν χερσὶν καθὶπογράψαντες· το δε ὕφος των ονομάτων ἡμῶν διὰ χειρὸς του νωταριου προταξαντες· φινώμεθα προς σε πρισβυτερον γουληἐλμον και ἠκωνομι του παισέπτου ναοῦ του ἁγίου φαντίνου· χαρίζωντα προς σὲ και εις την προριθείσαν εγκλησιαν· των γωνηκῶν ημῶν χωραφιον. τω ὅπερ εστὶν εις την διακρατησιν χώρας κηρκλαριου εἰς τω λεγώμενον τώπων της πετρώσας· διορίζεται δὲ ουτως κατα μεν ανατολας τω χωραφιον οι του μηζωτερου δυσηκου μερους τω χωραφιον του πρισυυτερου λεοντος φερφερου· περι δὲ ἄρκτου· ὁ σωρὸς των ληθαρίων· μεσημβριας δὲ το ημετερον χωραφιον τούτω τετραχως περιορισθεν αγρικον χωραφιον χαριζώμεθα προς σε πρεσβυτερον γουλιελμον και εἰς των παισεπτων ναῶν του αγιου φαντίνου. ἵνα υπαρχη εκ της εγκλησιας αεὶ παντωτεωστις δε ευριθει εναντιουμενος εκ την παρουσαν δωρεαν εστω ανάθεμα παρα πατρος καὶ υιου καὶ αγιου πνευματος· ζημιουσθω δε καὶ ὑπερ παρκυασίας του τιμηου και ζωοποιου σταυρου νομισματα λς' καὶ εις το δημοσιον ετερα τοσαυτα μετα δε την του προστιμου καταυολην διαμενετε προς σε η τιαυτη τέλεια και καθαρα δωρεα· ἤ τις εγραφη δια χειρος εμου ιωαννου νοταριου κατ επιτροπῆς νἴκολαου νοταριου καὶ ταουλαριου αστεος κηρκλαριου εν μηνι ἰουλιω ινδικτιωνος ιγ'. ετους, ϛχπη' παρουσια αξιωπιστων μαρτυρων.

† οτος κριτῆς μαρτυρ υπιγραψα δια τοῦ σταυροῦ.

† γηρβασιος κριτης μαρτυρ υπεγραψα δια τοῦ σταυροῦ.

† ρογεριος ο φαβατζα μαρτυρ δια τοῦ σταυρου.

† ἰωσφρεδος μαρτυρ δια τοῦ σταυροῦ.

† κωνσταντινος χαλκεὺς μαρτυρ δια τοῦ σταυρου.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signa sanctae et vivificae crucis propriis manibus nostris effinximus, nominum vero nostrorum seriem per manum notarii praeposuimus, declaramus donare tibi Gulielmo presbytero et venerabilis ecclesiae S. Phantini oeconomo, et dictae ecclesiae paternum nostrum territorium situm in pertinentiis civitatis Circlarii in loco dicto Petrosa, cuius fines sunt hi: ad orientem territorium Mizoteri; ad occidentem territorium presbyteri Leonis Ferferi; ad septentrionem congeries lapidum; ad meridiem territorium nostrum. Huiusmodi terras aratorias quatuor his partibus conclusas concedimus tibi presbytero Gulielmo et venerabili ecclesiae S. Phantini, ut sint in potestate ecclesiae semper et in perpetuum. Quicumque autem deprehensus fuerit oppugnare volens praesentem concessionem, maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et ob praevaricationem venerabilis et vivificae crucis solvat poenae nomine solidos sex et triginta, et publico Fisco tantundem: et nihilominus post poenae solutionem maneat tibi haec perfecta et pura concessio; quae scripta est manu mea Ioannis notarii de mandato Nicolai notarii et tabularii civitatis Circlarii mense iulio, indictione XIII, anno 6688, praesentibus fide dignis testibus.

† Odo Iudex testis subscripsi per crucem.

† Gervasius Iudex testis per crucem subscripsi.

† Rogerius Fabatza testis per crucem.

† Iosfredus testis per crucem.

† Constantinus Ferrarius testis per crucem.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 70.)

CCIII.

1180 — Mense Augusto — Indict. XIII — Sanctae Severinae.

Fillia cum filiis Georgio et Pasimna suaque sorore Anna donat Zachariae Muriciotae sacerdoti vineam positam in agro Sanctae Severinae, loco nuncupato Milia.

† σιγνον χειρος φιλλιας. † συγνον χειρος γεοργιου υϊου αυτης. † συγνον χειρὸς πασιμμνης θυγατρος αυτης. † σίγνον χειρὸς ἀννῆς (γυναικὸς) κωνσταντινου βίου. † ἐν οιόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ αγίου πνευματος· ἡμῆς αἱ ανἀγεγραμμέναι φίλλια σύν τοῖς ἐμὴς τέκνοις, γεοργίου, καὶ πασήμνης, καὶ ἀνῆς ἐμοῦ μὲν φίλλιας σηγγένισσας, ἡμῶν δαὶ τῶν τέκνον αυτῆς γεοργίου καὶ πασίμνης γνισίας μητροθείας, ἡ τα σίγνα τῶν τίμιον σταυρῶν οἰκίης ἡμῶν δακτίλοις, χαράξαντες, τϊθῶμεθα καὶ ποιῶμεν τὴν παροῦσαν ἔγγραφον, ἁπλὴν εὐχαριστον, ἀμεταθετον, αμετάτρευτον, καὶ αμεταμέλητον καθαρὰν δορεαν· χορὶς τῆς ἴασοῦν ἐρέτεος. καὶ φιλονϊκίας ὑπάρχουσαν πᾶσαν τὴν τῶν πανευσευὸν νόμον ϊσχύν τε καὶ δύναμιν ἔχουσαν, καὶ μηδαμὸς ποταὶ κερῶ ἡ χρῶνο ανατραπίναι. ἡ ὁποσοὺν απαρασαλευθείναι ὀφήλουσαν, οὐ παρ ἡμῶν τῶν προγεγραμμένων, ου παρα τῶν ημετέρων κληρονομον. ἡ διαδῶχον· οὐ παρ ετέρου προσώπου του ἰουδήποταὶ ἰδίον ἡμῶν, ἡ ξένου το σήνολον· δὶ οὗ εκουσίος αδόλως, καὶ αβϊάστος, δοροῦμεθα καὶ αποχαριζόμεθα, ἷς σὲ τὸν ευλαβέστατον ἱερέαν· κυρον ζαχαρίαν τὸν μουρικηότην, καὶ δια σοῦ τοῖς κληρονόμης, καὶ διἀδόχοις σου καθὼς ὑποτέτακται· ἐπιδὶ ἐξάμπελον κληρονομῶμεν εκ γονικης ἡμῶν κληρονομίας. εν τῶ περιχῶρο αγιας σεωϊρήνης εἰς τόπον λεγῶμενον μϊλίαν. σηνόριται δαὶ οὐτος. κατα ανατολὴς ο ρίαξ, εκ δύσεος, το ἀμπέλιον σοῦ του ευλαβεστάτου ιερέος κυρου ζαχαρίου· ὁπερ εἶχε αγορὰν παρα ἠρηνης εγγόνης κυρου κωνστοῦς, αρκτρόο δαὶ μέρι, τὸ χωράφιον νικολάου δαμέτη του σοῦ πενθερου, μεσέμβριαν δαὶ ο ρίαξ. τοῦτο οὖν το τετραχὸς περιορισθὲν ἐξάμπελον ὅσον καὶ ἷον εστὶν, παντελὸς καὶ ἐξολοκλήρος. μετα πᾶσης ηπώδου ἐξόδου αὐτοῦ, δοροῦμεθα καὶ αποχαριζόμεθα σὺ τω θεοφηλῆ ἱερὶ κυρω ζαχαρία, δια τᾶς πολλᾶς χάριτας. αμιβᾶς. δουλαγογίας καὶ κηβερνίσεις ᾶς πρὸς ημᾶς πεπίηκας καὶ πιῆς, καὶ δια το υπερευχεσθαί σε εν τοις αγίης καὶ ἱερης διπτίχης, ἡμῶν καὶ των προκπελθῶτον ἡμῶν γονέον, καὶ ἀδελφων. ἐχῃ δί σαι αυτῶ, απάρτι καὶ

† Signum manus Filliae. † Signum manus Georgii filii eius. † Signum manus Pasimnae filiae eius. † Signum manus Annae uxoris Constantini Vitae. † In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Fillia, Georgius et Pasimna eius filii, nec non Anna eiusdem Philliae soror, suorumque filiorum Georgii et Pasimnae legitima matertera, qui signa venerabilis crucis nostris manibus exaravimus, praesentem scriptis consignatam donationem condimus et facimus, simplicem, gratiosam, immutabilem, inconcussam, non poenitendam et puram, nullo inter nos dissidio, vel contentione, sed omni sanctarum legum robore et vi praeditam, et nulla unquam occasione vel tempore subvertendam, vel quoquo modo labefactandam a nobis suprascriptis, neque a nostris heredibus vel successoribus, neque ab alia qualibet persona propinqua vel extranea in universum; qua voluntarie, absque dolo ac vi, donamus et impertimur quod inferius statuitur tibi piissimo sacerdoti domino Zachariae Muriciotae, tuisque heredibus et successoribus. Quandoquidem vineam habemus ex paterna nostra hereditate in pertinentiis Sanctae Severinae, loco ubi dicitur Milia, quae hisce finibus circumscribitur: ab oriente est rivus; ab occidente vinea tua piissimi sacerdotis domini Zachariae, quam emisti ab Irene nepte domini Constae; a septentrione praedium Nicolai Dometi soceri tui; a meridie vero rivus; hanc nimirum vineam quadripartito divisam, quanta et qualiscumque est, integre ac plene, cunctis cum introitibus et egressibus suis, tradimus et concedimus tibi Deo accepto sacerdoti domino Zachariae, ob multas gratias, retributiones, officia et curas, quas nobis praestitisti ac praestas, nec non ut ores pro nobis et pro mortuis nostris parentibus et fratribus in sanctis et sacris diptychis. Habeas vero ipse amodo et in per-

εις τὸ δηηεκὲς. ἐπεξουσίος κυρίος καὶ αὐθεντικώς πηήν σαι ἐν αὐτῶ ὅσα ὁ νόμος ἐν ιδίης διακελεύεται. ος το κύρος καὶ τηγ δεσποτίαν· παρ ἡμῶν ἰλιφὸς. ἡ δαὶ κήνισις ζήτησις ἢ αγογή γένιται παρ ιωδίποτε ινα ἠσταίμεθα καὶ διεκδικοῦμεν αυτῶ εκ παντὸς εναντίουμένω προσώπου. η δαὶ παρ ιμῶν τοῦτο γένιται ὅπερ οὐκ ηγοῖμεθα πίησαι ἤναι μας επαράτον παρὰ τῆς αρχηφώτω τριάδος· των αγίον καὶ οἰκουμενικὸν συνόδων το αναθεματι καθυποβληθησῶμεθα· καὶ υπερ παραβασεως τοῦ τιμίου σταυροῦ ζημιοῦσθαι μας ριγατα λς' καὶ ἠθ οὕτω στέργειν καὶ ἐμμένην τὴν παρ ιμῶν προς σαι γεναμένην καθαραν δορεαν ἠσχυραν· βεναίαν· κυραμένην καὶ απαρασάλευτον. αχρι λήξεος κόσμου, ην καλοθελῶς πεπιήκαμεν, επι τῆς ευσεβοῦς βασιλείας· γουλιέλμου ρίγὸς καὶ αὐθέντου ημῶν, χειρὶ μιχαηλ ανικήτου καὶ εὐτέλους κληρίκου, χαρτουλαρίου, ἰγδίκου, καὶ ταβουλαρίου αγίας σευερίνης αυγούστου μηνὸς ινδικτιωνος ιγ'. εν τω ϛχπη' ετη. παρουσια μαρτυρων.

† νικόλαος ιυτέλῆς πρεσβύτερος ο γρατζανητις μαρτυρ υπεγραψα.

† λέων κληρικὸς καὶ νομικος υπεγραψα.

† μαλεῖνος πρωτοσπαθάριος υπεγραψα.

† βασίλειος δομετὴς μαρτυρ δια του σταυροῦ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 76.)

petuum facultatem tanquam arbiter et dominus faciendi ibidem quidquid in suis cuique rebus lex sinit, utpote qui potestatem ac dominium a nobis accepisti. Si vero ulla molestia, lis vel quaestio a quovis propter hoc tibi allata fuerit, nos obstabimus, teque ab omni contraria persona defendemus. Sin autem id ex parte nostra evenerit, quod fore non putamus, tunc in maledictionem incurramus Triadis, unde lumen omne manat, nec non excommunicatione cuiuslibet sancti et oecumenici concilii afficiamur, et ob violationem venerabilis crucis regalibus sex et triginta mulctemur ; atque nihilominus firmitatem ac perennitatem habeat usque ad finem mundi huiusmodi pura, valida, stabilis, rata et immutabilis donatio, quam tibi bona fecimus voluntate, sub pia dominatione Gulielmi regis et domini nostri, manu Michaelis Aniceti humilis clerici, chartularii, iudicis et tabularii Sanctae Severinae, mense augusto, indictione XIII, anno 6688, coram testibus.

† Nicolaus humilis presbyter Gratzanites testis subscripsi.

† Leo clericus et notarius subscripsi.

† Maleinus Protospatharius subscripsi.

† Basilius Dometes testis per crucem.

CCIV.

1181 — Mense Ianuario — Indict. XIV — Circlarii.

Ioannes de Cizota donat monasterio S. Nicolai de Nuda praedium positum apud Circlarium in loco dicto Droseri.

† σιγνω χηρὸς ιωαννου υιος ιωαννου τοῦ κηζότου ο ἐπονομαζομενος πορκινος. Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. καγῶ ὁ προγεγραμμενος ιωαννης ὁ τὸ σήγνω τού τιμίου καὶ ζοόποιου σταυροῦ, εικεία μου χηρὴ γραψας, τοῦ δὲ ὀνόματος μου καὶ τη πατρόα ἐπονιμία δια τοῦ νοταριου γραψας, τὴν παρουσαν ἐνγραφον, ἑκουσιον ἀμετάτρεπτον ἁπλῆν ἀποχῆ τήθημι καὶ πιὸ ἑκουσια μου τη γνώμη ειϊκία προἐρέσει οὐκ ἐκ τηνος τὸ παραπαν ἀνάγκης, ἀφηέρουμαι· εἰς τον πάνσεπτον, ναὸν τοῦ αγίου νικολάου τῆς νοῦδας καὶ προς σὲ τὸν προἐστότα, κυρὸ αναστάση, ὑπερ λύτρου καὶ αφεσεως τῶν ἐμῶν γονέων,

† Signum manus Ioannis filii Ioannis de Cizote cognomento Porcini. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Ioannes, qui propria mea manu sanctae et vivificae crucis signum effinxi, nomen vero meum cum paterno cognomento manu notarii, praesens in scriptis voluntarium, irrevocabile et simplex renunciationis instrumentum condo et facio, quo de propria mea sententia, et libera voluntate, nulla prorsus necessitate compulsus, pro redemptione ac remissione meorum genitorum offero venerabili ecclesiae S. Nicolai de Nuda, et tibi domino Anastasio eius praefecto, patrimoniale

τὸ γενικόν μου χωράφιον, ὅπερ κήται, εις την περιοχην τοῦ κηρκλαριου εἰς τον ἐπιλεγωμενον, τόπον δροσέρι, πλησίον τοῦ χοραφιου ἀσμουνδου κηκερέλλη, περιοριζεται οὑτος, ανατολῆ, ἡ ὁδος ἡ αναβεινουσα ἡ πριονία, δύση, τα ἡμέτερα χωραφια, μεσημβρία ὁ ἐλαιὸν το αυθεντικόν, ἄρκτου ἡ αὐτῆ ὁδος τῆς προνίας, τούτο τὸ προριθὲν χωραφιον αφηερόινω εις τον προριθέντα παισεπτον ναόν τοῦ ἁγίου νικολάου τοῦ ἀπο του παροντος καὶ εις τους ἑξῆς ἅπαντας χρόνους ἐπεξουσιον ἔχην, ἡ προριθείσα ἁγία μονὴ, καὶ ἡ προτεύοντες εν αὐτῆ, πιγν ὅταν ἂν βούλετε, καὶ μῆ ἔστο εν τουτω ὁ παρεινοχλὸν μήτε ἐγῶ μήτε τῆς τοῦ κατ' εμοῦ μέρους ἡ ξένου προσώπου. ἵ δ οπερ ουκ ηγοῦμαι ἐπέλθη τὶς καὶ ζήτηση κίνησιν εἰστασθαι καὶ διεκδηκήσω τὴν προριθείσαν ἁγίαν μονήν, ἡ δὲ καὶ τούτο ὀυ πίῆσο, ἀλλα τροπη χρίσομαι. ης τήν μονήν τὴν ἀρὰν τὸν τιή, ἁγίων θαιωφόρων πατέρων κληρονομήσο ἀλλ αποτησομαι εις το δημόσιον νομισματα λς', καὶ ἡθ ουτος μενέτω εις την ἁγίαν μονην ἡ παρουσα ἀφηέροσης οχηρὰ, βεβέα καὶ απαρασάλευπτος, ἡτῆς εγράφη χηρῆ νικολάου νοταρίου καὶ ταβουλαρίου χωρας κηρκλαριου μηνι ιανουαριω ινδικτιωνι ιδ. ετους. ϛχπθ', παρουσια μαρτυρων.

† ρογεριος φαβατζης μαρτυρ δια του σταυρου.

† ἰεοσφρι υιος ουβου του κηρκλαριου μαρτυρ διὰ τοῦ σταυρου.

† γουλιέλμος γαιβρὸς δρογώνος πουπουλινου μαρτυρ δια τοῦ σταυροῦ.

† ἀλέξανδρος υιος γουλιελμου φαβάτζη μαρτυρ δια τοῦ σταυροῦ.

† ἰωαννης καρακλης μαρτυρ δια τοῦ σταυρου.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 75.)

meum praedium, situm in pertinentiis Circlarii, in loco dicto Droseri, iuxta praedium Asmundi Cicerelli, cuius fines sunt: ad orientem via, quae ducit ad serram; ad occidentem alia nostra praedia; ad meridiem olivetum dominicum; ad septentrionem eadem via serrae. Memoratum hoc praedium offero praedictae venerabili ecclesiae S. Nicolai, ut amodo et in omne deinceps futurum tempus potestatem habeat praedictum sanctum monasterium, eiusque pro tempore praepositi, faciendi quicquid placuerit, nec sit qui ea de causa molestiam afferat, nec ego, nec quisquam de mea cognatione, aut alia extranea persona. Si vero, quod fore non putaverim, quisquam surrexerit quaestionem, aut molestiam illaturus, debeam contra insurgere, et defensionem antedicti sancti monasterii suscipere. Quod si nedum id neglexero, sed et (*huius oblationis*) monasterio factae me poenituerit, habeam maledictionem a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, et poenae nomine solvere tenear Fisco solidos sex et triginta; et nihilominus eidem sancto monasterio remaneat praesens oblatio rata, firma atque immutabilis, quae scripta est manu Nicolai notarii et tabularii civitatis Circlarii, mense ianuario, indictione XIV, anno 6689, praesentibus testibus.

† Rogerius Fabatza testis per crucem.

† Goffredus filius Hugonis de Circlario testis per crucem.

† Gulielmus gener Drogonis Pupulini testis per crucem.

† Alexander filius Gulielmi Fabatzae testis per crucem.

† Ioannes Caracles testis per crucem.

CCV.

1181 — Indict. XIV.

Bonus et Nicolaus filii Melchisi vendunt Michaeli notario eorum patrueli vineam positam in agro Muteri tarenis sexdecim.

† σοιγνῶν χειρος βονου υιου τοῦ απιχομενου μελχισι † σοιγνο χειρος νικολαου αδελφου αυτοῦ.

οἰμοῖς τὶ ανῶτιροῖ γεγραμμένη υ τα σίγνα τοῦ τιμίου

† Signum manus Boni filii demortui Melchisi † Signum manus Nicolai fratris ipsius.

Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivifi-

καὶ ζοῶπιου σταυρου ιδοῖς χερσιν καθοῖπογράψαντες
απλὴν ἀμετρευτον καθαραν καὶ πλιρέτετην διάπρασιν
τιθαμεθά καὶ πηοῦμεν εκοῦσια μας βουλη καὶ θεληποῖ
καὶ αὐτόπροιρετο γιομη εκτος πασης αιάγκῆς ὑ βοῖας·
υ φάκτοῦ αγνηας υ ραδειοῦργοιας ὗ τῆς ἴασι περοῖ-
στάσεος αλλα τῆ υκοῖα μας βοῦλη καὶ θεληση
πηπρασκομεν ἡμεῖς ὑ ανοτερω γεγραμμεναι υς σαι τον
κυρον νοταριον μιχαηλη τῶν ημετερον εξαδελφον των
ὑῶν τοῦ ἡμετερου θηου κυρου νοταριου γοῦληάλμου.
το ημετερον ἀμπελιον· ο εχομεν εκ πατρικοῖς ὑμῶν
κληρονομιας τουτο σοῖ παιπρακαμεν πέριφραγμεμενῶν
καὶ χάρακιμενον. καὶ ὑ τη αν ο τοπος εχι σῦν των
ημεροδενδρίων· ορους βελανούς καὶ νομας ιδατον· καὶ
καλαμων καὶ η τη αν ο τοπος εχη· καθως περοῖοριζετε
το αυτον αμπελιῶν κατά μεν ἀνάτολας του αὐτοῦ
αγοραστου νοταριου μιχαηλη το ανμπελίον καὶ κάτα
δῦσμας το ἀιμπέλιον πεδῶν κοστα τῆς φλαβοῖάς·
καὶ το χωραφιον κυρου ιωαννου μουτερου καὶ κάτὰ
ακτρου ι οδος ὑ ἀπερχομενη υς τον αγιον αιδρεαν καὶ
κατα μεσυηβριαν ι οδος ὑ τρήβοῦσα υς χωραφιον μου-
ταιρου καὶ συνκλή τουτο το προδηλοθεν ανπελῖον
ιπαρχει ης χωραν μουτερου τουτο σι πεπρακαμεν ος
ἀνοτερω εφημεν υς σέ καὶ υς τους σους κληρονόμους
καὶ διαδοχους ις χρησοῦν ταρια τοῦ κρατεοῦ καὶ
αγιου ριγος ις' τα πολητέλομενα εν πασῃ χωρα κα-
λαυροῖας καὶ ος ελαβομεν ταῦτα ἀπό τας χηράς σου
ἴσταμενα καὶ κᾶλα υς τας ἡμετερας χηράς πηοῦμεν
σι το παρῶν στερρεον υμῶν εγραφον του εχιν σαῖ
αυτον εξοῦσοῖάν σοῖ καὶ υ κληρόνομι σου καὶ διαδοχι
παντα πηὴν ακολυτως ὡσα ὁ θοῖος νομος τοῖς υκῦς
δεσποταις πραττειν διακελευαιται ὡς το κοῖρος καὶ
τὴν εξουσῖαν καὶ τὴν κηρηωτητα παρ ημων υληφως
μῦ ενοχλοῦμενος· υ εμποδεῖζομενος παρα τινος αλλ
οστις αν βουληθι τιν παρουσαν πρασιν ακοῖρσαι εκ
τοῦ καθ ημῶν μερους. υτε ξενο προσοπον το σῖνολον
υτο αναθεμα παρα πατρος υιου καὶ αγίου πνευματος
τον τιή αγιον θεοφορων πατορόν ζημῖοῦστο ὑπερ πα-
ραβασαιος τοῦ τημιου σταυρου νομισματα οβ' και υθ
σῦτο στεργη καὶ ημμενη υ παρ ημων γεναμένη πρασις
σχηρα καὶ ασαλευτος αχρι τερματων εόνον ενοπηον
μαρτυρων † ιωαννης του κοστα της φλαυιας μαρτυρ
υπεγραψα τον τιμιον σταυρων κυρος ιωαννης μουτε-
ρου μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρων † κοστας
τῆς οδδῆς μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρων †
ιωαννης υος κυρου βονου μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον

cantis crucis propriis manibus exaravimus, simplicem, irrevocabilem, puram et plenissimam venditionem condimus et facimus spontanea nostra sententia et voluntate, ac proprio consilio, sine quavis necessitate, vel vi, vel facti ignorantia, vel fraude, vel quacumque circumventione; sed ex animi sententia et nostro arbitratu vendimus nos suprascripti tibi domino notario Michaeli patrueli nostro, filio nostri patrui domini notarii Gulielmi, vineam nostram quam habemus ex paterna hereditate. Eam tibi vendidimus sepe et vallo communitam, et quidquid inibi continetur, cum arboribus fructiferis, nemore, villanis, aquarum divisionibus, arundinibus, et qualibet re ibidem extante, prout ipsa vinea circumscribitur; (*cuius fines sunt*): ab oriente vinea ipsius emptoris notarii Michaelis; ab occidente vinea filiorum Constae de Flavia, et praedium domini Ioannis Muteri; a septentrione via quae vadit ad Sanctum Andream; a meridie via quae ducit ad agrum Muteri, et clauditur. Haec vinea exstat in agro Muteri. Eam, uti praediximus, vendidimus tibi tuisque heredibus et successoribus aureis tarenis sexdecim potentis regis, quorum usus est in tota regione Calabriae, et cum eos acceperimus a tuis in nostras manus bonos et iusti ponderis, fecimus tibi praesens firmum instrumentum, ut tu et heredes ac successores tui habeatis potestatem libere faciendi de ea quidquid divina lex propriis dominis concedit, utpote qui ius, facultatem et dominium a nobis accepistis, nemine impediente vel molestiam afferente. Quicumque autem ex parte nostra, vel extranea persona in universum, praesentem venditionis chartulam infirmare voluerit, maledictus sit a Patre, Filio et Spiritu Sancto, et tercentis octo ac decem sanctis divinisque Patribus, et solvat pro poena violationis honorabilis crucis numismata duo et septuaginta. Et nihilominus firma maneat haec a nobis facta venditio, stabilis et irrevocabilis usque ad finem seculorum. Coram testibus. † Ioannes filius Constae de Flavia testis subscripsi honorabilem crucem. Dominus Ioannes de Mutero testis subscripsi honorabilem crucem. † Consta de Odda testis subscripsi honorabilem crucem. † Ioannes filius domini Boni testis subscripsi ho-

σταυρων † ιωαννης υὸς κυρου κωνσταντινου μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρων † κυρος μουλες λαμπαστς μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρων † κοστας υὸς χρίσηλου μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρων † πέτρος υὸς ιωαννου μουτερου μαρτυρ υπεγραψα τον τιμιον σταυρων † τετος υὸς νοταριου ιωαννου του σουφραγαρου μαρτυρ υπεγραψα.

† εγράφη η παρουσα πράσις χηρὶ εμου γαρτεριου ευτελους νοταριου γαβεροῦ ιωαννου μουτερου τι παρακλῖσοι των ἀνοτερω γεγραμμενων παιδον κυρου μελχισι τη προσταξει πρεσβυτερου ἰωαννου κοιλιβρανου και πρωτοπαπα πολεως επισκοπης μηλητου καὶ κατα των κερων ταβουλαριου. ετους ϛχπθ' ενδικτιωνος ιδ'.

(Ex membrana Archivi Neapolitani—n.° 77.)

norabilem crucem. † Ioannes filius domini Constantini testis subscripsi honorabilem crucem. † Dominus Mules Lampases testis subscripsi honorabilem crucem. † Consta filius Chryseli testis subscripsi honorabilem crucem. † Petrus filius Ioannis de Mutero testis subscripsi honorabilem crucem. † Tetus filius notarii Ioannis de Sufragaro testis subscripsi.

† Scriptum est praesens venditionis instrumentum manu mei Galterii humilis notarii generi Ioannis de Mutero, rogatu suprascriptorum filiorum domini Melchisi, ex mandato presbyteri Ioannis Colobrani et protopapae civitatis Episcopii de Mileto, et pro tempore tabularii, anno 6689, indictione XIV.

CCVI.

1181 — Indict. XIV.

Petrus de Mutero tradit instrumentum quoddam Petro Caleto.

† σιγνων χειρὸς πέτρου υιου ιωαννου μουτερου. † ο το σίγνων τοῦ τιμίου καὶ ζῶοποίου σταυρου τι ειδια μου χειρι καθυπογραψας. επιδη ανελαβον καγὼ (ὁ προρηθεῖς) τὸ ἔγγραφον ὅπερ ὁ ἀδελφὸς τῆς γυνῆς τοῦ απηχουένου στεφάνου τοῦ βηλληχου στέφανου εις χ(εῖρας ἐμὰς ἔδωσεν· ἐπιδίδωμι αὐτὸ) τῶ κυρῶ πετρω καλετω ὁ υιος· του απιχομενου νοταριου ιωαννου του σουφραγαρου καὶ εαι ποτε κερῶ ἢ χρόνω ελθη ζήτησις πρὸς ὑμὰς ειτε πρὸς τα εμὰ τεκνα ινα εκβάλλη ὁ κυρος πέτρος τὸ εγγραφον απλώς καὶ ολοψυχως καὶ ει μεν τοινι ποτε κερο η χρονω ελθη πρὸς υμὰς ζητησις ινα διχνης τὸ χαρτιον η δε και φανη τοὶς ποτε ἐνοχλῶν ζημιουσθω· πρὸς σὲ τὸν κυρὸν λεοντα καὶ εις τους σους κληρονωμους τα ταρια της χαριτος τοῦ πλοῦ καὶ πρὸς εμαὶ καὶ εις τοὺς ημετερους κληρονομους τα ταρια ἐλευθερα καὶ απο μεν του μερους σου πιηι απ αὐτου ἢ τοι δ αν βουλη εισι δε τα ταρία τὴς χάριτος ταρία· λβ'· ενωποιον μαρτυρων.

† κωνστας εγγὼν παπα κωστα μαρτυρ † ιωαννης υιος βαρθολομαιω φρανκου μαρτυρ † ιωαννης μουτερος μαρτυρ † νικολαος υιος αυτου μαρτυρ † γαρτεριος μουτερος υιος πρεσβυτερου λεοντος μαρτυρ υπε-

† Signum manus Petri filii Ioannis Muteri. † Ego qui signum honorabilis et vivificantis crucis propria manu exaravi, cum acceperim instrumentum, quod frater uxoris demortui Stephani filii villici Stephani in manus meas tradidit, ipsum trado domino Petro Caleto, filio defuncti notarii Ioannis de Sufragaro. Si qua occasione vel tempore aliquis a me vel meis filiis (*antedictum instrumentum*) petierit, dominus Petrus ipsum simpliciter et bona voluntate exhibeat; si vero quavis occasione vel tempore a te requiratur, eadem chartula per te ostendatur. Quod si olim appareat aliquis molestiam afferens, mulctetur tibi tuisque heredibus duplo tarenorum debitorum pro remuneratione, et mihi meisque heredibus totidem tarenis liberis; atque ex parte tua fiat inde quod libuerit. Sunt autem tareni remunerationis duo et triginta. Coram testibus.

† Consta filius presbyteri Constae testis. † Ioannes filius Bartholomaei Franci testis. † Ioannes Muterus testis. † Nicolaus eius filius testis. † Galterius Muterus filius presbyteri Leonis testis sub-

γραψα τον τιμιον σταυρον † ιωαννης υιος πετρου μουτέρου μαρτυρ.

† εγραφη χηρι εμου ιωαννου ευτελους νοταριου υιου νικολάου κηλεντανου αποκομητος αγιου γριγοριου τὶ παρακλησει κυρου πετρου μουτερου ὁ καὶ γραψας την χαρτην τοῦ ετους ϛχπθ' ινδικτιωνος ιδ'.

(Ex membrana Archivi Neapolitani—n.° 78.)

scripsi honorabilem crucem. † Ioannes filius Petri Muteri testis.

† Scriptum manu mei Ioannis humilis notarii filii Nicolai Cilentani Vicecomitis Sancti Gregorii, qui ad requisitionem domini Petri Muteri chartulam exaravi anno 6689, indictione XIV.

CCVII.

1181 — Indict. (XIV).

Leo de Gallo donat ecclesiae S. Mariae de Pertusia praedium situm ad Arnaces.

† ετους ϛ.χ.π.θ'. ινδικτιωνος ιγ'. εν της καιροῖς τοῦ ἁγίου ἡμῶν αυθεντου ριγός γουληέλμου καὶ καπριλλιγγου της χωρας ολεττας νοταριου τζοφφου δε σαλεριου. σιγνον χειρος λεον δε λου γάλλου. Εν ονοματι του πατρος· καὶ του υιου καὶ του αγιου πνευματος καγῶ ο προγεγραμμενος λεον οικία μου γνώμη· καὶ αγαθῆ πρωεραίση· φενωμε· καὶ προσενεγκω· εις την ἁγίαν θεωτοκον τῆς περτούσας χωραφιον· ὡντα· καὶ διάκείμενον α λη αρνακῆ. συν εσωδω καὶ εξωδω μεσα ημεροδενδρια. καὶ ἄγρια· οισὶν δε τα συνορια του χωραφιου ανατολικου μερου χωραφια δημοσια. καὶ χωραφια οι του βαρβαγγειουκκηου. δησικου μέρου χωραφιον οπερ προσενέγκεν κριτης νικολαος ις την εκκλησιαν της ἁγίας θεωτωκου τῆς περτοῦσας· καὶ χωραφιον του ρῶγγερὶ· υιου λεοντος του γαλλου· ακτρου μερου· εσωδος· καὶ εξωδος· τον γητόνον· και το ριάκην μεσυμβρία δε· τὴν εκκλησιαν τῆς ἁγίας θεότόκου της περτοῦσας· καὶ χωραφιον του αλησσανδρου υιου γουλιέλμου πελεγρίνου· καὶ εγω μὲν λεων ὁ πρωριθεις μετὰ τω προσενεγκειν τω χωραφιον· εις τὴν εκκλησήαν επίησα την παρούσαν· καὶ αληθηὴν χαρτὴν ἵνα ἔχη. η εκκλησήα ἐξουσίαν ποιῆν παντα ὥσα βουλετε· εὰν δὲ φανὴ πωτὲ· καιρῶ τῆς ζητωντα ἡ μαχας ποιων ζημιοθὴ ης την εγκητιαν. δυπλοῦν τω χωραφιον. καὶ ης τω δημοσιον νομισματα λϛ' ενοπιον καλὼν μαρτυρων μαρτυρ ἰωαννης κριτης ὁ υιος βιτάλης κριτης † μαρτυρ ιωαννης κριτης ο υιος λεον κριτης † μαρτυρ ιωαννης κριτης ο υιος πανταλεον † μαρτυρ κυρ δαριου † μαρτυρ δωνῖβαζελ † μαρτυρ ατταβιανου δε λου βιζζηρυσου † μαρτυρ σατριάνου † μαρτυρ βουνη αλλβωναδια † μαρτυρ γουσταβιλε †

† Anno 6689, indictione XIII, temporibus sancti nostri domini Regis Gulielmi, et Camerlingi regionis Olettae notarii Tzoffi de Salerno. Signum manus Leonis de lu Gallu. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Leo de propria mea sententia et bona voluntate offero S. Deiparae de Pertusia terram sitam a li Arnaci, cum ingressu et egressu, et arboribus cultis et silvestribus, his terminis comprehensam: ad orientem (*sunt*) praedia publica, et praedia filiorum de Barbagenucchiu; ad occidentem terra, quam Nicolaus Iudex obtulit ecclesiae S. Deiparae de Pertusia, et terra Rogerii filii Leonis de Gallo; ad septentrionem ingressus et egressus vicinorum, et rivus; ad meridiem ecclesia S. Deiparae de Pertusia, et terra Alexandri filii Gulielmi Pellegrini. Atque ego quidem supradictus Leo, oblata ecclesiae hac terra, feci praesentem sinceram chartulam, ut potestatem habeat ecclesia faciendi quodcumque voluerit. Quod si aliquando quis praesumpserit molestiam aut litem inferre, poenae nomine solvat ecclesiae duplum pretii, et Fisco solidos sex et triginta. Coram probis testibus. Testis Ioannes Iudex filius Vitalis Iudicis. † Testis Ioannes Iudex filius Leonis Iudicis. † Testis Ioannes Iudex filius Pantaleonis. † Testis dominus Darius. † Testis Donibazel. † Testis Octavianus de lu Vizziusi. † Testis Satrianus. † Testis Buni al Bona-

μαρτυρ αγγελος δε παππατου † εγραφη. δια χειρος πρεσβυτερου βιταλης υιου. ιωαννου της κώρτης †.

† ego. iohannes de pantaleo. olecte. iudex.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 71.)

dia. † Testis Gustabile. † Testis Angelus de Pappato. † Scriptum manu presbyteri Vitalis filii Ioannis de Corte.

CCVIII.

1181 — Indict. XIV.

Donatus de Deo vendit monasterio S. Mariae de Pertusia praedium situm ad Arnaces tarenis Salernitanis duobus et viginti.

† ἔτους, ϛχπθ'. ινδικτιωνος ιδ'. ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ αγίου ἡμῶν· αυθεντου· ριγὸς γουληέλμου· καὶ καπριλλήγγου της χωρας ὀλέττας· νοταριου τζωφφου δε σαλερνου σίγνον χειρος πρεσβυτερου δωνατου δε δεου· ὁ υιος πρεσβυτερου ιωαννου δάλφίου· εν ονοματι· του πατρος καὶ του υιου. καὶ τοῦ αγίου· πνευματος· ἐγῶ ὁ πρωγεγραμμενος· οἰκήα μου γνώμη φένωμαι πράσχωντα χωραφιον ὁπερ εκρινεν· κυρια αννα· γυνεκὸς νικολαου δε λη ρουββήόλη· διὰ τὴν ἐαυτου ψυχην εἰς σὲ πρεσβυτερον. ιωαννην. ἡγουμενον τῆς αγίας θεοτοκου· της περτουσας. διὰ ταρια σαλερινα κβ'. ὥντα. καὶ διακήμενον α λη ἀρνακι. σὺν ἐσώδω· καὶ ἐξωδω· οισὴ δέ τα σύνωρια· του χωραφιου· ανάτωληκὸν μέρος· χωραφιον· εκ των υιων του πρεσβυτερου κωισταντινου καὶ χωραφιον ὁπὲρ ἦν ιωαννου μάνγγηαβώε· δυσικου· μερου· τὴν δημοσιαν οδὸν. ἄρκτρου δὲ μέρου χωραφιον· ὁπερ ἦν ιωαννου μανγγηαβωε μεσὴηβρία δε την δημοσιαν οδον και το χωραφιον. της εγκλησήας. της θεοτοκου τῆς περτοῦσας. καὶ εγῶ μὲν ο πρωγεγραμμένος ὁ ἐπίτρωπῶς πρεσβυτερος δωνατος δε δέου μετὰ τω απὼλαβειν. τὰ ταρια ἐποίησα αυτου· την παρούσαν· καὶ αληθιννη χαρτην· ἵνα εχει εἰς εξουσιαν η εγκησια της περτούσας· πϊῆν πάντα. ὥσα βούλετει. ἐὰν δε φανῆ πωτε· καίρῶ τις ζητωντα εἰ μάχας πϊῶν ζημηοθήτω εις την εγκλησιαν. τῆς ἁγίας θεοτοκου· τῆς περτοῦσας δυπλοῦν τω χωραφιω καὶ εις τω δημοσιον νομισματα· λϛ'. ενοπιον καλὼν μαρτυρων μαρτυρ † ιωαννης κριτης ο υιος βιταλι· κριτης † μαρτυρ ιωαννης κριτης· ο υιος παντολεο † μαρτυρ βονος. δε βωνάδια † μαρτυρ λεο δε βαραλεο † μαρτυρ βασιλειος δε βαραλεο † εγραφη διὰ χειρος· πρεσβυτερου· βιτάλι ὁ υιὸς. ιωαννου τῆς κωρτης.

† ego. iohannes. de pantaleo. olecte. iudex.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 72.)

† Anno 6689, indictione XIV, temporibus sancti domini nostri regis Gulielmi, et Camerlingi regionis Olettae notarii Tzoffi de Salerno. Signum manus presbyteri Donati de Deo filii presbyteri Ioannis Dalphii. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus de propria mea sententia declaro vendere tibi presbytero Ioanni praeposito Sanctae Deiparae de Pertusia praedium situm a li Arnaci cum ingressu et egressu, quod pro anima sua vendere constituit domina Anna uxor Nicolai de li Rubbioli tarenis Salernitanis duobus et viginti. His autem finibus comprehenditur praedictum praedium: ad orientem est praedium filiorum presbyteri Constantini, et praedium Ioannis Mangiaboë; ad occidentem via publica; ad septentrionem praedium quod erat eiusdem Nicolai Mangiaboë; ad meridiem via publica, et praedium ecclesiae sanctae Deiparae de Pertusia. Ac ego quidem suprascriptus curator presbyter Donatus de Deo, acceptis tarenis, feci tibi praesens verum instrumentum, ut ecclesia Pertusiae habeat potestatem faciendi quaecumque voluerit. Si vero temporis progressu quis apparuerit, volens (*hac de re*) litem aut molestiam inferre, poenae nomine solvat ecclesiae S. Deiparae de Pertusia duplum pretii, et Fisco solidos sex et triginta. In praesentia proborum testium. Testis † Ioannes Iudex filius Vitalis Iudicis. † Testis Ioannes Iudex filius Pantaleonis. † Testis Bonus de Bonadia. † Testis Leo de Baraleone. † Testis Basilius de Baraleone. † Scriptum manu presbyteri Vitalis filii Ioannis de Corte.

CCIX.

1181 — Indict. (XIV).

Alexander Pelegrinus tradit presbytero Ioanni de Alferio praedium positum ad Limpidanas, atque in permutationem accipit aliud praedium situm in loco vulgo dicto a lu Vallune de Liciferi.

† ἔτους ϛχπθ'. ινδικτιωνος ιγ'. εν τοῖς καὶροῖς τοῦ ἁγίου ἡμῶν αυθεντου ημῶν ρὴξ γουληἐλμου καπριλλίγγου δὲ της χωρας ὁλέττας νοταριου τζωφφου δε σαλερνου σίγνον χειρος αλησάνδρου· υιου γουλιἐλμου πελεγρίνου· εν ονοματι τοῦ πατρὸς· καὶ τοῦ υιου· καὶ του ἁγίου πνευματος· εγῶ ο προγεγραμμένος ο τον τιμηον σταυρον· πίξας· ἠκήα μου τη γνώμη· καὶ ἀγαθὴ προιρέτη· φενωμαι καὶ ἀνταλλάγτω· χωραφιον οντα καὶ διακήμενον· ἠς τοὺς λημπιδανας ἠς σε· ιωαννη δε αλφερι πρεσβυτερον. συν εσώδω καὶ ἐξωδω· μετα υμερωδενδρια. καὶ αγρια. καὶ ἔλαβα απω σοῦ χωραφιον. ὀν καὶ διακήμενον. α λου βαλλουτε δὲ ληκειφερι· ηνυν δὲ τα σύνορα του χωραφιου τὴν ἔλαβα· εγῶ πρεσβυτερος. ιωαννης δὲ αλφερι ανατωληκον μέρος· ανπέλιὸν αυτὸς πρεσβυτερος ιωαννης. δῦσυκον μέρου ὁδον. καὶ ἀνπέλιον του γουλιἐλμου δωλδάνου. καὶ ανπέλιον τῆς ἁγίας θέωτῶκου· ἀρκτρου μέρος οδός. καὶ αυτὸς· αλησσάνδρου ὁ πρῶγεγραμμένος· μεσυβρία δὲ χωραφιον του γουλιἐλμου δὲ λη κουσυντίνη. καὶ ἐγω αλισσάνδρος. ο πρῶγεγραμμένος· μετὰ τω απῶλαβὶν τω ανταλλαγμα ἐπὶησα αυτοῦ τὶν παρουσαν. καὶ αληθινὶν χαρτὶν. ἵνα εχη ἠς εξουσίαν. πρεσβυτερος ἰωαννης ἐκ τω χωραφιον πὶἠν παντα ὥσα θέλη· ἐὰν δὲ φανη πῶτε καὶρω τὶς ζητωντα η μαχας ποιῶν ζιμηοθῶσην· ης των πρεσβυτερον ιωαννην δυπλοῦν τω χωραφιον και ης τω δημοσιον νομισματα λϛ'. ενοπιὼν καλῶν μαρτυρων μαρτυρ ιωαννης κριτης ο υιος παντολεο † μαρτυρ νἰκολαος. ο υιος αγταβιἀνος † μαρτυρ γούληἐλμος σωλδανου † μαρτυρ ρωπερτος δε λα πωλλα † εγραφη δια χειρὸς πρεσβυτερου βιτάλις. υιου ἰωαννου τῆς κωρτης.

† ego. iohannes. de pantaleo. olecte. iudex.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 73.)

† Anno 6689, indictione XIII, temporibus sancti domini nostri regis Gulielmi, et Camerlingi regionis Olettae notarii Tzoffi de Salerno. Signum manus Alexandri filii Gulielmi Pelegrini. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus, qui sanctae crucis signum effinxi, de propria sententia et bona voluntate declaro tibi presbytero Ioanni de Alferio permutationem facere mei praedii, quod situm est in loco ubi dicitur ad Limpidanas, cum ingressu et egressu, et cum arboribus fructiferis ac silvestribus: recepi autem abs te praedium situm a lu Vallune de Liciferi. Praedictum vero praedium, quod ego presbyter Ioannes de Alferio recepi, his finibus concluditur: ad orientem est vinea eiusdem presbyteri Ioannis; ad occidentem via, et vinea Gulielmi Doldani, et vinea S. Deiparae: ad septentrionem via, et idem Alexander suprascriptus; ad meridiem praedium Gulielmi de li Cusintini. Et ego Alexander suprascriptus, admissa permutatione, feci eidem presbytero Ioanni praesens verum instrumentum, ut habeat potestatem faciendi de praedicto praedio omnia quaecumque voluerit. Si vero quisquam aliquando apparuerit litem aut molestiam illaturus, poenae nomine solvat presbytero Ioanni duplum pretii, et Fisco solidos sex et triginta. In praesentia proborum testium. † Testis Ioannes Iudex filius Pantaleonis. † Testis Nicolaus filius Octaviani. † Testis Gulielmus Soldanus. † Testis Robertus de la Polla. † Scriptum manu presbyteri Vitalis filii Ioannis de Corte.

CCX.

1181 — Indict. (XIV).

Ioannes de Donato cum uxore et filiis vendit ecclesiae S. Mariae de Pertusia praedium positum ad rivum Larnacis tarenis Salernitanis sex et quadraginta.

† ἔτους· ϛ.χ.π.θ'. ινδικτιωνος ιγ'· ἐν τοις· καιροῖς· του αγίου· ἡμῶν αυθεντου. ριγός γουληέλμου. καὶ καπριλλίγγου. τῆς χωρας ὀλιττας νοταριου τζώφφου δὲ σαλερνου· σιγνον χειρος· ιωαννου· δὲ δουνάτου ἁμα. σὺν τὴ γυνὴ αυτοῦ· μαρία· καὶ ὑιοῖ αυτοῦ· Εν ονόματι· τοῦ πατρός· καὶ τοῦ υιου· καὶ του αγίου πνευματος· ἡμῆς. οἱ πρωγεγραμμένοι. τῶν τίμηον· σταυρον. πιξαντες· οικήα· ἡμῶν γνώμη. καὶ αγαθὴ πρωὶρίση· φειώμεθα· πρασχωντες χωραφιον ὧν καὶ διακήμενον· εγγῆς του ριακήου· της λάρνακος εις σὲ· πρεσβυτερον. ιωαννην· ηγουμενου· της αγίας θεοτοκου· τῆς περτούσας. διὰ ταρια· σαλερινα. μϛ'. συν εσώδω. καὶ εξωδω. εισὶν δὲ τὰ σύνορα οὕτως ἀνάτωληκου μερου· χωραφιον τῶν υἱῶν τοῦ υασιλειου. δὲ πρεσβυτερου νικητα· δυσικόν μέρος· ὁ ριάκης· ἄρκτρου. δὲ· τὴν δημοσιαν ὁδον. καὶ νικόλαον. ρουββιόλι. μεσυνβριὰ. δὲ. χωραφιον· ὅπερ ἦν. του πρεσβυτερου καστελληου· ἡμῆς μὲν. οἱ πρωγεγραμμενοι. μετὰ το απὼλαβεῖν. τα ταρία· ἐπὶήταμεν ης τοῦτο την παροῦσαν. καὶ αληθηνὴν χαρτὴν ἵνα εχη εξουσίαν· ἡ εκκλησία της αγίας τριάδως· πιῆν πάντα ὥσα βούλεται. εὰν. δὲ. φανῆ πωτε καὶρῶ τις ζητωντα η μαχας ποιῶν. ζημηωθῆ ης την εκκλησίαν δυπλουν τω χωραφιον· καὶ ης τω δημοσιον νομισματα λϛ'· ενώπιον καλων μαρτυρων. μαρτυρ ιωαννης κριτης ο υιος πανταλεο μαρτυρ † μαρτυρ κυρ δαριος † μαρτυρ αγγελος υιος νικολαου δὲ παππατου † μαρτυρ σατριάνου † εγραφη διὰ χειρος πρεσβυτερου βιταλης υιος ιωαννου της κωρτης †.

† ego. iohannes. de pantaleo. olecte. iudex.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 74.)

† Anno 6689, indictione XIII, temporibus sancti domini nostri regis Gulielmi, et Camerlingi civitatis Olettae notarii Tzoffi de Salerno. Signum manus Ioannis de Donato cum uxore Maria et eius filiis. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui venerandam crucem signavimus, de propria nostra sententia et bona voluntate vendimus terram, sitam et positam iuxta rivum Larnacis, tibi presbytero Ioanni praefecto S. Mariae de Pertusia pretio tarenorum Salernitanorum sex et quadraginta, cum ingressu et egressu, his finibus comprehensam: ad orientem est terra filiorum Basilii de presbytero Niceta; ad occidentem rivus; ad septentrionem via publica, et Nicolaus Rubbioli; ad meridiem terra, quae erat presbyteri Castelii. Nos autem suprascripti, receptis tarenis, fecimus praesentem veram chartulam, qua potestatem tribuimus ecclesiae S. Trinitatis faciendi omnia quae voluerit. Quod si quis aliquando praesumpserit molestiam aut litem inferre, poenae nomine solvat ecclesiae duplum pretii, et Fisco solidos sex et triginta. Coram probis testibus. Testis Iudex filius Pantaleonis. † Testis dominus Darius. † Testis Angelus filius Nicolai de Pappato. † Testis Satrianus. † Scriptum manu Presbyteri Vitalis filii Ioannis de Corte †.

CCXI.

1181 — Mense Novembri — Indict. XV — Circlarii.

Basilius de Eptapocamillo cum eius fratre ac sorore Andrea et Anna, nec non Leone Grande Dio praedium donat Gulielmo oeconomo ecclesiae S. Phantini positum in agro Circlarii.

† σύγνω χηρος παρ εμοῦ υασιλείου υιος του απιχομενου κώστα ὁ επωνωμαζωμενος του επτᾶποκαμιλλου.

† σύγνω χηρος παρ εμου ανδρέου αδελφού αυτου.

† σύγνω χηρος παρ εμου ἄννης αδελφῆ αυτοῖς.

† σύγνω χηρος παρ εμοῦ λεοντος γραυδε διώ.

Εν ονοματι του πατρός καὶ του υιου και του αγιου πνευματος. τους εν ευλαυείᾳ καὶ σεμνῆ πολητεια διάγωντας παρα πολλων μεμαρτυριμένων ορθος και καλος πολυτεύεσθαι καὶ καθ εκάστην των θείων εξιλεοῦμενον δικαιον εστιν καὶ ευαπόδεκτον τοις υουλωμένοις προσφέρι καὶ αφιερώσασθαι αυτοῖς απο των ιδιαυτον πραγματων· διὸ οὖν ἡμοῖς ο ανωτερω προγεγραμμενοι ιδωντες σε τον ευλαβεστατον πρεσβυτερον γουλιελμον ο και εικωνόμος υπαρχοντος του παυσεπτου ναου του αγιου φαντινου αποδημια περιφημον καὶ διατριυωντα εν αγνη και σεμνῆ πολητεια αφιερουμεν σοι το ἡμῶν χωραφιον τω ὅπερ εστιν ης τὴν διακρατησιν χωρας κηρκλαριου εις τον επιλεγωμενον τόπον της πετρωσας εστιν δε ὁ περιορισμος του τοιουτου χωραφιου ουτος κατα μεν ανατολας τω χωραφιον οι του νιέλλου κατα δυσμας τω χωραφιον του αγιου σευαστιάνου προς δε αρκτρον το χωραφιον του λεοντος της μεν δυσμας οι του πούλπινγου τουτο τετραχως περιορισθεν χωραφιον αφιερούμεν τω προριθεν χωραφιον εις την προριθεισαν εγκλησιαν καὶ εις σε τον προριθεντα ηκωνωμον υπερ λύτρων καὶ ἀφέσεως τῶν πολλῶν ἡμῶν αμαρτιον καὶ υπερ λυτρων καὶ αφεσεος την ημων μητηρ το ὅπερ αφηερωσα ἑαυτῆ εις τον προριθεντα παισεπτων ναων ὅπος εν τι ανευμακτω καὶ θεια λειτουργια καὶ εν τοις ἱερῆς δυπτιχοις αναφεις την ἡμων μετριωτητα του ευρῆν αυτὴ ἐλεος καὶ ημᾶς εν ημερα κρησεως· καὶ εαν φανῆ ποτε κερω η χρωνου του εναντιώσε η προριθεισα εγκλησια εστω αναθαιμα παρα πατρος καὶ υιου και ἁγίου πνευματος ζημηυσθω δὲ καὶ υπερ παραυασιας του τιμηου καὶ ζοωποιου σταυρου νομισματα λϛ' και εις το δυμοσιον ετερα τοσαυτα μετα δε την του προστιμου καταυολην διαμενεται προς σε η

† Signum manus mei Basilii filii demortui Constae cognomento de Eptapocamillo.

† Signum manus mei Andreae fratris eius.

† Signum manus mei Annae sororis eius.

† Signum manus mei Leonis Grande Dio.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Iis, qui religiosam ac strictiorem vitae rationem servant, quorum vita recte et probe instituta multorum testimonio perhibetur, quique assiduis ad Deum precibus vacant, concessiones atque oblationes ex propriis bonis facere aeque iustum est ac Deo gratum. Quamobrem nos suprascripti videntes te piissimum presbyterum Gulielmum, oeconomum venerabilis ecclesiae S. Phantini, peregrinationibus clarum, et vitam caste integreque degentem, concedimus tibi praedium nostrum situm in pertinentiis terrae Circlarii ubi dicitur Petrosa, his finibus comprehensum: ad orientem est praedium filiorum Nielli; ad occidentem praedium S. Sebastiani; ad septentrionem praedium Leonis; ad meridiem filii Pulpingi. Hoc praedium quatuor his finibus conclusum donamus praedictae ecclesiae et tibi memorato oeconomo pro remissione ac redemptione multorum nostrorum peccatorum, et pro redemptione ac remissione nostrae matris: quod praedium ideo obtulimus praefatae venerabili ecclesiae, ut in incruento et divino Missae Sacrificio, et in sacris diptychis nostrae mediocritatis commemorationem facias, ut eadem nostra mater, et nos misericordiam inveniamus in die iudicii. Quod si quando quis apparuerit controversiam inferens praedictae ecclesiae, maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, atque ob violationem sanctae et vivificae crucis solvat poenae nomine solidos sex et triginta, ac Fisco tantundem: et nihilominus post

ταυτη καθαρα αφιερωσιν ην καλωθελος επιησαμεν στερεα βαιβαία και απαρασαλευτος ητης εγραφη χηρει εμη ιωαννου νοταριου καὶ αμαρτωλου διακωνου κατ επιτρωπην νϊκολαου νοταριου και ταβουλαριου αστιος κηρκλαριου εν μηνι νοεμβριω ινδικτιωνι ιε'. ετους ϛχιζ'. παροντων αξιωπιστων μαρτυρων.

† ρογεριος του ρουσιτου μαρτυρ υπεγραψα.

† γερβασιος μαρτυρ υπεγραψα οικεία χειρι τω σταυρω.

† οτος κριτης μαρτυρ υπεγραψα οικεία χηρι τω σταυρω.

† πρεσβυτερος ουρσος υιος του νοταριου νικολαου ο μεγας μαρτυρ υπεγραψα οικεια χειρι.

† ανθειμου μαρτυρ υπεγραψα.

poenae solutionem tibi remaneat haec pura concessio, quam bona voluntate fecimus, rata, firma et immutabilis. Scriptum manu mea peccatoris diaconi Ioannis notarii de mandato Nicolai notarii et tabularii civitatis Circlarii, mense novembri, indictione XV, anno 6690, praesentibus fide dignis testibus.

† Rogerius de Rusito testis subscripsi.

† Gervasius testis propria manu crucem subscripsi.

† Odo Iudex testis propria manu crucem subscripsi.

† Presbyter Ursus filius notarii Nicolai Magni testis propria manu subscripsi.

† Anthimus testis subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 76.)

CCXII.

1182 — Mense Augusto 24 — Indict. XV — Mileti.

Letus filius notarii Ioannis Sufragrari donat Gulielmo Mesiano praedium positum in civitate Mileti prope Sanctum Theodorum.

† σιγνο χηρος λετου υιοῦ νοταρίου ιωάννου σουφραγάρι του μουτάρου.

† ἡμοίς ἡ τα σῖγνα τῶν τιμίων. καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν, ἡκεία χειρί ἡμων καθηπογράψανταις, αναλαμβάνόμενοι ειδίους καὶ κληρωνόμους καὶ πάσαν ἐνώχλησιν· τὴν παρούσαν ἐγγραφων απλήν αμετάθετον καὶ ἀμεταμέλειτον· ἐκουσήα ἡμών βουλή καὶ θελήσοι τήμεθα καὶ ποιοῦμεν· και οὔκ ἐκ τυνος τῶ παράπαν ἀνάγκης, ἡ βείας ἡ χλεύτς η ραδιουργίας, εκτός φάκτου ἀγνήας. καὶ της ἰασοῦν περισταάσιως. δι εἴσπερ εν αλειθεία, τα ἐκ της σῆς ενδοξότητος ἀγαθα ἐργῖματα· εὐεργεσίας· τιμάς· καὶ σκέπην· ἣν ημοῖς· καὶ η ἡμών· ἐκ σού τοῦ ευγενικωτατου αρχοντος κυροὺ γουλιελμου τοὺ μέσειανου ἀπο αρχῆς αγαθωεργήθημεν. ὡς ὑπο των πολλών σου δορεῶν ὧν ης ειμάς εποίησας· καὶ μη ἔχωντα ἡμοῖς τι ἀντηχάρητα αντηστρέψε σοι. τεῦτω το μικρόν. ἀντηχάρητα ἐστῖρξαμεν καὶ απεδώκαμέν σοι. εἰς τα ἀμάλια του χωρίου πουγγαδων· εν τη ἀσταιος μιλητου· τα πλησίων αγιου θεόδωροῦ. ἀ ἔχωμεν ἀπο της γυνὴς βιλληχεία χάρισμα χωράφιον τω εἴκην ἡμών μέρος ἐκ του τιούτου πιτζήοῦ· ωση χωρίσιως μόδια ενέα, σπορας σιταρίου καὶ δικαίου σπόρου, τω δε λοι-

† Signum manus Leti filii notarii Ioannis Sufragari de Mutaro.

† Nos qui signa venerabilis et vivificae crucis propria manu nostra praefiximus, nomine quoque propinquorum et heredum in nos omnem molestiam suscipientes, praesens instrumentum simplex, inconcussum et irrevocabile spontaneo nostro consilio et voluntate condimus et facimus, nulla omnino ex necessitate, aut vi, aut fraude, aut improba fide, aut facti ignorantia, et qualicumque circumventione, quo (*instrumento*) vere propter praeclara tuae dignitatis officia, benefacta, honores et existimationem, quae in nos nostrosque tu nobilissimus princeps dominus Gulielmus de Mesiano iamdiu contulisti, scilicet ob complura munera quibus nos cumulasti, cum referendae tot beneficiorum gratiae impares simus, pro exigua remuneratione tradimus, donamus atque confirmamus tibi praedium positum in planitie agri Pungadorum in civitate Mileti, prope Sanctum Theodorum, quod habuimus a muliere Villichia, videlicet propriam nostram partem, quae constat novem modiis, ad iustam frumenti mensuram. Reliqua autem pars huius

πόν ἐκ τω τιοῦτων χωρᾶφηων. ὑπαρχει τοῦ πέτρου υιου ιωάννου μούταρι· καὶ διὰ τω μη ἔχη μας εις το διαμέσων συνόριν ὡς αμέριστει υπάρχεται· το ἡμύσιων ὁ ἔχωμεν ἁπλός καὶ συνφωνήμένον τω προδηλοθέν μόδια εννέα. καθὼς καὶ τετραμερωθέν τὸ σίνορον του τοιοῦτου χωραφίου ἐξ ονόματος δειλή τω χαρτήον ὁ εχομεν ἀπο της δηλοθείσης γυνής βιλληχίας· εἰς βεβεὸτεραν πίστωσιν καὶ ἀσφάλειαν ἐπιδεδωκαμέν σοι· καὶ ἐγγράφως το παρόν ανταλλαγικόν χαρτήον της αντηχάριτος ἡμών επιήσαμέν σοι· του ἔχην σε αὐτω σὺ καὶ ἡ σὺ κληρονόμοι. καὶ διαδωχοι· ἧς ιδείαν σου ἐξουσίαν καὶ κυριότιτα ποιὴν απ αὐτω ὅσα οἱ θεῖοι νόμοι τοις εικοίεις δεσπόταις πραγτην διακιλεύονται. μὴ ενοχλοῦμενος ἡ εμποδηζώμενος παρά τηνος. ἀλλ η μὲν ποτέ καιρώ ἡ χρόνω· Φωραθη τὶς κήνησυν ζήτησην ἡ οχλησιν φέρι σοι του εισταμεθα καὶ διεκδηκωμεν σοῖ εκ παντος ἀνθρώπου· ου μόνον τα της δεκαετείας ἄλλα τω ἐς αεὶ δεφενσιόιαν διεκδήκησιν αναπληρώμεν σοι· ανενόχλητον καὶ απεραίαστον ἐκ παντος πρωσοπου αρχεῖς καὶ ἐξουσίας· καὶ εγὼ τουτο διεκδηκὴν σε καὶ ἡ εμοὶ κληρωνόμοῖ ἧς σε καὶ ης τους σους κληρωνόμους. ἡ δὲ καὶ εἰς μεταμέλησιν νουληθουμεν τραπῆναι μὴ εισακουαὶσθω ἡμάς· ἀλλ ὑπερ παραβάσεως τών τιμίων καὶ ζοωποιών σταυρών· ζημισύσθω μας εις τω βιμώσιον τευ κραταιού ρηγός νομισματα λϛ· καὶ προς σὲ τὸν αρχοντα δυπλὸς τω της ἀντηχάριτος αναπληρίν σοι. σωα τε καὶ ἡ τη ἐξοδους καὶ κόπους η στρατήας ἡ εἴ τι βελτιόσης. καὶ ἠθ ούτος μένην στερραιὰ καὶ ἀπαρασάλεύτος ἡ τιαὕτη χαριστική δορκιὰ ἀχρι τερμάτων αιὼνων, ἥτης καὶ εγράφη χειρὶ εμου γεωργίου ευτελους νοταρίου υιου νοταρίου ρωπέρτου σκληβανδου· τη παρακλήσει του ανωτερω λέτου. ἐν ἔτει ϛχιζ αὐγούστω κδ ινδικτιῶνι ιε· ἐν παρουσία μαρτυρων. † πέτρος υιὸς κυρού χρισαφίου τῶν σκάμνακωνων μαρτυρ. † γουλιελμος μανησκαλκος μιλητου μαρτυρ υπέγραψα τον τίμιον σταυρόν οἰκεια χειρὶ † ιωάννης υἱὸς ρωπέρτου βονομάτη μαρτυρ ὑπέγραψα οικεια χειρί.

† Ego petrus Militi Castellanus testis sum.

† ράος υιὸς ρικκάρ᾽ου ἰσάκου υπὸ παρακλήσεος του ανοτερω λέτου μαρτυρ.

† Ego Wilielmus domini Regis clericus interfui.

† Ego petrus filius roberti tropee testis sum.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 79.)

praedii ad Petrum Ioannis Mutari filium spectat; et cum inter utramque partem nulli extent fines, idcirco indivisum est praedium, et dimidium quod ad nos pertinet procul dubio ex conventione, ut supra diximus, est novem modiorum, prout et quadrifariam dispertitum confinium huius praedii nominatim patet ex charta, quam habemus a praefata muliere Villichia, et ad firmiorem fidem et securitatem eam tibi tradimus. Praesens autem retributionis nostrae instrumentum in scriptis tibi fecimus, ut hanc donationem habeas tu tuique heredes et successores, cum facultate ac potestate faciendi de ea quodcumque leges divinae propriis dominis permittunt. Neque molestiam aut impedimentum patiaris ab aliquo; quod si quavis occasione vel tempore deprehendatur aliquis, qui turbationem, quaestionem, vel molestiam tibi inferre velit, nos obstabimus, tuamque suscipiemus defensionem adversus quemlibet hominem, nec solum in decem annos, sed semper te tuebimur, teque a molestia liberum et indemnem praestabimus contra omnem personam, magistratum et potestatem. Ego et heredes mei hanc defensionem tibi tuisque heredibus promittimus. Quod si nos poenituerit, et voluerimus evertere (*quod statuimus*), ne exaudiamur; sed pro violatione venerabilis et vivificae crucis mulctemur Fisco potentis Regis numismatis sex et triginta, et tibi principi duplo antedictae remunerationis, et satisfaciemus tibi de expensis, laboribus, vel semitis, ac de omni melioratione; et nihilominus firma deinceps et inconcussa maneat haec donatio usque ad finem seculorum; quae scripta est manu mei Georgii humilis notarii filii notarii Roberti Sclibandi, rogatu suprascripti Leti, anno 6690, XXIV augusti, indictione XV, coram testibus. † Petrus filius domini Chrysaphii de Scamnaconibus testis. † Gulielmus Maniscalcus Mileti testis subscripsi honorabilem crucem propria manu. † Ioannes filius Roberti Bonomati testis subscripsi propria manu.

† Rhaus filius Riccardi Isaaci rogatu suprascripti Leti testis.

CCXIII.

1182 — Indict. XV.

Gregorius Preventzanus vendit Guidoni praeposito monasterii S. Stephani Eremitarum, et Adimari priori monasterii SS. Apostolorum, praedium Arsaphiae positum, tarenis aureis octo et decem.

† σιγνον χειρὸς γρηγοριου υἱοῦ τοῦ ἀπεχομένου νικολάου τῇ ἐπωνιμία τοῦ πρεωντζάνου, ἀναλαμυανομένου πασαν ὄχλησιν ἰδίων καὶ ξένων, καὶ κληρονόμων.

ἐγὼ ὁ προγραφῆς γρηγόριος, ὁ τὸ σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ οἰκεία μου χειρὶ καθυπογράψας, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον καὶ ἐυπόγραφον, ἁπλὴν, ἀποχὴν, καὶ τελείαν διάπρασιν, τίθιμι καὶ ποιῶ, ἐκουσία μου τῇ γνώμη, οἰκεία προαιρέσει, καὶ οὐκ ἔκ τινος τὸ παράπαν ἀνάγκης, ἢ υίας, ἢ χλεύης ἢ ραδιούργίας. ἢ τῆς ἵας οὖν περιστάσεως δι ἧς ὁμολογῶ πεπρακέναι καὶ ἀποτάξασθαι, κάτὰ τελειαν νομὶν καὶ δεσποτίαν προς σὲ τὸν εὐλαυέστατον καὶ τιμιωτατον κυρὸν γουϊδον καὶ μοναχον, τὸν καὶ μαΐστορα τῆς ἁγίας μονῆς τοῦ ἁγίου στεφάνου τῶν ἐρεμιτῶν, καὶ προς σὲ τὸν κυρὸν ἀδημάριν τὸν καὶ κάτὰ τὴν ἡμέραν, καὶ ἐμὸν κεῖρὸν πριώρην τῶν ἁγίων ἀποστολων, τὸ ἐμον χωράφιον ὅπερ εἶχεν ὁ ἐμὸς πατηρ ἀγωρὰν ἐκ τον πρεσυιτερον νικηφόρον, τὸν τῇ ἐπονυμια τοῦ μανδαράνη, καθὰ καὶ ὁ παλαιὸς χάρτης διαγόρεύει, τοῦτο δὲ τὸ χωράφιον ὑπάρχει εἰς τὴν ἀρσαφίαν τὸν καὶ πλησιάζωντα ἐκ τὸ ἀνατολικὸν μερος τὸ χωράφην τοῦ ἀρδαυάστου, ἀπὸ δὲ μεσυμβρίας τὸ χωράφην το λησσάρη, καὶ ἀποδίδει εἰς τὰ χωράφια τῶν ἐρεμιτῶν, καὶ συγκλήει, τοῦτο δὲ τὸ χωράφιον πιπράσκω πρὸς ἐμᾶς τοῦς ἀνωτέρω προγραφέντας ὡς ἔφην, εἰς χρυσοῦν ταρία δέκα καὶ ὠκτό, ἅτινα λαυῶν ἀπὸ χειρῶν σας, εις τας ἡμετέρας χείρας, δέδωκα πρὸς ἐμᾶς τὴν πάσαν αὐτοῦ ἐξουσίαν καὶ κυριωτητα, τοῦ ποιῆν ἐξ αὐτοῦ καθὰ καὶ οἱ θεῖοι νόμοι τῶν ἁγίων υασιλέων διακελεύουσιν, ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ εμοῦ εἰληφῶτες, ὥστις δε τοῦ κατ εμοῦ μέρους, κοίησιν ζήτησιν, ἢ ἀγωγὴν ποιῆσι τὴν οἵαν οὖν φοράθη, ἵνα ἵσταμι διεκδικᾶν καὶ δεφενδεύειν ἐκ παντὸς προσώπου, ἰ δ οὖ μὶ διεκδικήσω, οι δ' οὖ μὶ διφεντεύσω, ἀλλὰ καὶ πρὸς διάστροφὴν μεταμελον πειραθὼ ἐλθεῖν, ἵνα ζημιοῦμαι εἰς τὸ δημόσιον ὑπερ παραυάσιως τῶν τιμιου σταυρου νομίσμα-

† Signum manus Gregorii filii defuncti Nicolai nuncupati Preventzani, nomine quoque propinquorum, extraneorum et heredum in me omnem molestiam suscipientis.

Ego suprascriptus Gregorius, qui signum honorabilis et vivificae crucis propria mea manu exaravi, praesens scriptum et subscriptum simplicis acceptilationis et perfectae venditionis instrumentum condo et facio, spontanea mea voluntate, propria electione, nullaque prorsus necessitate, vel vi, vel fraude, vel mala fide, vel quavis circumventione; quo (*instrumento*) declaro vendere et renunciare tibi religiosissimo et reverendissimo domino Guidoni monacho et magistro venerabilis monasterii sancti Stephani Eremitarum, tibique domino Adimari hodierno priori sanctorum Apostolorum integram possessionem et dominium mei praedii, quod meus pater emit a presbytero Nicephoro cognomento Mandarani, sicut vetus instrumentum declarat. Hoc autem praedium extat Arsaphiae, et propinquum ab orientali parte praedio Ardavasti, et a meridie praedio Lissari, et vadit ad praedia Eremitarum, et clauditur. Hoc igitur praedium vendo vobis suprascriptis, ut dixi, tarenis aureis octo et decem; quos cum acceperim a vestris in meas manus, tradidi vobis omnem potestatem et dominium, ut faciatis de ipso, sicut et divinae leges sanctorum regum praecipiunt, quippe qui ius et facultatem a me habuistis. Quicumque vero ex mea parte litem, quaestionem, vel actionem quamcumque intendere praesumpserit, obstabo, vosque defendam ab omni persona. Quod si vos non tuebor, neque defendam, sed, mutato consilio, (*praesens instrumentum*) subvertere conabor, mulcter Fisco ob

τα λϛ', καὶ πρὸς ὑμᾶς τοὺς ἀγωρακότας τὴν τιμὴν τοῦ διπλοῦ. καὶ εἰθ οὕτως στέργειν καὶ ἐμμένειν τὴν παρ ἐμου γεναμένην καθαρὰν διάπρασιν υεβαίαν καὶ ἀπαρασάλευτον μέχρι τερμάτον αἰώνων, ἥτις καὶ ἐγράφη χειρὶ ἐμοῦ νικολάου νοταρίου τοῦ ἀπὸ μαλίτου, εν ἔτει ϛχιζ' ινδικτιώνι ιε', ἐν παρουσία τῶν ἀξιωπίστων μαρτυρων.

† ιωάννης πρεσβυτερος υιος αρκαδιου μακρὶ μαρτυρ υπεγραψα † ιωάννης ο τοῦ μιλητου ανιψιος κυρου ρωγεριου μαειστορος μαρτυρ υπεγραψα. † γιοργιος κυρου ρωγεριου. ἔγγον κυρου νικολαου μοσχατου μαρτυρ υπεγραψα. † μαλιάρδος καυαλλάριος τοῦ στύλου μάρτυρ. † ιωαννης υιος λεου ρογκυσαιου. εγγον του κανακαρι μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 80.)

violationem venerabilis crucis numismatis sex et triginta, vobisque emptoribus duplo pretio; et nihilominus firma deinceps maneat haec a me facta pura venditio stabilis et inconcussa usque ad finem seculorum; quae scripta est manu mei Nicolai notarii de Mileto, anno 6690, indictione XV, coram testibus fide dignis.

† Ioannes presbyter filius Arcadii Macri testis subscripsi. † Ioannes filius Mileti consobrini domini Rogerii Magistri testis subscripsi. † Georgius filius domini Rogerii nepos domini Nicolai Moschati testis subscripsi. † Maliardus Caballarius Styli testis. † Ioannes filius Leonis Roncisani nepos Canacari testis subscripsi.

CCXIV.

1182 — Mense Septembri 20 — Indict. I — Acrae.

Ioannes, Nicolaus et Ursus Politi fratres donant ecclesiae SS. Deiparae de Cabria praedium positum in agro civitatis Acrae in loco nuncupato Culumite.

† σίγνον χηρος ἰωαννου ο τι εποονυμια πολιτι. † σίγνον χεῖρος νικολάου γνισιου αδέλφου ιωαννου πολιτου καὶ αυτός. . . . . † σίγνον χειρὸς οὔρσου καὶ αυτάδελφου ιωαννου. καὶ νικολάου ὅ τι επόνυμία τοῦ πολυτου.

† Εν ονοματι τοῦ πατρος, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος οἱμεῖς οἱ προγεγραμμένοι ὅ ται ιωάννης, καὶ νικόλαος καὶ οὔρσος, ἡ τα σίγνα τῶν τιμίων καὶ ζωοποιῶν εἰκειωχείρος ἡμῶν πίξαντες, εκουσία ἡμῶν τὴ γνώμη, οἰκεία ἡμῶν προὲρεσει, καὶ οὐκ ἐκ τινος τὸ παράπαν, δόλου ἢ χλεύεις, ἢ ραδιοὐργίας, ἢ ὅσα τοῖς νόμοις εἰσὶν ἀπηγορευώμεια, μάλλον δὲ σὺν προθημία ἡμῶν, καὶ ὁλοψυχο προθέσει ἀναλαμβαννώμενοι καὶ τα ἡμῶν ἀνήλικα ἀδέλφια, δοραύμεθα, καὶ ἀφιὲραύμεθα, άπο τὴν σήμερον ἡμέραν, καὶ εἰς ἀεἶ, εἰς τὸν πάνσεπτον ναόν, τῆς ὑπερημνήτου δὲσποίνης ἡμῶν Θεοτοκοῦ τοῦ λεγομένου τοῦ κάυρια, τὸ χωράφιον ἡμῶν, σὺν τῶν εκεῖσαι ἡμεροδενδριων, ὅπερ κτώμεθα ἐν τη διακρατήσει κάστρου ἀκέρας, εἰς τόπον λεγόμενον, κουλουμεῖτες συνορεῖται δὲ καὶ γνωρίζιται οὕτως, κατα μὲν ἀνατολας τὸ χωράφιον ἰωάννου βοθέρου, κατα δὲ δύσης, ὁ ξυρορύαξ, ἄκτρον,

† Signum manus Ioannis cognominati Politi. † Signum manus Nicolai legitimi fratris Ioannis Politi, et ipse . . . . † Signum manus Ursi fratris Ioannis et Nicolai cognomento Politi.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Ioannes, et Nicolaus, et Ursus, qui signa honorabilis et vivificae crucis propria nostra manu exaravimus, spontanea nostra voluntate, propria deliberatione, nulloque prorsus dolo, vel fraude, vel mala fide, vel quacumque causa a legibus vetita, sed potius cum alacritate ac proposito totius animi, nomine quoque reliquorum nostrorum fratrum minoris aetatis, donamus et offerimus ab hodierna die et in perpetuum venerabili templo gloriosissimae dominae nostrae Deiparae, dicto de Cabria, praedium nostrum cum arboribus fructiferis in eo extantibus, quod possidemus in agro civitatis Acrae, in loco dicto Culumite. Hos vero habet confines et ita dignoscitur: ab oriente est praedium Ioannis Botheri; ab occidente torrens; a septentrione loca saxosa et praedium presbyteri Micri; a meridie praedium magi-

ὁλιθόδη τόπος, καὶ τὸ χωράφιον τοῦ πρεσυιτέρου μικροῦ, ὡς δὲ μεσέμβριαν, τὸ χωράφιον τοῦ μαϊστορος βασιλείου τοῦ ἀργέντου, περιήλθε δὲ ἡμῖν τὸ τιοῦτον χωράφιον, σὺν τῶν ἡμεροδενδρίων τῶν ἐκεῖσαι, εἰς θεόρεθρον τῆς ἡμῶν μητρός, τούτω δὲ τὸ προρηθὲν χωράφιον, ως εἴρειται σὺν τῶν ἡμεροδένδρων, ἀφιέρώμεθα, απὸ τὴν σήμερον, καὶ εἰς ἀεὶ, εἰς τὴν πάνσεπτον καὶ θείαν μονὴν τὴν λεγομένην τοῦ κάυρια καὶ εἰς σὲ τὸν ἐν αὐτὴ προεδρέβοντα κυρῶν κυπριάνὸν, καὶ εἰς τοὺς μὲτα σὲ, καὶ τούτω ὑπερ ἀφέσεως αμαρτιῶν, τῶν ἡμῶν γονέων, τοῦ ἀκούειν το ὑπερ πάντων τῶν προκοπιάσάντων, καὶ ἀφιέροσάντων, καὶ τα ἑξῆς, ἤ τις δὲ φωραθὴ, ἡμεῖς ἢ τίς ἐξ ἡμῶν, ἢ ἑτέρου ξένου προσώπου, ἐμποδίζων, ἢ ἐνοχλίων, ὑπερ οὗ ἡμεῖς καλοθελῶς ἀφιέρόσαμεν, τὰ πρώτα μὲν, σχὺ τὸ ἀνάθεμα, παρα πατρὸς καὶ υιοῦ, καὶ αγίου πνεύματος, καὶ παρα τῶν τιή ἁγίων θεοφώρων πατέρων, οὐ μὴν δὲ ἄλλα καὶ ὑπερ παραβασιας τῶν τιμίων σταυρῶν ζημιοῦμενοι εἰς τὸ βασιλικὸν ἡμῶν σακέλλιον, ρηγάτα λς', ἡθ οὕτως ἀσάλευτον μένην τὴν τιαὕτην ἀφιέρωσιν εἰς αἰώνας, εἴτις ἐγράφη επι τῆς εὐσεβοῦς καὶ φιλοχρήστου βασιλειας γουλιέλμου τοῦ κραταιωτατου ἡμῶν ρηγὸς, γραφὲν καὶ διά χειρὸς νοταριου νωῆ, κατ επιτροπὴν κυροῦ νοταριου ἀνδρέου, καὶ νομικου ακέρου τοῦ ριτζούτου, ἐπι ἔτος ϛχιά' ινδικτιωνος α' σεπτεμβριου μηνος κ', ἐποψει καὶ παρουσία τῶν αξιοπίστων μαρτυρων.

† παπᾶς μηνᾶς, ὁ καὶ υιὸς πρεσβυτέρου ανδρέου ἀπηχαμένου, μαρτυρ υπεγραψα διὰ τοῦ σταυροῦ.

† κῶνστας τοῦ νοταρίου ἀνδρέου μάρτυρ ὑπέγραψα.

† ῥωκέριος βρουτζάνος μαρτυρ ὑπέγραψα.

† θεριανος καθητζανης μαρτυρ υπεγραψα.

† λέων βονέλλος μαρτυρ υπεγραψα δια τοῦ σταυρου.

† πᾶσχαλις υιὸς νοταριου λεου μαρτυρ υπεγραψα.

† ego rogerius testu sum.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 81.)

stri Basilii de Argento. Obtigit autem nobis huiusmodi praedium cum arboribus fructiferis inibi extantibus, quippe quod erat nuptiale donum matris nostrae, ipsumque, ut dictum est, cum arboribus fructiferis, donamus ab hodierna die et in posterum venerabili sanctoque monasterio dicto de Cabria, et tibi eiusdem praeposito domino Cypriano, tuisque successoribus, ut peccata nostrorum parentum remittantur, et preces fiant pro iis qui (*memoratum praedium*) excoluerunt et obtulerunt, et cetera. Si quis vero surrexerit, sive nos ipsi, sive nostrum aliquis, sive alia extranea persona impedimentum vel molestiam allaturus huic donationi a nobis bona voluntate factae, in primis non solum maledictus sit a Patre, Filio et Spiritu Sancto, et tercentis octo et decem sanctis Patribus; verum etiam ob violationem honorabilis crucis mulctetur nostro regio Fisco regalibus sex et triginta; et nihilominus immutabilis maneat praesens donatio in omne aevum; quae scripta est sub pio et christiano regno Gulielmi potentissimi nostri regis, manu notarii Nohae, ex mandato domini Andreae Ritzuti notarii et tabularii Acrae, anno 6691, indictione I, die XX mensis septembris, inspectantibus et adstantibus fide dignis testibus.

† Presbyter Mena filius presbyteri Andreae defuncti testis per crucem subscripsi.

† Consta filius notarii Andreae testis subscripsi.

† Rogerius Brutzanus testis subscripsi.

† Therianus Cathetzanes testis subscripsi.

† Leo Bonellus testis per crucem subscripsi.

† Paschalis filius notarii Leonis testis subscripsi.

CCXV.

1182 — Mense Novembri — Indict. I — Circlarii.

Salomon filius Rogerii donat ecclesiae Circlarii praedium positum in loco nuncupato Petrosa sub annua praestatione unius denarii.

† σύγνω χηρος παρ εμοῦ σωλομων υιος ρογερίου. Εν ονοματι του πατρος καὶ του υιου και του αγίου πνευματος· καμοῦ ὁ προγεγραμμενος ὅ τον συγνον τοῦ τιμήου καὶ ζοωποιου σταυρου· τη ἡκεία μου χηρι καθυπογραψας το δε υφος του ὀνοματός μου καὶ τι επωνιμεια χηρι του νοταριου φενωμαι προς σὲ πρεσβυτερον γουλιελμον χαριζωντα τι ἐγκλησια καὶ προς σὲ του ευλαυεστατον ἡκώνομον χωραφιου πετζῆ α΄. υπερ λύτρων καὶ αφευσεως τῶν πολλων μου αμαρτιων καὶ τον εμὸν γωνεον ωντινων συνορίζεται καὶ περιορίζεται οὕτως κατα μεν ανατολας τω χωραφιον της αυθέντης δυσμας το χωραφιον της εγκλησιας αρκτου ἡ ὁδος μεσινυριας τω χωραφιον του ιωαννου πεγτινατου· εις την διακρατησιν χωρας κηρκλαριου εις τον ἐπιλεγωμένων τωπον της πετρώσας· τουτο τετραχως περιορισθεν χωραφιον επιδεδωκα προς σε του ευλαυεστατου ηκωνόμου του ὑπαρχειν εκ της εγκλησιας αεὶ παντωτε του επιδουναι προς εμε κατ ετος δηναριον α΄ και την εμην κληρονομιαν. ωστις δὲ ειρεθεῖ εναντιούμενος εκ της παρουσης δωρεᾶς ἐστω αναθεμα παρα πατρος και υιου καὶ ἁγίου πνεύματος τῶν τιή αγιων θεοφωρων πατερων των εν τι νηκαια υπογραψαντων ζημηουσθω δε καὶ ὑπερ παρκυασιας του τιμήου καὶ ζοωποιου σταυρου νομισματα λς΄. καὶ εις το δυμεσιον ετερα τοσαυτα μετα δε την του προστιμου καταυολην διαμενεται προς σε η τιαυτη καθαρα διαπρασις ην καλωθελος επιτσα στερεα υαιυαια και παρασαλεύτος ητις εγραφη χηρι εμῆ ιωαννου νοταριου και ταυουλαριου αστεος κηρκλαριου εν μηνι νοεμβριω ινδικτιωνι α΄. ετους ϛχιά΄ παρουσια αξιωπιστων μαρτυρων.

† οτος κριτης μαρτυρων υπεγραψα δια του σταυρου.

† μαλλιάρδος υιος δρογωνος ποπουλίνου μαρτυρων υπεγραψα δια τοῦ σταυροῦ.

† σάσσου υιος ιωαννου σάσσου μαρτυρων υπεγραψα δια τοῦ σταυρου.

† Signum manus mei Salomonis filii Rogerii. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus, qui signum venerandae et vivificae crucis propria manu exaravi, nominis vero et cognomenti seriem manu notarii, declaro tibi presbytero Gulielmo donare ecclesiae et tibi piissimo oeconomo unam portionem terrae pro redemptione et remissione multorum meorum peccatorum, meorumque parentum, sitam in pertinentiis civitatis Circlarii ubi dicitur Petrosa, et his finibus comprehensam: ad orientem (*est*) terra dominica; ad occidentem terra ecclesiae; ad septentrionem via; ad meridiem terra Ioannis Pectinati. Hanc terram quadrifariam circumscriptam dedi tibi piissimo oeconomo, ut sit in potestate ecclesiae in perpetuum, quae mihi meisque heredibus denarium unum quotannis solvere teneatur. Quisquis autem praesenti donationi adversabitur, maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, qui Nicaenae Synodo subscripserunt, et ob violationem venerabilis et vivificae crucis solvat poenae nomine solidos sex et triginta, et Fisco tantundem; atque nihilominus post poenae solutionem remaneat tibi haec pura concessio a me sponte facta firma stabilis atque immutabilis; quae scripta est manu mea Ioannis notarii et tabularii civitatis Circlarii mense novembri, indictione I, anno 6691, praesentibus fide dignis testibus.

† Odo Iudex testis per crucem subscripsi.

† Malliardus filius Drogonis Populini testis per crucem subscripsi.

† Sassus filius Ioannis Sassi testis per crucem subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 77.)

CCXVI.

1182 — Mense Decembri — Indict. I.

Andreas Mineus cum Olympia et Mabilia eius uxore ac filia vendit Riccardo Strambo vineam et hortum, posita in loco nuncupato Morphi, denariis quinque.

† σίγνον χειρος ανδρεου του επιλεγόμενου τοῦ μίνεου.

† σίγνον χειρὸς αρίνπια γνηι αυτου.

† σίγνον χειρὸς μάυιλια θιγατρος αυτων.

† Εν ονοματι τοῦ πατρος και τοῦ υιοῦ και τοῦ αγίου πνευματος· οἷμεις οἱ προγεγραμμενοι· οἱ τα σίγνα τοῦ τιμιου· και ζωοποιου σταυρου· ηκὴες ημῶν χερσὶν ποἶξαντες· τα δὲ ονωματα ημῶν σὶν και τι πατρωα εποιημια γραψαντες δια χειρὸς τοῦ νοταριου· φὲνομεθα ποἶπρασκοντες οἶς σε ρίγκάρδον υιον παιτρου στρᾶνυού το αμπελιον τὸ απὲρ εχόμεν· εις την τοποθισιαν τοῦ μορφι· σὶν και τα ημεροδένδρια τα οντα εκεισὲ· ὴς λογὸν νομισματων. ε'. ποἰπρασκομεν το αμπελιον· και τα ημεροδενδρια· οιὰ· εστιν τὶς σῆς κλὴρονομιας· και διαδοχων· και παντων των διὰκατοχων· σὶνορουνται δὲ κατα μεν ανατολας τα αμπελια· τοῦ ιωαννου μορφι· και τὸ αμπελιον τοῦ γιακοντου ιωαννου του κυρ σπᾶρανου· κατα δὲ δισμας· οἱ οδὸς δὶμοσια· κατα δὲ ἀκτρου το αμπελιον τοῦ ιωαννου μὸρφι· μεσὶνυρὶα δὲ· τα αμπελια της φαντισσά· και το χωραφιον του μόρφί· ουτω σὶνκληται τετραμερῶς· διδωμεν αυτω και τὸ κηπαρηγ τὸ απὲρ εχομεν εκὴσε σὶν και τὰ μιροδενδρια τὰ οντα εκὴσε· σὶνορουνται δὲ τὸ κηπάρηγ τουτο· κατα μὲν ανατολας· το κηπάρηγ τοῦ λεντινου τοῦ πλατζαρριου· κατα δὲ δυσμας· και ακτρού και μεσυνυριας· τα αμπελια· και τὸ χωραφιον τοῦ ιωαννου μὸρφί· πὶπρασκομεν σοὶ. ταυτα πὰντα· απο του νῦν μὲχρι τερμὰτων εονων πουλεὶν χαρηζὴν· ανταλλαττειν· ἦς πρικα υιων και θιγατέρων· και παντα πραττειν αυθεντως· και κὴριως· ως κε την εξοῦσίαν παρ ἡμὸν οἶλὴφὸς· μι κολυομενος παρὰ τίνος· οι δὲ ποτὲ καιρο η χρὸνὸν φάνι τὶς εκ τὸ εμὸν μερος· οι αλλος τὶς ξένου προσωπου· ζητὸν· εκ το αμπελιον και το κηπάρη τουτο· ομὸλογουμεν οἶνα ζημιοῦστό οις το δὶμοσιον· νομισματα· μ̄ξ'· και οις σε εποῖ το διπλούν· διδωμι αυτω και το λανὸν· σιν ισωδω και εξωδω το αμπελιον τουτο· και το κηπαρηγ· και ηθ ουτως

† Signum manus Andreae cognomento Minei.

† Signum manus Olympiae uxoris eius.

† Signum manus Mabiliae eorum filiae.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivificae crucis propriis nostris manibus exaravimus, nomina vero nostra cum paterno cognomento manu notarii scripsimus, declaramus vendere tibi Riccardo filio Petri Strambi vineam, quam possidemus in loco dicto Morphi, cum arboribus fructiferis quae inibi extant, pretio solidorum quinque. Hanc vineam vendimus cum arboribus fructiferis, ut ad te tuosque heredes et successores ac omnes tuorum bonorum possessores pertineat. Hos autem habet fines: ad orientem sunt vineae Ioannis Morphi, et vinea Diaconi Ioannis filii domini Sparani; ad occidentem via publica; ad septentrionem vinea Ioannis Morphi; ad meridiem vinea Phantissae, et territorium Morphi, atque his quatuor finibus clauditur. Do praeterea tibi ipsi et hortum, quem in eo loco possideo, cum arboribus fructiferis ibi existentibus. Huius autem horti fines sunt: ad orientem hortus Lentini Platzarrii; ad occidentem, septentrionem, et meridiem vineae et terrae Ioannis Morphi. Vendimus tibi haec omnia, ut sint in tua potestate a praesenti tempore usque ad finem seculorum, (*cum facultate*) vendendi, donandi, permutandi, in tabulis dotalibus filiorum filiarumque scribendi, atque omnia pleno iure et dominio faciendi, utpote qui auctoritatem a nobis accepisti, sine ullo impedimento. Si vero aliqua occasione vel tempore apparuerit quisquam ex mea cognatione, aut alia extranea persona, et controversiam tibi movere voluerit de huiusmodi vinea et horto, poenae nomine solvere teneatur Fisco solidos sex et quadraginta, ac tibi duplum pretii. Do praeterea tibi ipsi et torcular, et ingressum ac egressum dictae meae vineae et horti;

εστὸ αρραγὲ και απαρασαλευτος· ητὶς εγραφη δια χειρος εμου λεοντος οἱερεος περι το θἐλημα τοῦ εμοῦ αυθεντου κυρ υαϊμουντου· και εγὼ ταυουλαριος υαριχαλλα· του ετους ϛχ΄ ενοηντα α΄: ινδικτιωνος α΄ μηνι δεκεμβριω παρουσια μαρτυρων.

† ο πρεσβυτερος μαρτινος μαρτυρ υπο του σταυρου.

† παιτρος του υισιννηανου μαρτυρ υπο του σταυρου.

† ο πρεσβυτερος παιτρος υιος του κυρ ανατολιος ο και καπελλάνος του αγιου ιακουου μαρτυρ υπο του σταυρου.

† ρόυερτος του ιωαννου του ολιυα μαρτυρ υπο του σταυρου.

† γηακοπος μαγὴρος του αυθεντου μαρτυρ υπο του σταυρου.

† ραου τρὶσκα ο και κριτῆς βαριχαλλα μαρτυρ υπο του σταυρου.

† βιτἀλή ο και κριτης υαριχαλλα μαρτυρ υπο του σταυρου.

atque ita deinceps ratum et firmum permaneat (*huiusmodi venditionis instrumentum*), scriptum manu mea Leonis sacerdotis et tabularii Barychallae, de voluntate mei Dynastae domini Boëmundi, anno 6691, indictione I, mense decembri, praesentibus testibus.

† Presbyter Martinus testis per crucem.

† Petrus de Bisiniano testis per crucem.

† Presbyter Petrus filius domini Anatolii capellanus S. Iacobi, testis per crucem.

† Robertus filius Ioannis de Oliva testis per crucem.

† Iacobus coquus Domini testis per crucem.

† Rhaus Trisca Iudex Barychallae testis per crucem.

† Vitalis Iudex Barychallae testis per crucem.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 78.)

CCXVII.

1183 — Indict. I — Nicoterae.

Barsacius Picia vendit Nicolao de Conde vinetum positum prope Lavidium tarenis aureis quatuor.

† σίγνον χειρὸς βαρσακίου υιοῦ ιωάνου πικία. † σίγνον χειρὸς θεοδώρου υἱοῦ αὐτοῦ· ἡμεῖς ὑ πρόγεγραμμένοι οἱ τὰ σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωὸποιοῦ σταυροῦ. οἰκεία ἡμῶν χειρὶ καθὑπογράψαντες· τὴν παρούσαν ἐγγραφον ἁπλῆν αποχὴν καὶ τέλειαν διἄπρασιν· ἀναλαμυανόμειοι ἴδίους τέκνα καὶ κληρονόμους καὶ ετέραν πάσαν ενόχλησιν ἀπὸ παντὸς ἀνθρώπου ξένου τε καὶ ἴδίου. δι ης εν αληθεία ομολογοὑμεν πεπρακέναι πρὸς σὲ τὸν νικόλαον· τὸ προσὸν μοι αμπελώτοπον τὸ οντα καὶ διακειμενον πλησίον τοῦ λαυίδου· ὅπερ εχω ἀλλαγὴν ἐκ τὸν ιωάννην ἐχμάλωτον. εἰς σὲ τὸν πρόριθέντα νικόλαον υἱὸν υασιλείου τῆς κονδῆς. περιὸρίζεται οὕτως. ἀνατολής ἡ οδὸς ἀπο δὲ δύσεως ἀμπέλιον υασιλείου ὑποστασάρι. ἄρκτρου. ἀμπελώτοπον ζωσιμου τῆς κονδῆς. μεσιμυρίας· χωράφιον τοῦ υουρρουκέτι· καὶ λέοντος χαλκέλλου. καὶ συγκλῆ· τοῦτο πεπράκαμεν πρὸς σὲ τὸν ριθέντα νικόλαον. εις τέλειαν νομὴν. εἰς χρυσοῦν τα-

† Signum manus Barsacii filii Ioannis Piciae. † Signum manus Theodori filii eius. Nos suprascripti, qui signa venerabilis et vivificae crucis propria manu exaravimus, praesens simplicis acceptilationis et perfectae venditionis instrumentum (*facimus*), nomine quoque filiorum et heredum nostrorum in nos suscipientes omnem molestiam, quae a quovis homine extraneo vel propinquo inferatur; quo (*instrumento*) vere declaramus vendere tibi Nicolao filio Basilii de Conde vinetum nostrum, situm ac positum iuxta Lavidium, quod ad nos pertinet ex commutatione cum Ioanne Aechmaloto facta. Hisce autem finibus circumscribitur: ab oriente (*est*) via; ab occidente vinea Basilii Hypostasari; a septentrione vinetum Zosimi de Conde; a meridie praedium Burrucetii et Leonis Chalcelli, et clauditur. Hoc (*vinetum*) tibi praedicto Nicolao vendidimus in perfectam possessionem aureis tarenis quatuor ex moneta po-

ρία δ'. ἐκ τῆν μεύνίταν τοῦ κραταιου ριγός. καὶ ταύτα λαυώτες καὶ ἐκπληρωθέντες ἀπὸ τοῦ τιμήματος, ἐδώκαμεν σοι τῆν πάσαν αὐθεντίαν καὶ κυριότιτα τοῦ πρόριθεντος ἀμπελωτοπου. τοῦ εχειν σε αυτο εἰς τῆν ἰδίαν ἐξουσίαν. πουλείν. χαρίζην ἀνταλάττειν. καὶ ἤ τοι υούλης πράττειν ἐν αυτῶ. ὡς τὸ κήρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ημων ηληφῶς. καὶ μῆ ἐξιέναι με τοῦ λοιπου πρὸς ἀνατροπήν χωρῆν· μήτε ἡμεῖς μήτε τῖς τοῦ κατ εμοῦ μέρος ἀλλ ὥστις φοραθη ἐναντιουμενος εἰς τὸ προριθέντα αμπελότοπον. ἠστήκην με καὶ διεκδικάν σε ἀπο παντος προσώπου καὶ ἐπὶ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας· ἴ δὲ καὶ ου μη ἐπισταθούμεν. ἀλλ' εἰς διάστροφῆν χρησώμεθα. ομολογουμεν ζημιούσθαι ἡμὰς ὑπερ παραβάσεως τοῦ τιμίου σταυροῦ ης το δημόσιον νομίσματα λς'. καὶ εἰς σὲ τὸν ἀγωραστήν τὸ αυτο τίμμα εἰς τὸ διπλοῦν· καὶ ηθ ουτω μενέτω ἡ τοιαύτη πράσις εις τὸ αἶς ἀεῖ: † ἥτις καὶ ἐγράφη χειρῆ καμοῦ υασιλείου τοῦ ευτελοῦς τοῦ ἀποδραίνας· κατ επιτρόπήν κυρου νικολαου τῶ ἱερῆ τοῦ κουμέρκοι καὶ ταυουλαρίω ἐπισκοπῆς νικοτέρων τοῦ ἔτους ϛχλα' ἰνδικτιῶνος α'. ἐν παρουσία μαρτύρων: † ιωάννης λαυιδος μάρτυρ· † ιωαννης σκάρπα μάρτυρ † αρκαδιος υιος κολιπου μαρκελλινου μαρτυρ † νικηφορος υιος κόνδου μαρτυρ † βασίλειος υιὸς μιτζῆς μαρτυρ.

† νικόλαος ἱερεὺς τοῦ κοῦμέρκου καὶ ταβουλάριος ἐπισκοπὴς νίκοτέρον τὰ ἀνωτερα εκοίρωσα τοί ἐμοί χήρϊ.

tentis regis; quos cum acceperimus, ac de pretio nobis satisfactum sit, tradidimus tibi dominium ac potestatem in memoratum vinetum, ut ipsum possideas cum facultate vendendi, donandi, commutandi, et omnia inibi faciendi quae tibi placuerint, utpote qui ius et auctoritatem a nobis habuisti; neque nobis, neque cuiquam ex parte nostra liceat in posterum (*hanc venditionem*) subvertere. Sed si quis tibi de supradicto vineto adversabitur, nos obstare, teque ab omni persona, magistratu ac potestate defendere teneamur; quod nisi obstiterimus, sed (*praesens instrumentum*) infringere tentaverimus, mulctari assentimur ob violationem honorabilis crucis Fisco numismatis sex et triginta, tibique emptori duplo pretio; et nihilominus maneat in perpetuum huiusmodi venditio; † quae scripta est manu mei Basilii humilis de Apodraina ex mandato domini Nicolai sacerdotis de Cumerci, atque tabularii episcopii Nicoterae, anno 6691, indictione I, coram testibus. † Ioannes Lavidius testis. † Ioannes Scarpa testis. † Arcadius filius Colipi Marcellini testis. † Nicephorus filius Condi testis. † Basilius filius Mitzae testis.

† Nicolaus sacerdos de Cumerci et tabularius episcopii Nicoterae suprascripta mea manu roberavi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 82.)

CCXVIII.

1184 — Mense Martio — Indict. II — Sanctae Severinae.

Regalia filia Nicolai Maleini vendit monasterio S. Stephani de Nemore nonnulla praedia posita in agro Styli tarenis aureis quingentis.

† σίγνον χειρὸς ρϊγάλης γνησιας θηγατρὸς. τοῦ ἐν μακαρία τη μνημη κυρου νικολαου μαλείνου. γαμετη δε ἐκ δευτερου σηνηκεσιου κυρου ιωαννου στεφανητζου.

† ἐν ονοματι τῶ πατρος καὶ τοῦ υἱου και τοῦ αγιου πνευματος, καγὼ ἡ ἀναγεγραμμένη ρϊγαλήα, ἡ το σίγνον τοὺ τιμιου και ζωόποιοὺ σταυροὺ ἠκήσις μου δακτύλοις πήξας, ἀναλαμβαννωμεν πάσαν ὄχλη-

† Signum manus Regaliae legitimae filiae domini Nicolai Maleini beatae memoriae, et uxoris in secundis nuptiis domini Ioannis Stephanitzi.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascripta Regalia, quae signum honorabilis et vivificantis crucis propria mea manu exaravi, in me recipiens omnem molestiam, quam tibi fratres,

σιν, ἀδελφων ἠδίων κληρονώμων καὶ συνκληρωνωμων. καὶ οὐκ ἐκ τινος, τω παραπάν ἀνάγκης ἢ βηας ἢ δὼλου ἢ χλεύεις. ἢ απάτης ἢ ραδιούργίας η ὅσα τοὶς νώμης ἠσίν ἀπϊγωρευμὲνα. μάλλον δὲ προθημία μου πάση, καὶ ὁλοψύχω προθέση. πϊπράσκω πρὸς τὸν πάνσεπτον ναὼν τοῦ ἁγιου και ενδόξου πρωτομαρτυρος καὶ προτωδιακώνου στεφάνου, καὶ ἢς σὲ τον ἐν αυτης μαίστορα κυρον γϊδον τα χωράφια ὅπερ επικρατῶ καὶ δεσπόζω ἐκ πατρικής μου κληρονωμίας· ἐν τη περιχώρω στύλου, καὶ δενδρα ημερά τε καὶ ἄγρια ὅπερ, καὶ η εμὴ μητηρ μοι εκατηγραψατο, εν τω πρικῶ συνβώλω ὅπερ μοι ἐπήοισεν μετα κυρου οὔβου σαβοὐτου. καθὼς ἠσὶν περϊορισμένα κατα μεν ἀνατωλας τα χωράφια τὴς δειλουμένης ἁγιας μωνὴς ἁγιου στεφάνου. τα ἅπερ κρατὴ παρα τοὐ αγιωτατου ρϊγός. ἐκ δύσεος το ὅρος τὴς αχραντου θεοτοκου και τοῦ ἁγιου νικολαου τῶν σαλτῶν. ἀκτρόω δε μέρη. ὁ ρίαξ τοὐ ἀρέθα. καὶ ἢ διαχώρησης τὼν χωραφίων τοὐ ἁγιου ρϊγός καὶ ἀναβένη ἢς το ληθαριον τω σταυρωτὸι. καὶ ἀποδείδη ης το παλατιον. μισένβρια το σύνορος τοὐ ἁγιου λεοντίου, καὶ ἀποδήδει ης την προγραφήσαν κουλτούραν τοὐ ἁγιου στεφάνου· ταύτα οὐν τὰ τετραχῶς περιόριστένα χωράφια. ὅρι δενδρα ημερά τε και ἄγρια, διὰ το πολλάκης ἀναγκάσας ὑπο συνμαρτυριας χρυσήμων ανδρων, τὸν ἐμὸν ἀδελφον κυρον μϊχαηλ τοὐ αγωράσαι αὐτά και οὐδ ωλο θελήσας. πέπρακα αὐτα. προς τὸν δειλωθέντα αγιωτατον ναόν τοὐ ἁγιου στεφάνου τοὐ ὅρους, καὶ ἢς τον ἐν αυτης μαϊστορα κυρον γϊδον, διὰ χρυσοὶν ταρία πεντακώσια. τοῦ ἔχη αὐτὰ ἢ θήα μωνὴ. ἀπαρτι και ἢς το διηνεκες, ἅπερ ἀπο χειρὼν τοὐ προλεχθέντος μαΐστορος, εἰς τας ἐμὰς χείρας λαβούσα καὶ παντελὲς πληροθήσα· καὶ μιδὲν ἀποχρεοστουμένη· ἀπόδωκα αὐτὰ τα ρϊθεντα και περιορϊστεντα χωράφια καὶ δένδρα. του ἔχειν αὐτα η ἁγια μωνῆ. ἢς ικήαν δεσποτίαν και κυριώτιτα ἄχρι λήξεος κόσμου, ἢ δὲ κύνησης ζήτησις η ἀγωγὴ, γένητο. παρ ἰου δήπωτε· ἵνα ἢσταμε και διεκδικῶ αὐτὰ εκ παντὸς εναντιουμένου προσώπου, ἢ δὲ παρ εμοὐ τοὐτω γένητο ὅπερ. οὐκ ηγοὐμε ποιήσαι· ἵνα ζημιοὔμε ἐν το δεσποτικω σαγκελλω χρυσοὐν ὀγκήες ἑκατὸν· καὶ πρὸς τὸν πάνσεπτον ναόν, δηπλην την ἀποτήμωσιν, και ἢθ οὐτο στεργειν. και εμμὲνειν την παρ εμου γεναμενην καθαραν πράσιν στερρως. κυριμένην και απαρασάλευτον μέχρι τερματον αἰῶνον ἤτης

propinqui, heredes et coheredes (*inferre possint*), nulla omnino necessitate, vel vi, vel dolo, vel fraude, vel deceptione, vel mala fide, vel causa a lege vetita, omni potius alacritate, et totius animi proposito vendo venerabili templo sancti et gloriosi Protomartyris et Protodiaconi Stephani, et tibi ipsius magistro domino Gido, praedia quae habeo et possideo ex paterna mea hereditate in pertinentiis Styli, et arbores fructiferas et silvestres, quaeque mater mea mihi assignavit tabulis nuptialibus conditis pro me nubente domino Hugoni Sabuto; ea vero hos inter fines continentur: ab oriente exstant praedia antedicti venerabilis monasterii S. Stephani ei donata a sanctissimo rege; ab occidente nemus Immaculatae Deiparae et S. Nicolai de Nemore; a septentrione rivus Aretha, et partitio praediorum sancti regis, et ascendit usque ad crucem lapideam, et pervenit ad Palatium; a meridie fines S. Leontii, et pervenit ad praedictam culturam S. Stephani. Haec igitur quadrifariam circumscripta praedia, nemora, arbores fructiferas et silvestres, quae ad emenda saepenumero meum fratrem dominum Michaelem hortata sum coram probis testibus, ipse vero prorsum noluit, vendo dicto venerabili monasterio S. Stephani de Nemore, et ipsius magistro domino Gido tarenis aureis quingentis, ut ea habeat divinum monasterium amodo et in perpetuum; quos cum acceperim in meas manus a praedicto magistro, et omnino mihi satisfactum fuerit, nec quidquam persolvendum supersit, tradidi memorata praedia suis descripta finibus, et arbores, ut ipsa possideat sanctum monasterium in propriam potestatem et dominium usque ad finem mundi. Sin turbatio, quaestio, vel actio a quovis aliquando homine exoriatur, antestabo, et res divenditas defendam adversus omnes eos qui contrarium fecerint. Si vero a me id fiat, quod fore non arbitror, mulctabor regio Fisco aureis unciis centum, et vene-

και εγραφη επι τῆς εὐσεβους βασιλειας γουλιελμου του ὑπερλαμπρου καὶ θεωσεύτου μεγάλου ριγός. και αυθεντου ημων, χειρὶ μαλεΐνου ευτελους νοταριου ο τω επινίον πρωτοσπαθαριου κατ επιτρωπῆς πρεσβυτερου ιωαννου και πρωτοπαπά του κεντουκλὰ και ταβουλαριου πόλεος ἁγιας σευειρηνης και αὕτη ἡ πράσης ἐπιήθη. ἧς την ριθήσαν χῶραν. διὰ το μι δυναμένην την ἀρχωντήσσαν απελθεὶν. ἐν ὦ και τα χωράφια υπαρχει μηνὶ μαρτιω ηνδικτιωνι β' τοὺ ἔτους ϛχιβ' παρουσία μαρτυρων. † πετρος κοντονηκηταϛ μαρτυρ υπεγραψα. † Ego Robertus miles iudex. † λέων κάρφιτζης υπεγραψα. † γαλτεριος καβαλλαριος μαρτυρ υπεγραψα των τίμιον σταυρων. † ἀρκάδιος ευτελης προτοπαπᾶς στύλου υπεγραψα. † γουλιἄλμος εὐτελῆς νοταριος. παρα τῆς κυρᾶς ρηγάληες παρακληθεῖς τὰ ἀνωτερω ἐγράψα αἰκία χειρὶ. καὶ μαρτυρω. † γουλιελμος υιος τριστινου καὶ καβαλλάριος στύλου τα ανωτερω μαρτυρω. † χοῦς καυαλλάριος υιος τρηστίνου καβαλλαριου στύλου μαρτυρ υπεγραψα. † ραϊνάλδος τοῦ αγίου γερμάνου μαρτυρ υπεγραψα. † νἰκόλαος ευτελης πρεσβυτερος οὐρσουλου υπεγραψα. † ιωαννης στεφανητζης ο κε ανηρ της απεμπουλισασης τα ανοτερω επηκηρο. † ιωάννης ο εὐτελεῖς πρεσβύτερος καὶ προτωπαπας· ο κιντουκλας. ταβουλαριος ἁγιας· σευηρήνας. εκηρωσε. † ἀρκάδιος εὐτελῆς προτοπαπᾶς καὶ νομικος στύλου εκύρωσε.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 83.)

rabili templo duplo pretio, et nihilominus firma deinceps maneat haec a me facta pura venditio, stabilis, roborata et inconcussa usque ad finem seculorum; quae scripta fuit sub religioso regno Gulielmi illustrissimi et piissimi magni regis, et domini nostri, manu Maleini humilis notarii cognomento Protospatharii, ex mandato presbyteri Ioannis Centuclae protopapae et tabularii civitatis Sanctae Severinae. Quae venditio inita est in dicto oppido, quia Domina se conferre non potuit ubi praedia exstant, mense martio, indictione II, anno 6692, coram testibus. † Petrus Contoniceta testis subscripsi. † Leo Carfitza subscripsi. † Gualterius Caballarius testis subscripsi honorabilem crucem. † Arcadius humilis protopapa Styli subscripsi. † Gulielmus humilis notarius a domina Regalia rogatus superiora scripsi propria manu et testor. † Gulielmus filius Tristini et Caballarius Styli suprascripta testor. † Hugo Basilius Caballarius filius Tristini Caballarii Styli testis subscripsi. † Rainaldus de Sancto Germano testis subscripsi. † Nicolaus humilis presbyter Ursuli subscripsi. † Ioannes Stephanitza vir venditricis suprascripta roboro. † Ioannes Centucla humilis presbyter et protopapa tabularius Sanctae Severinae roboravit. † Arcadius humilis protopapa et tabellio Styli confirmavit.

CCXIX.

1184 — Mense Aprili — Indict. II — Panormi.

Ioseph filius presbyteri Basilii et Maria eius uxor vendunt Basilio Romaeo praedium situm in suburbio Panormi, in loco dicto Pelegrino, tarenis octo et quinquaginta.

† σίγνον χειρὸς μᾶρίας γυνῆς κυροῦ ιωσὶφ υιοῦ βασιλείου ἱερέως. † σίγνον χειρὸς ἰωσήφ υἱοῦ βασιλείου ἱερέως.

† ἡμεῖς οἱ ὁμοζυγοι ἰῶσῆφ ὁ χεννέτης καὶ μᾶρία. οἱ ἀνωτερω προγραφέντες· ὁμολογοῦμεν· ὡς ὅτι μετὰ παντὸς καλοῦ θελήματος πεπράκαμεν πρὸς σὲ βᾶσιλειον υἱὸν στεφάνου ῥωμαίου τὸ ἡμέτερον ἀργὸν χωράφιον τὸ ἐν τοῖς προαστείοις πόλεως πανόρμου εἰς τὴν τοποθεσικν τοῦ πιλεγρινου διὰ ταρία πεντικοντα ὀκτῶ κοκκου α' καὶ ἀπεδωκαμὲν σοι τὸ ῥηθὲν χωρά-

† Signum manus Mariae uxoris domini Iosephi filii presbyteri Basilii. † Signum manus Iosephi filii presbyteri Basilii.

† Nos suprascripti coniuges Ioseph Chennetes et Maria declaramus omni prorsus bona voluntate vendidisse tibi Basilio Stephani Romaei filio praedium nostrum incultum in civitatis Panormi suburbio positum, in loco dicto Pelegrino, tarenis octo et quinquaginta grani unius, tibique dedisse dictum praedium cum omnibus eius iuribus, comprehensionibus

φιον συν πᾶσι αὐτοῦ δικαιώμασι καὶ περιοχαῖς πασαις καὶ διακρατημασι τοῦ ποιεῖν σέ εξ αὐτοῦ εἴ τι βούλη σὺ καὶ οἱ κληρονόμοι σου. καὶ ὁπουδάν αὐτὸ μέλλης καταλυμπάνειν. καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ κληρονόμοι ἡμῶν δηεκδηκησωμέν σοι αὐτὸ ἀπὸ παντὸς προσώπου ξένου τε καὶ ἰδίου· εἰ δ' ουχι διπλασωμέν σοι τὰ πεντίκοντα ὀκτῶ ταρία· καὶ τὰς βελτιῶσεις αὐτοῦ· πρὸς δὲ τὸ δημοσιον νομισματα λς', εἶτα ἐρρῶσθαι τὸ παρὸν ἔγγραφον· περιωρίζεται δὲ τὸ προρηθὲν ὅλον χωράφιον οὕτως, κατα μὲν ανατολὰς φθάνει ἑως τοῦ βουνοῦ πελεγρηνου. καὶ εκ δυσμὰς μέχρι τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπιφερούσης εἰς τὸ μαρσιτουλον. καὶ τὸ νοτιον μερος άχρι αμπέλου αὐδεσσεῖτ τράυλις· τὸ βόριον ἡ φυτεία ῥιγκάρδου πιλεκανοῦ καὶ συνκλύει. πρὸς γὰρ πίστωσιν καὶ βεβαῖαν ἀσφάλειαν ἐπιησαμέν σοι τὸ παρὸν ἔγγραφον μηνὶ ὀκτωβρίω μᾶλλον δὲ ἀπριλίω ινδικτιωνι γ' ἐπὶ τῆς υασιλειας τοῦ κραταιοῦ ἡμῶν αυθεντου γουλιέλμου μεγαλου ρηγὸς, χειρὶ ιωάνου ιερέως καὶ ταβουλαρίου πολεως πανόρμου προτροπῆ, τοῦ ἱερωτάτου πρωτοπαπᾶ πολεως πανόρμου. κυροῦ κωνσταντινου. μηνι ἀπριλλιω τῆς ἰνδικτιωνος β' τῶ ϛχιβ' ἔτει.

† ἀυδελμηαὴς υιὸς μαρτινου πισανου μαρτυρ. † σολωμὸν υιος αυραμιου μαρτυρ υπεγραψα. † νικόλαος υιος θεωδώρου μαρτυρ υπέγραψα. † ρογεριος υιος γουλιελμου μαλτζεπιλ μαρτυρ υπεγραψα. † γεώργιος υιὸς πρεσβυτέρου ρογεριου μαρτυρ υπέγραψα. † ἀναστὰς υιος μαίστορος λέοντος μαρτυρ υπέγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 84.)

et pertinentiis, ut tu tuique heredes faciatis de eo quidquid volueritis, atque ipsum quandocumque relinquere possitis. Nos autem nostrique heredes eius possessionem tibi asseremus adversus quamlibet personam extraneam et propinquam. Secus vero in duplum solvemus tibi (*antedictos*) tarenos octo et quinquaginta et expensas, quas pertuleris pro meliorationibus, ac Fisco numismata sex et triginta; et firmum deinceps remaneat praesens instrumentum. Fines autem totius praedicti praedii sunt hi: ab oriente pervenit usque ad collem Pelegrini; ab occidente usque ad viam, quae ducit ad Marsitulum; a meridie usque ad vineam Abdesseit Traulis; a septentrione extat plantatio Riccardi Pelecani, et clauditur. Et ad fidem ac firmam securitatem fecimus tibi hanc chartulam mense octobri, vel potius aprili, indictione III, regnante invicto domino nostro Gulielmo magno rege, scriptam manu Ioannis sacerdotis et tabularii civitatis Panormi, ex mandato sanctissimi protopapae civitatis Panormi domini Constantini, mense aprili, indictione II, anno 6692.

† Abdelmiaich filius Martini Pisani testis. † Salomon filius Abraham testis subscripsi. † Nicolaus filius Theodori testis subscripsi. † Rogerius filius Gulielmi Maltzepel testis subscripsi. † Georgius filius presbyteri Rogerii testis subscripsi. † Anastasius filius magistri Leonis testis subscripsi.

CCXX.

1184 — Mense Augusto — Indict. II.

Ranaldus Capellanus S. Leontii in permutationem a Philippo accipit vineam, eique tradit duplum vineae Rositi positae.

† τον αὶγουστον μηνα τῆς ινδικτιωνος β'· ἀνταλλαξαν καγω κυρος ρανάλδως καὶ καπελλάνος· τοῦ ἁγιου λεοντιου, ἄνλαξαν τω ἄνπελην τοῦ φηλιππου, τὸ απαιρ ἔχη αιγῆς τοῦ πρεσβυτέρου θεοδωρου, καὶ ἔγγυς τῆς εμφητήας τὼ απαιρ ἔχοι αγωραν· εκ τον κυρον παίτρον τῶν υἱον· τοῦ χρισοιωάνου καὶ ἔδωσαν του ἡς το ρουσίτον· τοῦ. διπλοῦν· τω ἄπαιρ

† Mense augusto, indictione II. Ego dominus Ranaldus capellanus S. Leontii in permutationem accepi a Philippo vineam, quam ipse habet prope presbyterum Theodorum, et prope plantationem, quamque emit a domino Petro filio Chrysoioannis, eique tradidi duplum vineae Rositi positae, quam possidebat presbyter Petrus, nec non alteram (vi-

ἐκράτεν ὁ πρεσβυτερος πέτρος· καὶ το αλλον ἕτερον· ἔδωσαν τουτο· καὶ ἔδωσεν μοῦ τας ἕμας καλτζας ταρια ιβ'· καὶ ἐαν ποτε καιρό οἵ χρονο φανη τῆς εναντιόνοντος· εκ ταυτην τὴν ἀνταλλαγὶν· ἵνα μελλει στραφήν ης τω αὐτο ἀπαιλλιον. και τα μερδενδρηα τὰ ἀπαιρ ἔκρατει ὁ πρεσβυτερος παίτρος· ὁμιως ηνα τα κράτει καὶ ὁ φηλλιππος· καὶ ἵνα τελή ης τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ εκλησίαν· κατενηαὔτον ταρια. δ'. τοῦτο δὲ εποισεν κατενοποι αξοιόποιστων μαρτυρων μαστρο υασιλειος υουταμος μαρτυρ ρογέρης ἄδελφος αλεξανδρόυ μαρτυρ· κοσταντινος σκουταρος μαρτυρ νικόλαος πετραλητης μαρτυρ αρκουδοιος λαγοῦυαρδος μαρτυρ † υασιλειος ρουσατος μαρτυρ † γερασιμος μαρτυρ εγραφη χηρι ἕμου παπα πετρου του φρακοπετρου ετους ϛχιβ' ινδικτιωνος β'.

neam). Has (*vincas*) tradidi, ac (*Philippus*) dedit mihi calceos meos, et tarenos duodecim. Si vero aliqua occasione vel tempore quis apparuerit qui huic permutationi adversetur, restituat eisdem vineis (*quidquid inde abstulerit*). Et arbores fructiferas, quas possidebat presbyter Petrus, similiter possideat Philippus, et solvat quotannis sanctae Dei ecclesiae tarenos quatuor. Scriptum coram testibus fide dignis. Magister Basilius Butamus testis. Rogerius frater Alexandri testis. Constantinus Scutarus testis. Nicolaus Petraletus testis. Arcudius Langobardus testis. † Basilius Rusatus testis. † Gerasimus testis. Scriptum est manu mei presbyteri Petri de Francopetro, anno 6692, indictione II.

(Ex membrana Archivi Neapolitani—n.° 85.)

CCXXI.

1185 — Mense Octobri — Indict. IV.

Sicligaita filia presbyteri Andreae declarat se quotannis solvere debere ecclesiae S. Phantini denarium unum propter vineam sibi ab eius viro donatam, quae post eiusdem Sicligaitae obitum memoratae ecclesiae adiudicanda erat.

† σὺγνον χηρος παρ εμου σιγλιγαϊτα γνισια θυγατηρ του πρεσβυτερου ανδρεου.

† Εν ονοματι του πατρος καὶ του ὑιοῦ καὶ του ἁγιου πνεύματος, καγῶ ἡ προγεγραμμενη συκλιγαΐτας ὁ τον συγνον του τιμιου καὶ ζωοποιου σταυρου ἰκήα μου χηρι ποιησας τό δὲ ὕφος ὑπο του νοταριου ὑπόγράψας, φὲνωμαι προς σὲ τον κίρι γουλιαλμον οἰκονομον της ἁγιας εκκλισιας του ἁγιου φαντινου· στὲργον κατα χρόνον δηναριον α'. ἄχρι βιου ζωης μου, δια το αμπέλιον τό απερ μοι εκατέλειπεν ὅ ἕμος ανηρ εις θεορέθρον, καὶ τουτον το αμπελιον ου δυναμαι κρατισαι πλεον εἰ μὴ εις την ζωην μου, καὶ ἔπιτα ἵνα ἐστιν της εκκλισιας του αγιου φαντινου· καὶ τουτο τό δηναριον ἵνα δωσω εις την εορτην του αγιου φαντινου· καὶ εαν οὐ θελω δῶσαι αυτο, ἵνα ἔχει ἐξουσιαν ἡ εκκλησια του εξεωσαι με εξ αυτης· ἐγραφη τη ἐμοῖ χηρι νικολαου νοταριου ἄστεος κηρκλαριου κατ επιτροπης του ταβουλαριου ἐν μηνι οκτωβριω ετους ϛχιδ' ινδικτιωνος δ'.

† Signum manus mei Sicligaitae legitimae filiae presbyteri Andreae.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quoniam iis, qui pietati addicti sanctum vitae institutum sequuntur, eorumque recta et bona conversatio multorum testimonio comprobatur, iustum est spontaneas concessiones et oblationes facere pro redemptione ac remissione suorum peccatorum suorumque genitorum, et pro universo Christianorum ordine; ideo nos suprascripti fratres declaramus hoc instrumento facere praesentem integram oblationem cum defensionis promissione, propria voluntate, sine vi et malo ingenio, et sine alio modo vetito; atque in veritate ac iustitia confitemur amodo iam concedere iure perfecti dominii tibi piissimo priori domino Paulo et venerabili monasterio S. Nicolai de Cofina, cui praees, terram quam habemus de paterna nostra hereditate in pertinentiis civitatis Orzuli in loco dicto de domina Argentia, sive in inferiori parte ipsius monasterii, et ad pedes rupis. Fines autem huiusmodi terrae sunt hi: ad orientem rivus qui decurrit inter hanc terram, et culturam eiusdem ecclesiae; ad occidentem terra ecclesiae; ad septentrionem similiter sunt fines eiusdem ecclesiae; et ad meridiem praedicta rupes. Hanc igitur terram his quatuor finibus comprehensam cum omnibus ad eam pertinentibus iuribus, excepta vinea regis inculta, offerimus tibi praedicto domino Paulo piissimo priori, et eidem venerabili monasterio sancti patris nostri Nicolai de Cofina, ut dictum monasterium amodo et in perpetuum habeat ac possideat memoratam terram cum facultate faciendi de ea quidquid sanctae leges praecipiunt, quippe dominium a nobis accepit,

φῶς· μὴ κολυωμενος ἐν αυτῶ παρα τινος τῶν ἡμετερων κληρονομων, μήτε πὰρ ἡμῶν αὐτῶν, μήτε πὰρ ἑτέρου ξένου προσώπου· σὺ δὲ καὶ οἱ μετα σὲ, τοῦ ὑπερεὔχεσθαι ἐν ταῖς τῶν ἑσπερινῶν καὶ ἑωθινῶν λυταῖς καὶ ἐν τοῖς ἱεροις δυπτύχοις υπερ λυτρου καὶ ἀφέσεως τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιματων καὶ τῶν ἡμῶν γεννητώρων και υπερ παντὸς χριστιανικοῦ τάγματος, τοῦ τυχεῖν ἀνοχὴν καὶ ἔλεος ἐν ἡμέρα κρήσεως καὶ εἰ μὴ ποτὲ καιρῶ φανεῖ τίς τοῦ κολυέιν τὴν ριθήσαν ἁγίαν μονὴν εἰς τοῦτο. ἵστασθαι ἡμᾶς καὶ διεκδικᾶν αὐτὸ ἀπὸ παντὸς ἐναντιουμένου προσώπου· εἰ δὲ καὶ τοῦτο οὐ ποιήσωμεν, ἀλλὰ προς διαστρωφὴν τινὰ χρησῶμεθα, ὁμολογοῦμεν, ἵν ὅπως ἐσῶμεθα κατηράμενοι παρὰ κυριου θεοῦ παντοκράτορος· τῶν τιη' αγίων θεοφόρων πατέρων· ἔπειτα δὲ, ζημιουσθαι ἡμᾶς εἰς τὴν κόρτην τοῦ ἁγίου ἡμῶν αυθεντου ριγός, ριγάτα λς'· καὶ πρὸς τὴν ριθησαν ἁγίαν μονὴν τὸν χρηζοντα τοῦ χωραφίου εις τὸ διπλάσιον καὶ τὰς βελτιώσεις τοῦ αὐτοῦ χωραφίου· καὶ τὴν ἁγίαν μονὴν ἀζύμιον διαφυλάττειν· καὶ εἰθ οὕτως ἔρρωσθαι τὴν παροῦσαν ἀφιερωσιν προς τὴν ἁγίαν μονὴν βέβαιον εἰς αἰῶνας· ὅπερ ἐγράφη ἐπὶ τοῦ εὐσεβεστάτου τανκρίδου· τοῦ φιλοχρήστου μεγάλου ριγὸς καὶ ἁγίου ἡμῶν δεσπότου χειρὶ ἰωαννου νοταρίου παρακλήσει τοῦ ταβουλαριου νοταρίου δαυὶδ ἄστεος ὀρζούλου μηνὶ ἀπριλλίω τοῦ ἔτους ϛψα' ινδικτιονος ια'. παρουσια τῶν ὑπογεγραμμενων μαρτύρων.

† ἰουλιάνος τοῦ ρομανίτζη καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐξουσιαστὴς ὀρζούλου μαρτυρ υπεγραψα.

† domino leone presbiter de lumucati testus.

† κωνσταντινος ἐξοῦυιτης μαρτυρ υπεγραψα.

† νικόλαος ἀδελφὸς πρεσβυτερου ἀνδρεου τοῦ οὔρσου χαλκεὺς μαρτυρ υπεγραψα.

† οὔρσος χαλκεὺς τοῦ βασκέλλου καὶ κριτὴς τοῦ αυτοῦ χωριου μαρτυρ υπεγραψα.

Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 85.)

nec impedimentum aliquod habeat a nobis, vel a nostris heredibus, aut ab alia extranea persona. Te autem, et eos, qui post te venturi sunt, orare oportet vespertinis et matutinis precibus, et ex sacris diptychis, pro redemptione ac remissione nostrorum peccatorum, et parentum nostrorum, et pro universo christiano ordine, ut veniam ac misericordiam in die iudicii obtineamus. Et si quis aliquando impedire velit praedictum sanctum monasterium quoad hanc donationem, obstare debeamus, et ipsum defendere teneamur ab omni contraria persona. Quod nisi hoc fecerimus, sed (*dictam donationem*) subvertere tentaverimus, assentimur nos esse maledictos a Deo omnipotenti, a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, ac deinde poenae nomine solvere Curiae domini nostri Regis regales sex et triginta, et praedicto monasterio duplum pretii eiusdem terrae, ac ipsius meliorationes, et ab omni damno immune idem monasterium praestare: et nihilominus firmum in perpetuum permaneat memorato sancto monasterio praesentis oblationis instrumentum, quod scriptum est, sub piissimo et Christum amante Tancredo magno rege, et sancto domino nostro, manu Ioannis notarii rogatu Davidis tabularii et notarii civitatis Orzuli, mense aprili, 6701, indictione XI, praesentibus subscriptis testibus.

† Iulianus de Romanitzi pro tempore baiulus Orzuli testis subscripsi.

† Constantinus Exubites testis subscripsi.

† Nicolaus frater presbyteri Andreae filii Ursi Ferrarii testis subscripsi.

† Ursus Ferrarius de Vascello iudex eiusdem terrae testis subscripsi.

CCXXXVI.

1193 — Indict. (XI).

Lucia uxor magistri Constantini cum filiabus Olo et Maria, conventione inita cum Bartholomaeo fratre episcopi Briaticensis, relinquunt eidem possessionem quarumdam vinearum.

† σίγνον χειρὸς λουκίας συνεύνου μαΐστωρος κωνσταντίνου: † σίγνον χειρὸς ὀλοῦς θυγατρὸς αυτῆς: † σίγνον χειρὸς, μαρίας θυγατρὸς τῆς αὐτῆς λουκίας: † σίγνον χειρὸς παρισίου, ἀνδρὸς ὀλοῦς νομίμου:

Ἐν ὀνόματι τῆς ἁγίας καὶ ἀδιαιρέτου τριάδος: Ἡμεῖς, αἱ προειρημέναι, λουκία, ὀλὼ, καὶ μαρία, αἱ τὰ σίγνα, τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, ἐν τῷ παρόντι ἐγγράφῳ προτάξασαι, τὸ παρὸν ἔγγραφον τῆς διαλύσεως, ποιοῦμεν πρὸς σὲ βαρθολομαῖον, τὸν ἀδελφόν, τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου βριατικοῦ, ἐπεὶ γὰρ ἤλθομεν μεσίνην, προσκλαίουσαι κατὰ σοῦ, τῷ κατὰ τὴν ἡμέραν μεγάλῳ κριτῇ οὔβῳ τοῦ ῥηγίου, ὄντι μεσίνῃ· μετὰ τῶν αὐθέντων ἡμῶν, τῶν κραταιῶν ῥηγῶν, ταγκρέδου, καὶ ῥογερίου, περὶ τίνων ἀμπελώνων, ὄντων ἐν τῷ ἄστει νικοτέρας κατὰ τὸν αἰγιαλὸν πλησίον τῆς κουντούρας τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ὡς ἀδίκως κατακρατεῖς ἡμῖν αὐτοὺς τοὺς ἀμπελώνας, εἰς ἐνέχυρον γὰρ αὐτοὺς, σοῖ, καὶ τῇ μητρί σου, ὁ πατὴρ ἡμῶν ὑπέθησε, καὶ ἤδη ἐκ τῆς ἐπικαρπίας, ἔχεις τὸ τίμημα τοῦ ἐνεχύρου, καὶ δεῖ σε ἀποδοῦναι ἡμῖν τὸ ἐνέχυρον, σὺ δὲ, ὅπερ ἠγνοοῦμεν ἔγγραφον ἡμῖν ὑπέδειξας πράσεως περὶ αὐτῶν τῶν ἀμπελώνων, ἐν ᾧ ἀντειπῆν, ἄλλο οὐκ εἴχομεν, εἰ μὴ ὅτι ἧττον ἐπωλήθησαν τοῦ ἡμίσεως τοῦ δικαίου τιμήματος, μεσιτεία φιλοθέων ἀνδρῶν, συνεβιβάσθημεν μετὰ σοῦ, παρόντος, καὶ τοῦ προειρημένου ἀδελφοῦ σου τοῦ ἐπισκόπου βριατικοῦ, συναινέσει τοῦ προειρημένου μεγάλου κριτοῦ, καὶ παρουσίᾳ τῶν ὑπογραψάντων ἀνδρῶν, δοῦναι ἡμῖν σὺ, ὁ προειρημένος βαρθολομαῖος, ταρία, ἑκατὸν εἴκοσι, σικελὰ, καὶ ἡμεῖς καὶ τὸ μέρος ἡμῶν, καταλιπεῖν, σοῖ καὶ κληρονόμοις σου καὶ διαδόχοις, τοὺς εἰρημένους ἀμπελῶνας, οὕσπερ, σοὶ καὶ τῷ μήρει σου ὁ πατὴρ ἡμῶν ἔπρασεν, ἐν εἰρήνῃ δεσπόζειν καὶ πρὸς τὸ ἑξῆς ὡς κύριοι καθάπερ μέχρι τοῦ νῦν ἐδεσπόσατε, παρωχηκότων ἤδη ἐνιαυτῶν εἴκοσι καὶ δύο. εἰ δ' ὅπερ οὐχ ἡγούμεθα, ἐναντιῶσαι θελήσομεν, σὲ, ἢ τὸ μέρος σου, ἡμεῖς, ἢ ἄλλος τίς

† Signum manus Luciae uxoris magistri Constantini. † Signum manus Olus filiae ipsius. † Signum manus Mariae filiae eiusdem Luciae. † Signum manus Parisii viri legitimi Olus.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Nos supradictae Lucia, Olo et Maria, quae signa honorabilis et vivificae crucis in hac scriptura exaravimus, praesens instrumentum solutionis facimus tibi Bartholomaeo fratri piissimi Episcopi Briatici. Postquam venimus Messanam, ut conquereremur contra te apud hodiernum magnum Iudicem Hugonem de Rhegio, commorantem Messanae cum dominis nostris potentibus regibus Tancredo et Rogerio, de quibusdam vineis extantibus in civitate Nicoterae prope litus propinquum culturae Archiepiscopi, quippe qui iniuste tenes nostras vineas, quas loco pignoris tibi et matri tuae pater noster tradidit, et iam ex fructuum perceptione habes pretium pignoris, et oportet te reddere nobis pignus; tu nobis ostendisti chartulam, quam nos ignorabamus, venditionis earumdem vinearum, cui nihil aliud obiicere possumus, nisi quod divenditae fuerint minoris dimidio iusti pretii. Intervenientibus autem piis hominibus, convenimus tecum, praesente etiam praedicto fratre tuo Episcopo Briatici, consensu supradicti magni Iudicis, et coram subscriptis hominibus, ut nobis dares tu supradictus Bartholomaeus tarenos Siculos centum et viginti, et ut nos ac pars nostra sineremus te, tuosque heredes et successores praedictas vineas, quas tibi tuaeque parti pater noster vendidit, pacifice possidere etiam in posterum tamquam dominos, prout hactenus possedisti, elapsis iam duobus et viginti annis. Si vero, quod non putamus, quovis modo

ἐκ τοῦ μέρους ἡμῶν, κατά τίνα τρόπον, μάλλον δὲ, ἂν διεκδικηταὶ οὐχ ἱστάμεθα, ὑμῖν καὶ τῷ ὑμετέρῳ μέρει, περὶ τῶν εἰρημένων ἀμπελώνων, μὴ θέλουσαι, ἢ μὴ δυνάμεναι, ἀσφαλίζομεθα, διὰ τοῦ παρόντος ἐγγράφου, δοῦναι λόγῳ ποίνης, τῇ μὲν ῥηγικῇ αὐλῇ ταρία τριακόσια· σοὶ δὲ, ἢ τῷ μέρει σου, ἄλλα τοσαῦτα, ἰσχιροῦ μένοντος, τοῦ παρόντος ἐγγράφου τῆς συμβιβάσεως· ὃ ἐγράφη παρακλήσει ἡμετέρᾳ χειρὶ κρίτοῦ τερέντου μηνὶ ἰνδικτίωνι τοῖς προγεγραμμένοις· ἔτους διατρέχοντος ϛψα'.

obsistere voluerimus tibi aut parti tuae, nos aut aliquis alius de parte nostra, quin imo nisi vobis vestraeque parti defenderimus praedictas vineas, sive hoc noluerimus sive nequiverimus, cavemus praesenti scriptura nos soluturos mulctae nomine regiae Curiae tarenos trecentos, tibi vero et parti tuae tantumdem, firmiter manente hoc conventionis instrumento, quod scriptum est rogatu nostro manu iudicis Terenti mense et indictione supradictis, anno decurrente 6701.

† Ego hugo de regio iusticiarius calabrie interfui.

† Ego Magister philippus cosentinus archidiaconus et Morrae canonicus.

† Ego Guilielmus de byenna interfui.

† Iudex Raynerius testatur ad hoc breve firmus.

† Ego Antonius Troia regalis iudex.

† Ego iudex Raynaldus interfui.

† Ego Iakelinus de melita, testes sumus.

† Ego Gulielmus filius Iaquilini de Milito testis sum.

† Ego Gulielmus achilli suprascripta testor.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 94.)

CCXXXVII.

1194 — Indict. XII.

Ioannes de Brundusio Camerarius Polychori donat ecclesiae S. Nicolai de Peratico praedium positum in agro Colubrarii, ex mandato Margariti Comitis.

† Iohannes de brundusio Camerarius Policorii.

ὁ θεος δια τῶν πρεσβῆων τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων· φυλάξει τὸν στέφανον· τοῦ ριγὸς ἡμῶν ταγκρέδου· καὶ τῶν αυτου κληρωνόμων· καὶ ο θεος δόσι καὶ βάλλι τοὺς εχθροὺς αυτοὺ υπό τοὺς ποδας αυτου· καὶ ο θεος καὶ τῶν ἁγίων αυτου δώσι· κληρωνομους τω ημῶν κόμιτι μαργαρίτος· υπερ ψυχικὴς ἀυτῶν σωτηριας. εχάριζεν καὶ επρωστιν τοῖς υπάρχουσιν εξουσιασταις αυτοῦ τοῦ ποιήσαι χάριτα δια ολίγον χωράφιν. ἀτινα εστὶν εις τὴν διακρατησιν καλαβράρου. υπερ ανωθεν. τοῦ πίγαδιου τῆς τάρσιας. και συνωρίζεται δε τὸ αυτὸ χωράφιν οὕτως. ἀνατολὰς μὲν· τὸ χωράφιν του πρεσβυτερου αρσαφιου· καὶ από δυσικὸν μερος· χωράφιν· ἣν εστὶν·

Deus, intercedentibus sancta Deipara omnibusque Sanctis, custodiat coronam regis nostri Tancredi eiusque heredum, ac det prosternendos sub pedibus eius inimicos suos, et concedat, intercedentibus quoque Sanctis suis, heredibus Comitis nostri Margariti spiritualem salutem. (*Hic enim*) gratiose mandavit officialibus suis pro tempore, ut donarent praediolum, quod situm est in ditione Colubrarii in parte superiori putei Tarsiae, et circumscribitur his terminis: ad orientem exstat terra, quae est presbyteri Arsaphiae; ad occidentem terra Ioannis Phillae in inferiori parte putei supradictae Tarsiae; ad meridiem terra, quae erat Ioannis Cophuti; ad septentrionem praedium

τού ιωαννου φιλλας υποκατωθεν τοῦ πϊγαδιου τῆς προγεγραμμενης τἄρσιας. μεσυμυρίας δε χωράφην τοῦ υπηρχε ιωαννου κοφούτου. βορέας δε. χωράφην εκεῖνων τοῦ κυρου ευστρατου. καὶ σῖνκλῆ τετραμερὼς σῦν εισοδω τε αυτοὺ καὶ εξωδω· του ϊναι τό χωράφην ταύτο τῆς αφυερωσεως εις τῆν εκκλησιαν του ἁγίου νικολαου· τῆς παρατικὴς απο τῆν σήμερον ημέραν καὶ ὥρας του πιὴν· ἰ ἀρεστόν· αυτω πάντωτε ως τῆν εξουσιαν παρ εμου εἰλειφός. ὡστὴς δε ἀνάστη πωτε καὶρῶ εἰ χροιω. εναντιὸν τῆν εκκλησιαν του αγιου νικολαου· εκ τῆς αφυερώσεως ταυτα· σχύ τω αναθεμα· παρα πατρος καὶ υιοῦ καὶ αγίου πνευματος· καὶ τῶν τιὴ ἁγίων θεωφόρων πατέρων. καὶ τῆν ἀράν του ἴουδα· καὶ εν τω δημωσίω ριγατα λϛ'. ἡθ οὑτος ἴσχυρὰν καὶ βεβέαν μενέτω τῆν παρουσαν αφυερωσιν εις τῆν αγίαν εκκλησιαν εἰς ἀεὶ· ὅπερ εγραφη παρὰ υπογραψάντων μαρτυρων γραφὲν δια χειρος πρεσβυτερου γουλιελμου· προστι τῆς κώρτης· ἔτους ϛψβ' ινδικτίωνος ιβ'.

† ο του καλοβραρου κριτὴς ιωαννης χαλκευς μαρτυρ υπεγραψα δια τοῦ σταυρου.

† ο κυρ γραδαλώνε τῆς μιανδρας μαρτυρ υπεγραψα.

† ego Ioannes filius domini Guidi testis sum.

† ούβος του σαλερνου μαρτυρ υπεγραψα.

† ὁ κυρ αλεξανδρος υιος τοῦ κυρου γουλιελμου. κουρσαρι μαρτυρ υπεγραψα ομίως.

† λεων υιος ράου βαρβλάτου μαρτυρ υπέγραψα.

† λεων της βαλλακάντας μαρτυρ υπεγραψα.

† ὁ κα τῆν ἡμεραν στρατιγὸς ιωαννης του παπα κοστα μαρτυρ υπεγραψα.

† ego filippus filius tolomei testis sum.

† ο κυρ γηραρδου υιος του κυρου ακκαρδου μαρτυρ υπεγραψα δια του σταυρου.

† Ego notarius Theodorus testis sum.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 86.)

heredum Eustrati, et clauditur quadrifariam cum ingressu et egressu; ut huiusmodi praedium ex hac die et hora dicatum sit ecclesiae sancti Nicolai de Paratico, quae faciat semper de ipso quidquid ei placuerit, utpote quae potestatem a nobis acceperit. Quicumque autem insurgat quovis tempore vel occasione contra ecclesiam sancti Nicolai propter hanc donationem, anathema sortiatur a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et tercentorum octo et decem sanctorum divinorumque Patrum, ac maledictionem Iudae, et Fisco publico mulctetur regalibus sex et triginta; atque nihilominus firma et stabilis maneat in perpetuum huiusmodi donatio facta praedictae sanctae ecclesiae, cum subscriptione testium, manu presbyteri Gulielmi ex mandato Curiae anno 6702, indictione XII.

† Ioannes Ferrarius Colubrarii iudex testis subscripsi per crucem.

† Dominus Gradalone de Miandra testis subscripsi.

† Hugo de Salerno testis subscripsi.

† Dominus Alexander filius domini Gulielmi Cursari testis item subscripsi.

† Leo filius Rhai Barblati testis subscripsi.

† Leo de Ballacanta testis subscripsi.

† Ioannes pro tempore Strategus filius presbyteri Constae testis subscripsi.

† Dominus Girardus filius domini Accardi testis subscripsi per crucem.

CCXXXVIII.

1194 — Indict. XII.

Ioannes filius Lucae de Massanova cum uxore Irene et filio Bartholomaeo vendit Basilio Baimundo vineam positam in agro Catacii tarenis aureis sexdecim.

† σίγνον χειρός ιωαννου ὁ καὶ υιοῦ λουκᾶ· ὁ ἀπο χωριου μασσονάβας· καὶ γαμβρος βόνος πρωτοκαραβου· † σίγνον χειρός ειρηνης συμβιου αυτου· † σίγνον χειρος βαρθολομαιου υιοῦ αυτοῦ· Εν ονοματι τοῦ τατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ αγιου πνευματος· ημεῖς οἱ ανοτέρω γεγραμμενοι οι τα σίγνα των τιμίων καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν οικείαις χερσι καθυπογράψαντες· τὴν παροῦσαν ἐγγραφον αποχήν αποταγὴν καὶ τελιαν πρασιν· εκουσια ημῶν τῇ γνώμῃ· καὶ οἰκείᾳ τῇ προαιρεσει. καὶ ουκ ἐκ τινος τὸ παράπαν ανάγκης· ἡ χλεύης η δολου· η απατης· ἡ ραδιουργιας· ἡ ὅσα τοῖς νόμοις εισὶν ἀπειγορευμενα· ἀλλὰ μαλλον μὲν συμ προθυμια πασῃ καὶ ὁλοψυχω προθεσει αρεσθοτες· τιθώμεθα καὶ πουλουμεν προς σὲ τὸν ἡμέτερον ἐξαδελφον τὸν κυρον βασιλειον τον υιοι ρωμπερτου βαϊμουντου τὸ ημετερον αμπελιον· τὸ κειμενον εν τοις χωροτοπιοις καστρου καταυζαριου· ἤγουν εις τὴν γοὐίλληαν· συνορειται δὲ ουτως· κατα μεν ανάτολην ὑπαρχει ὁ ρύαξ· κατα μεσημβρίαν ὑπαρχει τὸ αμπελιον τῆς επισκοπης· κατα ἄκτρου ὑπαρχει τὸ αμπελιον τοῦ αυτου αγωραστοῦ· κατα δε δύσεως· ὑπαρχει η μεγαλη οδὸς· καὶ σὺνκλύει· τούτο οὖν τὸ προλεχθὲν ἀμπελιον ὑπαρχει ὀρδινιες επτὰ· πιπρασκωμεν σοι αυτο· εἰς χρυσοῦν ταρια δέκαἑξε. ἄτινα λαβοντες αυτα ἡμεῖς οἱ πρατηρες ἀπο χειρῶν σου του αγωραστοῦ εἰς χείρας ημετερας· καὶ παντελος πληρωθὲν· καὶ μηδὲν ἀποχρεωστοῦμενοι τί πρὸς ημας· εποιησαμεν σοι τὸ παρὸν ἐγγραφον· τοῦ ἔχειν σε τὸ δειλωθὲν αμπελιον· απο τὴν σημερον ἡμέραν καὶ ὡραν· αυτεξουσιως επικρατειν καὶ δεσπόζειν· καὶ ειν εκα χριζε σε· πουλειν· χαρίζειν· ανταλλαττειν· καὶ εἰς πρικα τέκνων καταγραφειν· οἰκείοις κληρονομοις καὶ διαδοχοις καταλυμπανειν· κυντα ποιεῖν σε εν αυτῶ· ὅτα οι θεῖοι νόμοι τοῖς οικείοις δεσποταις παρακέλευουσι· ως το κήρος καὶ την ἐξουσιαν παρ ημῶν ειληφῶς· ἴ δε ποτε κερω ἡ χρόνω· ζήτησις· κοίνησις· η αγωγὴ γένοιτο παρ ἑου διποτε προσωπου· τοῦ ἵστασθαι μας καὶ διεκδικὰν αυτο καλὸς εκ παντὸς ἐναντιουμε-

† Signum manus Ioannis filii Lucae de regione Massanovae et generi Boni Protocarabi. † Signum manus Irenes uxoris ipsius. † Signum manus Bartholomaei filii ipsius. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, praesens acceptilationis, cessionis et perfectae venditionis instrumentum, spontaneo nostro consilio et propria deliberatione, nullaque omnino necessitate, vel fraude, vel dolo, vel deceptione, vel malitia, vel modo a lege vetito, imo vero tota alacritate et sincero animi proposito volentes condimus; et vendimus tibi nostro nepoti ex fratre domino Basilio Roberti Baimundi filio vineam nostram positam in regione civitatis Catacii, in loco dicto Gullia. Hos vero habet confines: ab oriente est rivulus; a meridie vinea episcopii; a septentrione vinea ipsius emptoris; ab occidente via maior, et clauditur. Haec autem vinea constat septem ordinibus, eamque tibi vendimus aureis tarenis sexdecim; quos cum nos venditores acceperimus a manibus tui emptoris in nostras, et perfecte nobis esset satisfactum, ac nihil aliud nobis solvendum superesset, fecimus tibi praesentem scripturam, ut habeas memoratam vineam ab hodierna die et hora, libere possideas, et ibidem domineris, eaque utaris, vendas, dones, permutes, et pro dote filiarum constituas, propriis heredibus et successoribus transmittas, et omnia de ipsa facias quae divinae leges veris dominis concedunt, utpote qui dominium ac potestatem a nobis accepisti. Sin autem quacumque occasione vel tempore quaestio, molestia vel actio tibi inferatur a quovis homine, nos obstabimus, et strenue defendemus ab omni contraria persona.

νου προσωπου· ϊ δὲ καὶ παρ ημῶν τί γενοιτο· καὶ βουληθωμεν διαστρέψαι τὴν τοιαύτην ονὴν· τοῦ μηδὲν εἰσακουεσθαι μας· μη παρα τῶν θείων νομων ἰσχὶν λαμβάννειν· ἀλλὰ καὶ τοῦ εἶναι κατηραμενους παρα κυριου θεου παντοκρατορος· τῶν τιη' αγίων θεόφορων πατρων καὶ τα εξεῖς· ζημίουσθω μας καὶ εις το δημόσιον ὑπὲρ παραβάσεως των τιμιων σταυρων νομισματα λς'· καὶ προς σὲ τὸν ἀγωραστὴν διπλὴν τὴν τιμὴν· καὶ ειθ ουτω στέργειν καὶ ἐμμένειν τὴν τοιαυτὴν διἄπρασιν· ἣν εποίησαμεν ημεῖς οι προγραφεντες· προς σὲ τὸν ἡμέτερον εξάδελφον τὸν κυρον βασιλειον τὸν υἱὸν ρωμπερτου βαϊμουντου· παρουσία τῶν αξιολογων και αξιοπιστων μαρτυρων.

† παπα βονος υἱὸς τοῦ απιχωμενου νικηφορου πρωτοκαράβου μαρτυρ υπεγραψα: † παπα λεων αδελφος αυτου μαρτυρ υπεγραψα τὸν σταυρον: † πέτρος υἱὸς μαύρου νικολεττου μαρτυρ υπεγραψα: † ρωγεριος γαμβρὸς βασιλειου βραμβούννη μαρτυρ υπεγραψα: † νικηφορος υἱὸς τοῦ απιχομενου βονου πρωτοκαράβου μαρτυρ υπεγραψα: † σεκρετος υἱὸς θεοδωρου λιβαδηου μαρτυρ υπεγραψα οικεία χειρὶ.

† εγραφη διὰ χειρὸς νικολάου νοταρίου· ἐγγώνου γεωργίου ψύχρι τοῦ κατα τὴν ἡμέραν ταβουλαριου τοῦ ετους ϛψβ' ινδικτιωνος ιβ'.

Quod si quis nostrum insurrexerit, et voluerit evertere huiusmodi emptionem, nequaquam exaudiatur, nec a divinis legibus subsidium habeat; sed maledicatur a domino Deo omnipotente, a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, et insuper mulctetur Fisco propter violationem sanctae crucis numismatis sex et triginta, tibique emptori duplo pretio. Et nihilominus firma maneat praesens venditio, quam nos suprascripti fecimus tibi nostro nepoti domino Basilio Roberti Baimundi filio in praesentia honorabilium et fide dignorum testium.

† Presbyter Bonus, filius defuncti Nicephori Protocarabi testis subscripsi. † Presbyter Leo frater ipsius testis crucem subscripsi. † Petrus filius Mauri Nicoletti testis subscripsi. † Rogerius gener Basilii Brambunni testis subscripsi. † Nicephorus filius defuncti Boni Protocarabi testis subscripsi. † Secretus filius Theodori Libadii testis subscripsi propria manu.

† Scriptum manu Nicolai notarii filii Georgii Psychri pro tempore tabularii, anno 6702, indictione XII.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 95.)

CCXXXIX.

1194 — Mense Decembri — Indict. XIII — Hieracii.

Lambertus magnus Iudex Calabriae dirimit quaestionem inter monasterium S. Stephani de Nemore et nonnullos homines Agriotherarum de quibusdam censibus.

† λαμβέρτος τῆς βασιλικῆς αυλῆς αρχων καὶ κεφαλικὸς μαιστωρ καμπεραριου καὶ μέγας κριτῆς πασης καλαβριας, σίγνου καὶ λαίνης καὶ χωρας ἰορδάνου.

Επιδὴ κατα τον δεκεμβριον μηνα της ενίσταμένης ινδικτιωνος ιγ'· ὄντος μου εἰς τὴν χωραν ἱεράκος, κακεῖσε καὶ τεροῦντος μου διά τινας αναγκαίας δεσποτικας δουλεῖας· ἦλθον πρὸς με οἱ μονάχοὶ αγιου στεφάνου τῆς ευαγεστάτης μονῆς τοῦ ὅρους οτε αδελφος γαλτεριος καὶ κατα τὴν ἡμέραν κελλαραριος καὶ συν αυτῶ ἕτεροι αδελφοι τῆς αυτῆς μονῆς ὡς εκ τό μερος πάσης τῆς μονῆς καὶ του οσιωτατου καθηγουμένου

† Lambertus regiae Curiae praepositus et principalis magister Camerarius ac magnus Iudex totius Calabriae, Sinni, Laini et regionis Iordani.

Mense decembri, praesenti indictione XIII. Cum in civitate Hieracii commorarer, ibique propter quaedam necessaria domini negotia degerem, coram me venerunt monachi S. Stephani sanctissimi monasterii de Nemore, frater Gualterius pro tempore cellerarius, aliique cum eo fratres ipsius monasterii, nomine totius monasterii et pientissimi praepositi domini Gulielmi, litem intendentes in quosdam

κυρου γουλιέλμου κοινοῦντες αγωγην κατά τινων ανθρωπων απο του μερόης των αγριοθηρων λεγοντες οὕτως, ὅτι χωραφια και αμπελια και ελει σικαμινα τε καὶ αλλα δενδρι ἀτινα υπηρχον της μονης αγιου στεφάνου εις τέλοι παρα των αυτων ανθρωπων τυρανιουνται οθὲν ὁ κατα τὸν καιρὸν εκεῖνον κυρος βαϊμουνδος τῆς παδουλης οπερ της καλαβριας μέγας κριτῆς τὴν ἀυτὴν ὑπόθεσιν εξετάσας καὶ τοὺς τυραννοῦντας τὴν αυτὴν αγιαν μόνην ανθρωπους ακριβώς εξιτασας εμφόρεσε ὑπὸ δικαίας σκεψεος τὴν αυτὴν αγίαν μονὴν ὑπὸ εγγραφου υπομνιστικου οἱ δὲ ρηθέντες ανθρωποι αγμὴν τυραννοῦν τα τοἴαυτα τέλοι τῆς μονῆς ἀγίου Φαντίνου ὀνομαζωμενης εκ τουτων δε ζητουμεν εχειν δίκαιὸν τοὺς δε ανθρωπους επὶ χεῖρας ἔχωντες ἐγγραφον οἱ μὄναχοὶ, εκέλευσα τοὺτους ἐνωπιων ἡμῶν τὸ βήματι παραστὶναι. διὄ τι πάλιν εγὼ τοὺτοὺς εξεταστας καὶ αὑτοὶ ὑπὸ τοῦ ὀμασθεντος παρα τοῦ μεγάλου κριτοῦ ποτε τῆς καλαβριας, κυρὸυ βαϊμουνδου ἐλλεγχωμὶνοι καὶ κατακριθεντες παρὰ τῆς δικαὶοσύνης εκελέυσαμεν μετα δικαίας σκεψεὸς ἵνα ὅσα δ αν εισίν χὠράφια σπορίμα καὶ αρδευομενα η καὶ δενδρα πάντοια εντὸς τουτων εισιν οἷον· ελαὶαι σικαμινά τε· καὶ ληπᾶ παντοία, ἐκ τουτων ἵνα λαμβανειν αυτη αγια μονῆ· κατ ετοὺσαιὸν· την πενταμερίαν, ἐξ ὅσα εισιν απο του αγἵου Φαντινου ως ειρηται· ὁμοιως καὶ απο τοὺ αμπελου καὶ τω μετα των ημεροδενδριων, την πενταμεριαν εχεὶν η μονῆ· ἐκ δὲ των χερσὲων χὠραφιων καὶ τῶν εντὸς αυτων δενδρων εχεὶν η ἀγία μονη η ανωτερω ρηθησα ὅλα τα ημίσια πάρεξως εἰριται από των ἐντυγχανωὶντων εποιεῖθη τη ρηθηση αγια μονή, αγίου στεφάνου τον ὅρους το σιγίλλιον απόδοτικον τὴς εμφορεσεως, ἵνα καὶ αμπελη περίβολέὸν καὶ τον καὶκλησμενον πρόαστειων ἐκ τουτὸυ τὴν πενταμεριαν δι οὗ καὶ πρὸς ασφαλὴ βεβαὶωσιν τῶν ἐνθυγχαν εποιεῖθη τη ρηθειση αγία μονη αγίου στεφανου τοὺ ὅρους το παρὼν σιγιλλιον απόδοτικον τῆς εμφορεσεως ἵνα απὸ τὴν σημερον ημεραν καὶ ωραν μιδεις εστὶ τὸλμηρὸς αντικρεῦων το παρον τὸυτο σιγιλλιον· δὲ καὶ τὶς τὸυτο επιφοραθη ποιεῖσε η αντικροῦσε αλλὰ καὶ τα ρηθεντα τέλει τὰ ανοτερω του αγιου στεφανου του κολισε, ἢ ἐμποδὺσαι πρὸς αυτὴν τὴν ευαγεστάτην μονὴν αγίου στεφανου τοὺ ὅρους, ὁ τοιουτος ἵνα εστω εις τὴν του παὺπερλαμπρου βασιλεως αντιληψιν πινὴν ταρια χιλία ὅθεν καὶ πρὸς περὶσσωτέραν πι-

homines de regione Agriotherarum, ita dicentes: Praediis, vineis, oleis, sycaminis et aliis arboribus, quae ipsum monasterium S. Stephani ad censum possidebat, iidem homines iniuste potiti fuerunt. Quapropter dominus Baimundus de Padula, tunc temporis magnus Calabriae Iudex cum eamdem quaestionem perpendisset, et homines vexantes sanctum monasterum diligenter percontatus esset, post iustum examen, condito ad rei memoriam instrumento, investituram dedit eidem sancto monasterio. Praedicti vero homines de huiusmodi censibus monasterium sub titulo S. Phantini adhuc vexant. Idcirco petimus, ut ius nobis reddatur adversus memoratos homines. Cum autem monachi exhiberent instrumentum, iussi eos homines sese apud nostrum tribunal sistere. Quamobrem ego iterum ipsos percontatus sum; et cum hi a praedicto magno olim Iudice Calabriae domino Baimundo merito convicti et condemnati fuissent, mandavi post legitimam discussionem, ut ex praediis sive sativis sive irriguis, et ex arboribus omnigenis, quae in illis extant, id est oleis, sycaminis, et reliquis omnibus, accipiat dictum sanctum monasterium quotannis quintam partem, ex iis nempe, quae ad sanctum Phantinum pertinent, uti praedictum est. Item ex vinea et fructiferis arboribus quintam partem habeat monasterium. Ex praediis vero incultis et arboribus inibi consitis, praedictum sanctum monasterium habeat medietatem. Hinc ab intervenientibus factum est praedicto sancto monasterio S. Stephani de Nemore sigillum concessionis investiturae, ut ex vineis, et hortis, et clusuris suburbanis quintam partem (*accipiat*). Quare ad validiorem securitatem intervenientium conditum est memorato venerabili monasterio S. Stephani de Nemore praesens sigillum concessionis investiturae, ut ab hodierna die et hora nemo audeat adversari huic sigillo; et si quis id fecerit, et impedimento fuerit quominus praedicta iura S. Stephani exigantur ab eodem sanctissimo monasterio, sol-

στωσιν των εντυγχανοντων το ημετερω σημιωματι και τη εξεθη ημετερα βουλλη επεσφραγισθη το ημετερω σημιωματι και τη εξεθει ημετερα βουλλησαμεν τουτο εν μηνι και ινδικτιωνι τοις προγραφεισι ετει ϛψγ' και τουτο γεγονεν ενοπιον αξιολογων και αξιοπιστων ανδρων· οιον του επισκοπου ιερακος λεοντος κυρου μερκουριου του ιερακος και κυρου αλδουινου υιου χου του ρηγιου και γιδου του κουβουκλησιου, και του αρχοντος κυρου λεοντος γουβτζη· και κυρου ραου της αγιας εκατερινας και ετερων πλησιων αρχοντων και καλων ανθρωπων των εκει λαχωντων. † μερκουρι μαρτυρ υπεγραψα † λεοντος γουβητζις μαρτυρ ἄλδουινος ὑιός χου του ριγιου μαρτυρ † του ιερακος γιδου ἰου βωνου κουβουκλησιου μαρτυρ † ράος της αγιας εκατερινας μαρτυρ αμαρτωλος λεων επισκοπος ἱερακος υπεγραψα.

vat poenae nomine perillustri Regi tarenos mille. Quapropter et ad maiorem fidem eorum, qui interfuerunt, nostro signo et consueta nostra bulla consignavimus, mense et indictione supradictis, anno 6703. Idque factum est coram probis et fide dignis hominibus, id est episcopo Hieracensi Leone, domino Mercurio Hieracensi, et domino Alduino filio Hugonis de Rhegio, et Aegidio de Cubuclisio, et dynasta domino Leone Gubitzi, et domino Rhao de Sancta Ecatharina, et pluribus aliis dynastis et bonis hominibus, qui illic aderant. † Mercurius testis subscripsi. † Leo Gubitzi testis. Alduinus filius Hugonis de Rhegio testis. † Aegidius Hieracensis filius Boni Cubuclisii testis. † Rhaus de sancta Ecatharina testis. Leo peccator episcopus Hieracensis subscripsi.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 96.)

CCXL.

1196 — Mense Maio — Indict. XIV — Circlarii.

Tabulae nuptiales inter Petrum de Iona et Alexandriam Tzangarim.

† Ἐν ονοματι του πατρος και του υιου και του αγιου πνευματος. παναγία θεοτοκε συν τω μονογενί σου υιῶ και θεῶ ἡμῶν. εὐτυχως βοηθει ἡμιν. εἰσὶν τὰ ὀφίλωντα δωθείναι παρ ἐμοῦ πέτρου υἱοῦ τοῦ ἀποιχωμενου λουκηφέρου τοῦ ἰωνὰ. πρὸς την ἐκ θεοῦ δωθήσα μοι νύμφη ονοματι ἀλεξάνδρια. γνυσία θυγατηρ τοῦ αποιχομένου μαϊστρου ἰῶσφρες τζαγγάρις ὁ ἀπο τοῦ κασιάνου. ἐν πρωτοις δίδωμι ἀυτὴ· λογω ὑπουόλου ἀυτῆς νομισματα ὀκτῶ. λογω δὲ ἀυτῆς θεορέθρου, τὸ τρίτον μερος τῆς ουσίας μου, ἐξ ὧν νὺν εχω. καὶ μέλλω σὺν ἀυτὴ, ὑποκτεισαι· απο τὲ κοινητῶν, ακινήτῶν, καὶ ἀυτῶκοινήτων πραγμάτων· καὶ το ἔλεος τοῦ θεοῦ:

† ἁγία τριὰς ὁ θεος ἡμῶν βοήθει ἡμῖν· εἰσὶν τα ὀφιλοντα· δωθήναι παρ ἐμοῦ ρἰκκάρδου υἱοῦ τοῦ αποιχαμενου μαϊστρου ἰωσφρὲ ὁ προρηθεις· πρὸς τον ἐκ θεου δωθεντα μοι σύνγενὴν ὀνοματι πέτρον· ὁ προγραφεις. τὴ ἐμὴ γνὺσία ἀδελφη ὀνοματι ἀλεξανδρία. ἐν πρωτοις δίδωμοι αυτη. λογω φορεσίαις παννιν λινον· πειχεις μ'. τα μὲν εἰκωσι λεπτα, και τα ετερα χονδρα. καὶ φουσταΐνον, ἓν· καὶ τὴ ἐμη αδελφη ὀθὸνα

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Sanctissima Deipara simul cum unigenito tuo Filio et Deo nostro prospere nos adiuva. Haec sunt, quae ego Petrus filius quondam Luciferi de Iona daturum me spondeo divinitus mihi concessae uxori, nomine Alexandriae legitimae filiae quondam magistri Goffredi Tzangaris de Casiano. In primis do ei loco donationis ante nuptias solidos octo; loco vero donationis post nuptias tertiam bonorum meorum partem, quae nunc possideo, et quae cum ipsa (*uxore*) acquisiturus sum, mobilia, immobilia et semoventia, et Dei misericordiam.

† Sancta Trinitas, Deus noster, adiuva nos. Haec sunt, quae ego Riccardus filius quondam magistri Goffredi supradicti daturum me spondeo divinitus mihi concesso cognato Petro suprascripto. In primis do legitimae meae sorori nomine Alexandriae pro indumentis telae lineae ulnas quadraginta, quarum viginti quidem tenui filo sunt textae, reliquae autem crasso; fustanam unam; et eidem meae sorori indu-

τρία· λάργα τρια. μανδυλια τρία. κάγιες τρια. χειρομανδυλια τρια. κρεββατοστρώσια τρια· ἔχοντα ἀμφωτέρα, το μὲν· τῆλο προσκεφάλαια· καὶ ὑπευχήν. τα δὲ· σάγκους· β'· πλαγιοῦνια· δ'· κοπέρτας δύο. καὶ δια βοϊδια καὶ ὀνίκὸν νομισματα ὀκτῶ· σταγνατον, τηγάνον· κρεμασταλην σηδηροὺν. καὶ ἀπο των αμπελιων, χωραφιων, οἰκοτοπιων, κιπων. ὁπουδὰν ὑπάρχει μύραν κατα αδελφην. καὶ το ἔλεος τοῦ Θεοῦ. μέρος δὲ τό μὴ ἐμμένων καὶ μὴ στεργοντα, τα στοιχηθεντα, δωθητω τῶ ἐμμένωντι καὶ στεργόντι νομισματα λς'. καὶ εις το δημοσιον, ὁμοίως. ἐγράφη διὰ χειρὸς λέοντος ἀρχιερέως καὶ ταβουλαριου κὴρκλαριου. μηνι μαΐω ινδικτιωνι ιδ'. ἔτους ϛψδ'. παροντων μαρτυρων.

† Θύρσος τοῦ φίλε καὶ κριτης μαρτυρ υπέγραψα δια του σταυρου.

† πελεγρινος τοῦ ιωαινου γρέκου μαρτυρ ὑπέγραψα δια σταυρου.

† μέλεις τοῦ τραπεζακίου μαρτυρ υπέγραψα δια του σταυρου.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 87.)

sia tria, larga tria, mantilia tria, cagias tres, mappas tres, lectos tres habentes unum quidem cervical et stragulum, alios vero saccos duos, tabulas quatuor, copertas duas; praeterea duos boves, et asinum aestimatos solidis octo, patellam stamno obductam, ferreum instrumentum ad abenum sustinendum; et de vineis, agris, aedibus, hortis, ubicumque fuerint, portionem sororiam; et Dei misericordiam. Pars vero, quae pactis conventis stare nolit, poenae loco solidos aureos sex et triginta solvat alteri, quae ea observaverit, totidemque publico aerario. Scriptum manu Leonis archipresbyteri et tabularii Circlarii, mense maio, indictione XIV, anno 6704, praesentibus testibus.

† Thyrsus de Phile iudex testis subscripsi per crucem.

† Pelegrinus filius Ioannis Graeci testis per crucem subscripsi.

† Melis de Trapezacio testis per crucem subscripsi.

CCXLI.

1196 — Indict. XIV.

Maria Cuculi Domina confirmat Ioanni Bapheo possessionem praedioli positi ad Flumen.

† σύγνον χηρὸς κυρας μαριας κὲ αυθεντριας κουκουλου· φένομεν εγὼ ἡ πρόγραφησα ἰ το σύγνον τοῦ τιμίου κὲ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἠκία μου χηρῖ πήξας πηώντα ἐγγραφον ἀσφαλὴστικὸν πρὸς σὲ ιωάννην βάφεκ· ἐκ τό ὀλήγον χῶραφίτζην ὥπερ ἐκράτητας ἐκ τους πρω ουμου· δηά τὲς καλὲς δουλείες ὥπερ εδοῦλεψες αὐτὸν· ἤλθες σὺ ὁ ρηθεῖς ιωαννης καὶ ἐπαρακλήθης υμὶν. μετὰ καλὼν ἄνθρώπων· ὅπος στερεῶσο πρὸς σὲ τό ρηθὲν χωραφίτζην· εγὼ δὲ ἰδὸν καὶ μαθὸν τες καλὲς δοῦλήες ὅπερ εἰς τοὺς πρὼ οἴκου ἐπίης· καὶ πάλιν διά τες καλὲς δοῦλήες ὥπερ καὶ ἡς αἱμὰς ἐπίησις· στέργω καὶ δίδῶ αυτὼ πρὼς σὲ· τοῦ ἔχης ωυτὼν ἐξούσιαν από τοῦ νὴν καὶ εἰς τοὺς εξὴς ἅπαντας χρόνους. παίδας παιδων σσου· ἔστιν δὲ τό τιαύτων χωραφιτζην εἰς τόπον λεγόμενον εἰς τὸν ποταμὶν. σὶνορουντα τὸν ἀμπελον αγίου ιωαννοῦ τον ερεμὶτων· ἰ δὲ δοὶλεψις ὑπάρχει τον παντα μηνα ημερων β'.

† Signum manus dominae Mariae dominae Cuculi. Ego suprascripta, quae signum honorabilis et vivificae crucis propria mea manu exaravi, facio tibi Ioanni Bapheo instrumentum confirmationis de parvo praedio, quod habuisti ex praecessoribus meis propter bona servitia, quae ipsis praestitisti. Venisti tu dictus Ioannes, et nos rogasti cum probis viris, ut confirmarem tibi dictum praediolum. Ego vero videns et cognoscens bona servitia, quibus de praecessoribus meis bene meruisti, et ea quae mihi impendisti, confirmo et trado tibi illud, ut in eo a praesenti tempore et in perpetuum potestatem habeas tu, tuorumque filiorum filii. Est autem hoc praediolum in loco, qui dicitur ad Flumen, et conterminum est vineae sancti Ioannis Eremitarum. Servitus autem inest duorum dierum singulis mensibus. Et ecce feci

καὶ ἰδοὺ ἐπίτρα πρὸς σὲ το παρῶν ασφαλιστικον ἔγγραφον· ενωπιον μαρτυρων.

† μαϊστωρ γριγφουχνος πελληνερος μαρτυρ υπεγραψα. † βασιλειος τοῦ μαϊστορος, καὶ κατὰ τὴν ημεραν στρατηγος μαρτυρ υπεγραψα † αργυρὸς γρανητεριος κατα την ημεραν μαρτυρ υπεγραψα. † νικολαος μιλης ὁ του κυρου φαυαστερου μαρτυρ † λεων στολανὸς μαρτυρ. † πρεσβυτερος λεων στολανὸς μαρτυρ υπεγραψα. † εγὼ κυρὸς μανδαράνης τα ανωτέρω στέργω καὶ επικυρῶ διὰ τοῦ σταυροῦ. † εγὼ κονσταντινος νοτάριος τῆ προσταξη τῆς αυθεντριας εγραψα. ετει ϛψδ' ινδικτιωνι ιδ'.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.° 97.)

tibi praesens confirmationis instrumentum coram testibus.

† Magister Grinfuchnus Pelliteris testis subscripsi. † Basilius de Magistro pro tempore Strategus testis subscripsi. † Argyrus pro tempore Granatarius testis subscripsi. † Nicolaus Miles filius domini Fabasteri testis. † Leo Stolanus testis. † Presbyter Leo Stolanus testis subscripsi. † Ego dominus Mandaranes suprascripta confirmo et roboro per crucem. † Ego Constantinus notarius ex mandato Dominae scripsi anno 6704, indictione XIV.

CCXLII.

1196 — Mense Octobri — Indict. XV — Acherontiae.

Emma Buttelleri vendit Roberto Chrysolemo nonnulla praedia posita in agro Acherontiae loco dicto ad Plagam Baviorum, tarenis aureis duobus et denariis duodecim.

† Σίγνον χειρὸς αἵμμας γνησίας θυγατρὸς τοῦ ἀπηχομένου γαλτέρη τοῦ τῆ ἐπονυμία βουττελλέρη.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἐγὼ ἡ προγεγραμμένη αἵμμα ἡ καὶ γνησία θηγάτηρ τοῦ μακαρίου κυρου γαλτέρη τοῦ τῆ ἐπονυμία βουττελλέρη· ἡ τὸ σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ· τῆ οἰκεία μου χειρὶ καθ' ὑπογράψασα· ἑκουσία μου τῆ γνώμη οἰκεία μου προαιρέσει· καὶ οὐκ ἔκ τινος τὸ παράπαν δόλου χλεύης· ἢ ἀπάτης· ἢ ραδιουργίας· ἢ ὅσα τοῖς νόμοις εἰσὶν ἀπηγορευόμενα· ἀλλὰ μᾶλλον δὲ σὺν προθυμία μου πάσα καὶ ὁλοψύχω μου προθέσει ἀναλαμβανομένη καὶ τον ἐμὸν ἀνήλικον παῖδα· ιωαννην τούνομα· πέπρακα πρὸς σὲ τὸν κυρον ρωμπέρτον χρυσολέμον· καὶ εἰς τοὺς σοὺς κληρονόμους καὶ διαδόχους χωράφια γεωργούμενα ἅπερ κεκτώμαι ἐκ πατρικῆς μου κληρονομίας· τὰ ὄντα καὶ διακείμενα ἐν τῆ διακρατήσει κάστρου ἀκερεντείας εἰς τόπον ἐπιλεγόμενον τὰ ὑπὸ πλαγα τῶν βαβείων, ὅσα καὶ οἷα εἰσὶν καθὼς καὶ ὁ μακάριος τοῦ ἐμοῦ πατρὸς ἐκράτησεν καὶ ἐδέσπωσεν· ὡς συνωροῦνται καὶ γνωρίζονται· κατὰ μὲν ἀνατολὰς, ὁ ξηροβύαξ· καὶ τὰ χωράφια σοῦ τοῦ ἀγωραστοῦ· κατὰ δὲ δυσμᾶς· χωράφια σοῦ τοῦ ἀγωραστοῦ καὶ τὸ χωράφιον τὸ λεγόμενον παπὰ νικολάου τοῦ θεοτίμου· ἄκτρου χωράφια

† Signum manus Emmae legitimae filiae defuncti Gualterii cognomento Buttelleri.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascripta Emma legitima filia beatae memoriae domini Gualterii cognomento Buttelleri, quae signum honorabilis et vivificae crucis propria mea manu exaravi, voluntario consilio et propria electione, nulloque omnino dolo, fraude, vel deceptione, vel malitia, vel modo a legibus prohibito, imo vero omni alacritate et totius animi proposito simul cum meo filio minoris aetatis, cui nomen Ioannes, vendidi tibi Roberto Chrysolemo tuisque heredibus et successoribus praedia exculta, quae possideo ex paterna mea hereditate, sita et posita in tenimento civitatis Acherontiae in loco dicto ad Plagam Baviorum, quae et qualia sunt, uti habuit et possedit pater meus beatae memoriae, quorum fines et signa huiusmodi sunt: ab oriente torrens et praedia quae ad te emptorem pertinent; ab occidente praedia tui emptoris, et praedium dictum presbyteri Nicolai de Theotimo; a septentrio-

ἅπερ ὑπήρχωσιν τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου ῥωμπέρτου ἀγκιναρήσι· καὶ χωράφια Θεοδώρου τοῦ τζοκκαλά· ὡς δὲ μεσέμβριαν χωράφια σοῦ τοῦ ἀγωραστοῦ· καὶ συγκλείει· ἀπόλαυα δὲ καγὼ ἡ προγεγραμμένη αἴμμα· παρὰ σοῦ τοῦ κυροῦ ῥωμπέρτου τὴν συμφωνηθείσαν καὶ ἀρεσθείσαν ἐν τῷ ἀναμεταξὺ ἡμῶν δικαίαν τιμὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων χωραφίων χρυσοῦν ναμίσματα δύο, καὶ δηνάρια δώδεκα· ταῦτα λαυοῦσα καὶ παντελῶς πληρωθεῖσα· καὶ μηδὲν ἀποχρεωστουμένη παραδέδωκά σοι τὰ τοιούτα χωράφια καὶ τὴν δεσποτείαν αὐτῶν· τοῦ ἐπεξουσίως ἔχειν σε αὐτά, πολεῖν χαρίζειν· ἀνταλλάγτειν· προιξὶ καταγράφειν· καὶ πάντα ποιεῖν ἐν αὐτὰ εἴτι νυύλη καὶ θέλεις, καὶ ὅσα ὁ νόμος τοῖς ἰδίοις δεσπωτες διακελεύεται· ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν δεσποτείαν παρ ἐμοῦ εἰληφῶς εἰ δὲ φανῶ ποτὲ καιρῷ ἢ χρόνῳ μετάμελος γίνεσθαι καὶ εἰς διαστροφὴν ἔλθω. ἢ ἐγώ αὐτῆ. ἢ ἐμὸς κληρόνομος ἢ διαδοχος, ἢ τίς παρ ἑτέρου ξένου καὶ ἰδίου προσώπου, ὄχλησιν ἢ ζήτησιν ἢ ἐπερέασιν τοιν οἱανοῦν ποιήσασθαί σοι ὑπὲρ τῶν τοιούτων χωραφίων· καὶ οὐκ ἴσταμαι μᾶλλον διἐκδικῶν σοι αὐτὰ ἐκ παντὸς ἐναντιουμένου σε· ἵνα ζημιοῦμαι πρὸς σὲ τὰς τιμὰς καὶ βελτιώσεις εἰς τὸ δυπλοῦν· ὑπὲρ δὲ λύγω προστίμου καὶ ὑπὲρ παραβασίας τοῦ τιμίου σταυροῦ οὗ εἰκειοχείρως μου ἔπιξα εἰς τὸ δημόσιον ζημιούσθωμαι ῥηγατα λϛ', εἶθ' οὕτως, ἀσάλευτον μένει τὴν τοιαύτην πρᾶσιν εἰς αἰῶνας· ἥτις ἐγράφη ἐπὶ τῆς εὐσεβοῦς καὶ φιλοχρίστου υασιλείας τοῦ κραταιωτάτου δεσπότου ἡμῶν καὶ θεοσέπτου βασιλέως ἐνρρήκου· καὶ τῆς εὐσεβεστάτης δεσποίνης ἡμῶν καὶ αὐγούστης κωνσταντζας· γραφὲν χειρὶ θεοδώρου εὐτελοῦς νοταρίου καὶ ταβουλαρίου ἀκιρεντίας· ἐπὶ ἔτους ϛψέ· ὀκτοβρίω μηνὶ τῆς ἰνδικτιῶνος ιε', παρουσία μαρτύρων.

† σιμεῶν ὁμώτης κρϊτὴς, μαρτυρ ὑπέγραψα †
† γερουΐκος ἀλαμάνος μαρτυρ ὑπέγραψα: †
† λέων ὁ τοῦ μαγείρου μαρτυρ ὑπέγραψα †
† ῥωκέριος βρουτζάνος μαρτυρ ὑπέγραψα: †
† ῥωγέριος γράνδες· μαρτυρ ὑπέγραψα †
† ιωαννης κρϊτὴς ὑπέγραψα †
† Ρογέριος σαρακεῖνος μαρτυρ ὑπέγραψα †

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 98.)

ne praedia quae pertinebant ad beatam memoriam presbyteri Roberti Anginarisi, et praedia Theodori Tzoccalà; a meridie praedia quae ad te emptorem pertinent, et clauditur. Et ego suprascripta Emma accepi a te domino Roberto iustum pretium inter nos conventum et statutum huiusmodi praediorum, aureos tarenos duos et denarios duodecim; quibus acceptis, cum mihi integre satisfactum sit, ac nihil aliud repetere debeam, tradidi tibi huiusmodi praedia et dominium ipsorum, ut ea possideas cum facultate vendendi, donandi, permutandi, pro dotibus concedendi, et faciendi de ipsis quidquid tibi placuerit, et leges propriis dominis concedunt, utpote qui dominium et potestatem a me accepisti. Si vero quacumque occasione vel tempore me poenituerit, et hanc venditionem evertere voluero, vel ego ipsa, vel meus heres, vel successor, vel quaevis extranea aut propinqua persona molestiam, vel quaestionem, vel damnum cuiuscumque generis tibi intulerit de his praediis, et non obstitero potius defendens tibi ea ab omni contraria persona, mulctabor tibi duplo pretii et meliorationum, ratione vero poenae propter violationem venerandae crucis, quam propria manu mea exaravi, solvam Fisco regales sex et triginta. Et nihilominus firma deinceps maneat praesens venditio in omne aevum, quae scripta est sub pio et christiano regno potentissimi nostri domini et venerandi regis Henrici, et piissimae dominae nostrae et augustae Constantiae, manu Theodori humilis notarii et tabularii Acherontiae, anno 6705, mense octobri, indictione XV, coram testibus.

† Simeon iudex iuratus testis subscripsi.
† Geruicus Alamannus testis subscripsi.
† Leo filius Magiri testis subscripsi.
† Rogerius Brutzanus testis subscripsi.
† Rogerius Grandes testis subscripsi.
† Ioannes iudex subscripsi.
† Rogerius Saracinus testis subscripsi.

CCXLIII.

1198 — Mense Martio — Indict. I — Aëtae.

Ioannes Aëtae dominus cum Clementia eius matre, Matthaeo, Lucia et Maria fratre ac sororibus eiusdem donat monasterio S. Eliae praedia posita apud Petricellam.

† σιγγίλλιον γενάμενων παρ εμοῦ ιωάννου αυθέντου ἄστεος ἀέτοῦ· † σιγίλλιον γενάμενον παρ εμοῦ ματθαίου ἀδελφοῦ αὐτοῦ. † σιγγίλλιον γενάμενων παρ εμοῦ κλιμεντζης αυθεντριας χόρας ἀετοῦ· τόν μαρτιον μηνα τῆς ἰνδικτιῶνος α΄ τοῦ ἔτους ,ϛψϛ΄· ἐλθῶντᾶ καγώ ἰωᾶννης ο προγραφῆς αυθεντης χόρας αἐτοῦ συν τῆς εμῆς μητρος κυρας κλιμέντζης συν καὶ των εμων αδελφων κυρου ματθαιου καὶ κύρας λουκίας ἡς προσκήνισιν ης τῶν πάνσευπτον ναῶν τοῦ προφίτου ηλιοῦ· ηδός δὲ ἐγὼ καὶ ἡ ἐμὶ μητὴρ καὶ η ἐμὶ ἀδελφοι την χάριν τοῦ αγίου η καὶ τὴν φιλανθροπίαν τοῦ δέσπότου θεοῦ· κατὰ τὸ γεγραμμένον τοῦ ἁγίου εὐαγγελλίου· μακάριη ἡ ελεῆμονες οτι αὐτὶ ελεήθίσονται· ὅθεν επέδοκαν καγῶ ιωάννης αυθεντης χόρας αἐτοῦ· ἡς τὸν πάσευπτον ναῶν τοῦ προφίτου ηλιοῦ· δια μακαρίας καὶ αναπαυσεως τῶν εμῶν γεννητώρων· καὶ διὰ υγιερίαν τοῦ ειμου σόματος· καὶ τῆς εμῆς μητρος καὶ τῶν ἐμῶν αδελφων· καὶ δια την αγάπην τοῦ θεοῦ επέδοκαν τα χοράφια σὶν τοῦ ὅρους· που υπάρχουν πλισίων τῆς πετρικέλλας· ὅθεν η ἐναρξης τῶν σινορίων γεγόνασιν· ἀρχήταμεν απο την οδῶν την ησερχομένην καὶ εξερχομένην· ος αιευένη ο ρίαξ ἀπὸ τὴν τιαύτην ὁδῶν· ανατολικᾶ σιὸρῦνται· τῆς διακρατίσεος τοῦ πάνσεύπτου ναοῦ τοῦ προφίτου ηλιοῦ. υπέρχεται ανατολικᾶ ὁ ριαξι· αχρι ἐπανο του ὅρους· καὶ συνσιμιγγὶ ης το σίνορον τῆς εκκλισίας· ανατολας· κακίθεν ἀπέρχετε τρακλα το σίρορων· καὶ κατευένη· και ης τὸν ριαξ· δισικᾶ· κακῆθεν αναποδίζη καὶ κατέρχετε ης τα λιθάρια τὰ μεγαλα· ποῦ υπάρχουν επάιο τῆς κουλτουρας κυρου ρωπέρτου παρίσι σίνορων· κακήθεν κατερχεται ης τὸν ρίαξ· και κατέρχεται ο ριαξ· δισικὸς ἄχρη ἡς τὴν ὁδὸν ὀθεν η ἔναρξης γέγονεν καὶ συγκλι ης την αὐτὴν ὁδὸν τὴν δισικὴν τὴν ησερχομένη καὶ εξερχομένην ης την πετρικαίλλαν· οθεν επέδοκαν καὶ παρίκους ιε΄· ὧν τᾶ ονόματα αὐτῶν εγράφισαν· ιωάνης της αρχώντισσας· πέτρος αδελφος αὐτοῦ· λεων κονδος· ιωαννης φιτίας· καὶ ψίλλος εξάδελφος αυτου· πετρος φλάυιας· καὶ υασιλειος κού-

† Sigillum factum a me Ioanne domino civitatis Aëtae. † Sigillum factum a me Matthaeo fratre ipsius. † Sigillum factum a me Clementia domina civitatis Aëtae. Mense martio, indictione I, anno 6706. Cum ego Ioannes praedictus dominus civitatis Aëtae una cum matre mea domina Clementia, et fratribus meis domino Matthaeo et domina Lucia, Deum adoraturus venissem in venerabile templum Prophetae Eliae; cumque ego et mater mea et fratres mei gratiam eiusdem Sancti, atque domini Dei in homines amorem noverimus, prout scriptum est in sancto Evangelio: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur; ego Ioannes dominus civitatis Aëtae dedi venerabili ecclesiae Prophetae Eliae, pro beatitudine et requie meorum parentum, et pro salute corporis mei et matris meae meorumque fratrum ac Dei amore, et donavi praedia cum nemore ubi sunt prope Petricellam, unde etiam confinia initium ducunt: ascendit (*finis*) iuxta rivum, nempe a via ingrediente et exeunte; ab oriente sunt finitima possessionibus venerabilis templi Prophetae Eliae; vadunt indidem iuxta rivum usque ad partem superiorem nemoris, et iunguntur confinio ecclesiae orientem versus, et inde procedunt inaequaliter, et descendunt in rivum a parte occidentali, et illinc flectunt et descendunt ad lapides maiores extantes supra culturam domini Roberti Parisi, et illinc etiam descendunt ad rivum, et vadit rivus ab occidente usque ad viam, unde incepimus, et clauduntur ad ipsam viam occidentalem, qua introitus et exitus ad Petricellam habetur. Donavi etiam quindecim villanos, quorum haec sunt nomina: Ioannes de Archontissa, Petrus frater eius, Leo Condus, Ioannes Phitias et Psillus eius patruelis,

παρης· ιωάννης τοῦ ούρσου· η πέδες ιωάννου τριμήκταρου· νικηφωρος χαγγέμης συν των ἀδελφων αυτου· πρεσβυτερος λεων πετρος καλόγερος· καὶ ερεμάχας· καὶ γεοργιος φιτίας· καὶ μουλες έγγων τοῦ κούπαρι· ομιὸς επιδιδῶ καὶ τὰ απελα που υπαρχονται ης το κατρίκιων· τὰ ἅπερ επεκράτει φίλ ν εκ την κόρτην ἀρυῆς υριτούνης· ὁμιος επιδόδό καὶ το μερος μου τὼν τρίων ἐλεων των μεδιαφερροντων ης τα υράτζάρια που έχο με τον ιωαννην απελουργον· ταύτα ἐπεδοκαν ης τὸν ναον του αγίου ηλιοῦ καὶ ης τον προέστὸν κυρον νίμφον· καὶ ης τοὺς μελλοντας εσεστὲ μοναχοὺς ης την μονην του αγιου ηλιοῦ· τουτο δε γέγονεν κατενοπιον τῶν εκίσε εὑρεθέντων αξὴοπιστων ἀρχοντων μαρτυρων ομίος πιῶ καὶ το μοναστηριον ἐλεύθερον παντελεύθερων· απο χηλοτὶκοῦ· καὶ από αρυατικοῦ· τοῦ μιδὰν ἐστὴν τολμερός· ουτε μκιστορ οὔτε στρατιγος· ουτε υεσκώμης· ουτε πλατζάρος τοῦ πιάσειν απο του πράγματος του μοναστηρίου τὸ ἡ-ὀνοῦν· ὴ μι ἐὰν κατὰντίσι ηνα λάβη ελεημοσίνην απο του μοναστηριου. καὶ ή τις φανὶ κατα τον τε το τιαυτὸν σιγιλλιον· ηνα ἐστι αναθεματιμένος παρὰ πατρὸς υιοῦ καὶ αγίου πνεύματος· καὶ η μερὴς αὐτοῦ μετα του ἡούδα· καὶ ζημηούτε καὶ το σόμαν αὐτού καὶ το πράγμαν· ης την εμην κόρτην· και γὰρ πρὸς περισσοτέραν πίστοσιν· καὶ ἀσφάλιαν· τι σινίθι ἡμῶν· κυρουούλλῶ υουλλώσας † ηὸσφρὲς πιτούνος μαρτυρ. † κοιστανιτίνος υιος νοταριου γαλατου μαρτυρ. † ροπερτος γατος μαρτυρ. † Ego Iohannes filius notarii de neocastro interfui. † ροπερτος συπέρκιας μαρτυρ. † γουλιελμος σκαλδέτος μαρτυρ. † ρογεριος ρυγίτου μαρτυρ. † κἀγὼ μαρία θιγατηρ κυρας κλιμεντζης καὶ λουκίας θιγατηρ της κυρας κλιμηντζης· τὰ ανοτερω γεγραμμενα στεργομεν καὶ επεκ ρου †

† εγράφη το παρὸν σιγγιλλον χιρι εμου γαλατου υἱοῦ νοταριου γεοργιου τοῦ απιχομένου· τι πρὸσταξι τοῦ πανευγενεστάτου ἡμων αυθεντου κυρου ιωαννου καὶ κυρου ματίου αδελφου αὐτοῦ· καὶ κυρας κλιμεντζης μητρος αυτων καὶ κυρας μαρίας θιγατρος αυτῆς καὶ κυρας λουκίας αδελφης αὐτῆς.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 99.)

Petrus Flavias et Basilius Cuparis, Ioannes de Urso, filii Ioannis Trimectari, Nicephorus Changemis cum eius fratribus, presbyter Leo, Petrus Calogerus, et Eremachas, et Georgius Phitias, et Mules nepos Cupari. Item trado vineas quae sunt ad Catricium, quas possidebat in feudum a Curia Arbes Britunes. Dono etiam partem meam trium olivetorum, quae exstant ad Bratzaria, eaque possideo cum Ioanne Apelurgo. Haec donavi ecclesiae S. Eliae eiusque praeposito domino Nympho et monachis successoribus in monasterio S. Eliae. Hoc vero factum est coram proceribus fide dignis, qui inibi interfuerunt. Item praedictum monasterium facio omnino liberum a lignagio et herbagio. Nemo autem audeat sive Magister, sive Strategus, sive Vicecomes, sive Plazarius surripere aliquid ex bonis monasterii, nisi acciderit ut quidquam pro eleemosyna a monasterio accipiat; et si quis insurrexerit contra hoc sigillum, anathemate percutiatur Patris, Filii et Spiritus Sancti, et pars eius sit cum Iuda, atque plectatur corporaliter et realiter a mea curia. Et ad maiorem fidem et securitatem consueta mea cerea bulla signavi. † Iosfridus Pitunus testis. † Constantinus filius notarii Galati testis. † Robertus Gatus testis. † Robertus Sipercias testis. † Gulielmus Scaldetus testis. † Rogerius Rhegites testis. † Ego Maria filia dominae Clementiae, et Lucia filia dominae Clementiae suprascripta probamus et confirmamus.

† Scriptum est praesens sigillum manu mei Galati filii quondam notarii Georgii de mandato illustrissimi domini nostri Ioannis, et domini Matthaei fratris eius, et dominae Clementiae eorum matris, et dominae Mariae eius filiae, et dominae Luciae sororis eius.

CCXLIV.

1198 — Indict. I — Nicoterae.

Irene cum filiis Leone et Sibilia vendit Rogerio Marrae duos hortulos positos in agro civitatis Nicoterae tarenis aureis triginta.

† σίγνον χειρός ηρίνης γυνής τοῦ απεχωμενου νοταρίου νϊκολάου ριγίνου † σίγνον χειρός λέοντος υιοῦ αυτῆς † συγνον χειρός σιβίλης θυγατρος αὐτῆς.

ἡμεῖς ι ανωτέρω ϊ τα σήγνα τοῦ τιμίου και ζωωποίου σταυροῦ εν τωδαὶ τῶ ὕφος ϊ ανωτερω ιχεία οιμῶν χειρὶ καθυπογραψαντες, αναλαμβανῶμαιθα καὶ πάσαν ενώχλησιν απο πάντων ανθρωπων ξένον τε καὶ ηδοίων τὶν παρούσαν ἐγγραφον ἁπλην εὐχάρηστον αμετάτρευτον και πληρεστατην διάπρασιν κυπουροίων τιθέμαιθα καὶ ποιοῦμεν εκουσήα οιμων βουλὴ καὶ γνώμη καὶ ηχεῖα πρωερέσι, τω οὐκ έκ τεινος το παράπαν ἀνάγκης ι βιας ι δόλου ϊ χλέβης ϊ ραδιουργίας, φάκτου αγνίας η της οίας οὖν περισταστεως, εκτός πάσης απηγωρευμενης ετήας, δι οῖς εν αλιθεια ομολογούμεν ημεις ϊ ανωτέρω εἰρινη μετὰ τῶν εμῶν τέκνων λεοντος και σιβίλιας, πεπρακέναι τα προσόν μας δύο κύποῦρηα ἅπερ ἔχωμεν ης τω κατω κάστρον νϊκοτέρου. τὸ ἐν ἔχωμεν εκ πατρικῆς υμων κληρωνωμίας και το ετερον ἔχωμεν αγωραν εκ τὸν ϊαννιον σκάνάπαίκον έκ τον παίδα και την γυνῆν αυτου, οπερ καὶ περηορίζωνται ούτος κπο μεν ανατολας τὸ ἄργον χωρον τῶν παίδων πρεσυυτέρου πέτρου λεοπάρδου, δύσεως τὸ ἄργον χωράφιον της δεσπότης και τ ολον έτερον, ἄρκτρου ὁ δρομος ο βασιληκὸς, μεσύνβρίας ο τοπος σου τοῦ κυρύ ρογερίου μαρρῆ και αγοράστόν, και συνκλῆ οσον καὶ ιον εστί, ταυτα τα προγραφέντα δύο κυπούρια, ἀτινα ὑπάρχει ἐν, πεπράκαμεν αυτὰ προς σὲ τὸν ἀρχοντα τὸν κυρύν ρογέριον μαρρῆ ης πληρεστάτην νώμῆν καὶ ανάφέρετον δεσποτήαν χωρὶς πάσης απηγωρεὐμένης ἡς χρισοὺν ταρία τριάκοντα ἄτηια λαβῶν εἰμεῖς απο χειρῶν σου τέλεια και ανελλοίπα, παρεδωκαμέν σοι την πάσαν αυθεντίαν και κυριότητα των τήοὗτων κυπουρίων, ϊνα ἔχης αὐτὰ ἡς οιδίαν σου εξουσίαν ἵνα απο την σίμερον ημέραν και ὥραν πουλήν χαρήζην ανταλλάττειν, και ἡς πρήκας τέκνον γράφειν ος τὸ κῦρος καὶ την εξουσίαν παρ ημων ιλοιφός, μὶ ἐνποδιζωμενος ϊ κωλοιῶμενος παρ οιμῶν μιτε παρά τινος, αλλ ὥστις δε φωραθῆ εναντιούν-

† Signum manus Irenes uxoris defuncti notarii Nicolai Rhegini. † Signum manus Leonis filii ipsius. † Signum manus Sibiliae filiae ipsius.

χωράφιον μαϊστρο γουλιέλμου τοῦ ἐγγλήσου· καὶ τὸ χωράφιον κώστα ξένου· ὡς δὲ μεσέμυρϊαν. τῆς αὐτῆς μονῆς, ἐκ τὴν ἀφιέρωσιν κυροῦ γουρέδου, καὶ χωράφιον λεγόμενον νικολάου τοῦ χαμμούρρη· καὶ συγκλείει· τὸ δὲ ἕτερον λαχίδιον τοῦ χωραφίου, ἐστὶν εἰς τὸ ἐνθάδε μέρος τοῦ ρύακος· καὶ ἔστιν ἡ υαθείουλη· καὶ συνωρειται οὕτως· κατὰ μὲν ἀνατολὰς ὁ παλαιὸς δρόμος· καὶ κατὰ δυσμᾶς, ὁ ρύαξ τοῦ υρυτοῦ, ἄκτρον. χωράφιον τῆς ἐπισκοπῆς. καὶ χωράφιον. ἐκ τῶν ἀπορίων τοῦ μακαρίου κυροῦ υαρθολομαίου πισσίουνη· ὡς δὲ μεσέμβρϊαν· χωράφιον ῥύπιον ἀπὸ τοῦ φοῖου τοῦ μακαρίου κυροῦ ρωγέρη υρουτζάνου. καὶ συγκλείει εἰς τὸν παλαιὸν δρομον, ταῦτα οὖν τὰ δηλωθέντα δύο λαχίδια τῶν χωραφίων. πέπρακα αὐτὰ πρὸς τὴν ῥηθεῖσαν μονὴν τοῦ χείουρι. καὶ εἰς τοὺς ἐν αὐτῇ ἀδελφούς. ὡς ἀπολαυῶν παρὰ τοῦ ἐν αὐτῇ εὐλαυεστάτου καθηγουμένου κυροῦ ματθαίου. καὶ παρὰ τῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν. τὴν συμφωνηθεῖσαν. καὶ ἀρεσθεῖσαν ἐν τὼ ἀναμεταξὺ ἡμῶν δικαίαν τιμὴν ὕπερ τῶν τοιούτων δύο λαχιδίων τῶν χωραφίων· ταρία ἐνιέα. ἅπερ λαυῶν ἀπὸ τῶν χειρῶν σας· εἰς τὰς ἐμὰς χείρας καὶ παντελῶς πληρωθέντες, καὶ μηδὲν ἀποχρεωστούμενοι· παραδέδωκα τὰ τοιαύτα δύο λαχίδια τῶν χωραφίων, καὶ τὴν δεσποτίαν αὐτῶν πρὸς τὴν ῥηθῆσαν ἁγίαν μονὴν. τοῦ ἐπέξουσίως ἔχειν αὐτὰ ἡ τοιαύτη μονὴ· ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας καὶ διήνεκεῖς χρόνους, τοῦ πουλεῖν, δωρεῖσθαι καὶ ἀντάλλάττειν, καὶ πάντα ποιεῖν ἐν αὐτοῖς, εἴ τι υούλεσθαι καὶ θέλεται, ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν δεσποτίαν παρ ἐμοῦ εἰληφῶτες, εἰ δὲ φανὼ ποτὲ καιρῷ ἢ χρόνω μεταμελὸς γίνεσθαι καὶ εἰς διαστροφὴν ἔλθω. ἢ ἐγὼ αὐτός. ἢ ἐμὸς διάδοχος ἢ κληρονόμος· ὄχλησιν ἢ ζήτησιν. ἢ ἐπερέασιν τοιν ἱανῶν ποιήσασθαι πρὸς τὴν λεχθῆσαν μονὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων δύο λαχιδίων τῶν χωραφίων, καὶ οὐκ ἴσταμαι μᾶλλον. διέκδικῶν αὐτὰ πρὸς τὴν ῥηθεῖσαν μονὴν ἐκ παντὸς ἐναντιουμένου· ἵνα ζημιοῦμαι πρὸς τὴν μονὴν. τὰς τιμᾶς καὶ ἀναλώσεις εἰς τὸ δυπλοῦν, ὑπὲρ δὲ παραβασίας τοῦ τιμίου σταυροῦ· οὗ εἰκειοχείρως μοῦ ἔπιξα, ἵνα ζημιοῦμαι εἰς τὸ δημώσιον χρυσίου ὀγκείαις δώδεκα· εἰθ οὕτως, ἀσάλευτον μένειν τὴν τοιαύτην πράσιν εἰς αἰώνας ἥτις ἐγράφη. ἐπὶ τῆς εὐσεβοῦς καὶ φιλοχρίστου υασιλείας τοῦ κραταιωτάτου δεσπότου ἡμῶν φερδερήκου ῥηγός. χειρὶ θεοδώρου εὐτέλους νοταρίου κατα ἐπϊτροπῆς τοῦ εὐλαυεστάτου ἐπϊσκόπου ἡμῶν

et clauditur. Portio vero altera praedii extat in eadem parte rivi, et parva vallis est, cuius fines sunt: ab oriente via vetus; ab occidente rivus Briti; a septentrione praedium episcopii, et praedium emphyteuticum defuncti domini Bartholomaei Pissiuni; ad meridiem vero praedium rypium ex feudo beatae memoriae domini Rogerii Brutzani; et clauditur in via vetere. Has igitur descriptas duas partes praediorum vendidimus dicto monasterio de Chiure, et eius fratribus, accepto a religioso ipsius praeposito domino Matthaeo et ab eiusdem fratribus iusto pretio tarenorum novem inter nos convento et placito pro huiusmodi duabus partibus praediorum; quos cum accepissemus a tuis in nostras manus et omnino satisfactum nobis esset, nec quidquam solvendum superesset, tradidimus praefatas duas partes praediorum, et dominium ipsarum dicto sancto monasterio cum potestate habendi easdem ab hodierna die in omne futurum tempus, vendendi, donandi, permutandi, et faciendi de iis omnia quae voluerit et illi placuerit, utpote quod dominium et auctoritatem a me accepit. Si qua vero occasione vel tempore me poenituerit, et venditionem evertere voluero, vel ego ipse, vel meus successor vel heres, et molestiam aut quaestionem aut qualecumque damnum dicto monasterio intulerimus de his duabus partibus praediorum, et non potius obstitero ac defendero easdem dicto monasterio contra quemvis adversarium, mulcter duplo pretii et expensarum, et pro violatione honorabilis crucis, quam propria mea manu exaravi, solvam Fisco uncias auri duodecim. Et sic immutabilis deinceps maneat praesens venditio in secula. Quae scripta fuit sub pio et christiano regno potentissimi domini nostri regis Frederici, manu Theodori humilis notarii, ad requi-

κυροῦ βερνάρδου· ἐπὶ ἔτους ϛψιθ'· ἰαννουαρίου μηνὸς τῆς ἰνδικτιῶνος ιδ'. παρουσία τῶν ἀξιοπίστων μαρτύρων.

† ρουπερτος χρισολέμος μαρτυρ υπεγραψα.

† νικολαος κουσκούντης, μαρτυρ ὑπέγραψα.

† κώνσταις ξένος μαρτυρ ὑπέγραψα.

† ιωαννης υιος νοταριου ανδρεου ριτζουτου μαρτυρ υπεγραψα οικεια χειρὶ.

† ὀρλάνδος δε πέκκηλο. μαρτυρ ὑπέγραψα τὸν σταυρον.

sitionem religiosissimi nostri episcopi Bernardi, anno 6719, mense ianuario, indictione XIV, in praesentia testium fide dignorum.

† Robertus Chrysolemus testis subscripsi.

† Nicolaus Cuscunis testis subscripsi.

† Consta Xenus testis subscripsi.

† Ioannes filius notarii Andreae Ritzuti testis subscripsi propria manu.

† Orlandus de Peccilo testis subscripsi crucem.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 116.)

CCLXIII.

1213 — Mense Martio — Indict. I — Agriotherae.

Presbyter Nicolaus Zermoniotus eiusque filius Ioannes vendunt monasterio S. Stephani de Nemore praedium positum in agro S. Phantini tarenis aureis quatuor et viginti.

† σίγνον χειρὸς παπᾶ νικολάου ζερμονιώτου· † σίγνον χειρὸς ἰωάννου υἱοῦ αὐτοῦ. ἀναλαμβανόμενου καὶ οἰκίους ἀδελφοὺς ἡμῶν ἰδίους τέκνα καὶ κληρονόμους. καὶ ἑτέραν πᾶσαν ὀχλησίν.

† ἐπειδήπερ ἡμεῖς οἱ ἀνωτέρω γεγραμμένοι οἱ τὰ σίγνα τῶν τιμίων καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν. οἰκίαις ἡμῶν χερσὶν καθυπογράψαντες· ἐν τῷδε τῷ ὑφει ἑκουσίως καὶ ἀμεταμελήτως· δύχα πᾶσης βίας τε καὶ ἀνάγκης· καὶ παντὸς ἀπηγορευμένου τρόπου· δήλονὅτι πεπράκαμεν προς σὲ· τὴν σεβασμίαν μονὴν τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος τοῦ χριστοῦ καὶ ἀρχιδιακόνου στεφάνου τοῦ ὅρους τῶν ἐρημήτων ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ἐλαίων· τῶν ἅπερ ἐγκέντρισα εἰς τὰ διακρατήματα τοῦ ἁγίου φαντίνου καὶ σὴν δεσποτίαν· ἤγουν ἀπὸ τοῦ μυραδίου μου· μέρος· ὃ καὶ περιορίζεται οὕτως· ἀπὸ μὲν ἀνατολᾶς· σύνορον ἡ εἴσωδος τοῦ ὕδατος καὶ σύνορον τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ὅπερ καὶ ἐναπομένει εἰς τὰς ἡμετέρας χείρας· εἰς καμάτευσιν· ἀπὸ δὲ δύσεως σύνορον ὁ ποταμός· ὁμοίως καὶ ἀπὸ ἄρκτρου· σύνορον σοῦ τῆς σεβασμίας μονῆς· τῆς ἀγοραζούσης· τὸ ἅπερ ἐπικράτουν εἰς καμάτευσιν πετὲ καιρῶ οἱ χάροντες· καὶ ἀπὸ νότου σῆς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ὁμοίως· καὶ σύνκλύει· ὁλικῶς καὶ ἐξ ολοκλήρως· τὸ ποτιστικὸν ὅσον ἐστὶν· σὺν τῶν ἐν αὐτῶ ἐλαίων καὶ ἀππίδων· καὶ ἡ τι δ αν εἰσὶν· ἐπαραλάωμεν δε τὴν δικαῖαν αὐτοῦ τιμὴν ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν τῆς μονῆς· τὴν ἐν

† Signum manus presbyteri Nicolai Zermonioti. † Signum manus Ioannis filii ipsius, qui nomine quoque nostrorum fratrum, filiorum et heredum in nos omnem molestiam suscipimus.

† Nos suprascripti, qui signa venerabilis et vivificae crucis propriis manibus exaravimus in hoc instrumento, voluntaria et immutabili deliberatione, citra omnem vim et necessitatem, et quemlibet prohibitum modum vendidimus nimirum tibi venerabili monasterio Eremitarum sancti Protomartyris Christi et Archidiaconi Stephani de Nemore Eremitarum ex nostris oleis, quas insevimus in pertinentiis sancti Phantini tuaque dominatione, eas quae in portionem nobis obvenerunt, et hisce finibus continentur: ab oriente est finis ingressus aquae, et praedium ecclesiae, quod remanet in nostris manibus ad culturam; ab occidente autem est flumen; et item a septentrione confinium tui ipsius venerabilis monasterii emptoris, quod olim possederunt ad culturam Charontes; a meridie bona tuae sanctae ecclesiae; et clauduntur. (*Hoc praedium*) irriguum integrum ac totum vendidimus, quantulumcumque est, cum oleis inibi consitis et pyris, et si quid praeterea in eo occurrit. Accepimus vero iustum eius pretium a fratribus monasterii, quod nobis vicissim placuit, tarenos aureos quatuor et viginti integros, nec quidquam imminutos. Et hos cum accepissemus

τῶ ἀναμεταξὺ ἡμῶν ἀρεσθήσαν χρυσοῦν παρία εἴκωση καὶ τέσσερα· σωὰ καὶ ἀνέλοιπα· καὶ ταῦτα λαυῶτες ἡμεῖς ἀπὸ χειρῶν τῶν τῆς μονῆς ἀδελφῶν ὡς προέφημεν· πεποιήκαμέν σοι τελείαν καὶ πληρεστάτην διάπρασιν· τοῦ ἔχειν σε τὶς δηλωθήσες ἐλαίες καὶ ἀππιδίες· ὅς εἰσὶν εἰς τὸ ποτιστικόν· ἀπὸ τοῦ νὺν καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας χρόνους· εἰς ἅπασάν σου ἐξουσίαν καὶ κυριώτητα· πολεῖν χαρίζειν ἀνταλλάττειν· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν· τοῦ ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ· ἤ τι καὶ βούλη· ὅσα καὶ ὁ θεῖος νόμος· τοῖς οἰκίοις δεσπόταις παρακελεύεται· ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἡμῶν εἰληφοῦσα· μὴ κολυομένη· ἢ ἐμποδιζομένη παρά τῖνος· ἀλλ' ἡ μὲν ποτὲ καιρῶ ἡ χρόνω ἀναφύει ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου μέρους τὶς διενοχλῶν τὴν σὴν δεσποτίαν εἰς τὸ προλεχθὲν τόπον καὶ ἐλαίες καὶ ἀππιδίες· καὶ ἤ τι δ ἂν εἰσὶν εἰς τὸ ποτῖστικόν· ἱστασθαι ἡμᾶς· τοῦ διηφενδεύειν καὶ διεκδικὰν αὐτὰ πρὸς σέ· καὶ ἀνενόχλητόν σε ποιεῖν ἀπο παντὸς προσώπου· ξένου τε καὶ ἰδίου· ἳ δ οὗ μὴ σταθῶμεν καὶ διεκδικήσωμεν αυτὰ πρὸς σέ· ἀλλὰ μάλλον εἰς ἀποστροφὴν βουληθώμην ἐλθεῖν· ὁμολογοῦμεν· οἰκείω ἡμῶν στόματι· τοῦ στρέφειν πρὸς σὲ τῶ τίμημα τῶ δηλωθὲν τοῦ δυπλοῦ· καὶ ἤ τι κώπους καὶ ἐξωδους ἐπιδείξῃς ἐν τριπλῶ· καὶ ὑπὲρ παράβασεως τῶν τιμίων καὶ ζοωποιῶν σταυρῶν· ζημιούσθαι ἡμᾶς καὶ ἐν τῶ δεσποτικῶ σαγκελλιω· νομίσματα ἕξε καὶ τριάκωντα· ὡς δεῖ τοῖς ἀρνηταὶς· τῶν ἰδίων ἐγγράφων· εἰ ὀυτω στέργεσθαι καὶ ἐμμένειν τὴν παροῦσαν διάπρασιν πρὸς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν καὶ εἰς τοὺς ταύτα προεστοὺς στεραιὰν βεβαῖαν καὶ ἀπαρασάλευτον· ἄχρι στάσεως κόσμου ὅθεν καὶ ἐγράφησαν. οἱ μὲν τίμιοι σταυροῖ· χειρὶ τῶν πεπρακώτων· τὸ δὲ ὅλον ὑφος χειρὶ ἐμοῦ εὐτελοῦς νικήτου ἀνάγνωστοῦ καὶ ταβουλαρίου χώρας ἀγριωθήρας· ἐν μηνὶ μαρτίω τῆς ινδικτιῶνος α'· τοῦ ἔτους ϛψκα'· ἐνώπιον αξιωλόγων καὶ ἀξιοπίστων μαρτύρων.

† ο ευτελης πρεσυητερος γριγόριος μανδήλης μαρτυρ. † ιωάννης μανδήλης τὰ ανωτέρω μαρτυρω. † ἰωάννης τυποτερητῆς μαρτυρ υπεγραψα. † ιωαννης κονδολέων μαρτυρ. † ὁ ευτελης πρεσβυτερος σέργιος ὢ ἀπο χωρας ἱεραχος μαρτυρ.

† ὁ εὐτελὴς νικητας ἀναγνωστῆς καὶ ταβουλαριος ἀγριοθήρας. τὴν παροῦσαν πράσιν ἔγραψα καὶ ἐκύρωσα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 117.)

a manibus fratrum monasterii, ut praediximus, fecimus tibi perfectam plenissimamque venditionem, ut habeas ipsas oleas et pyros, prout extant in agro irriguo, ab hodierna die in omne futurum tempus, cum omni potestate et arbitrio tibi delato vendendi, donandi, permutandi, et ne plura dicam, faciendi ex eo quidquid volueris, et sacra lex propriis dominis permittit, utpote quod dominium et facultatem a nobis accepisti, nec prohibearis aut impediaris ab aliquo. Si qua vero occasione vel tempore apparuerit aliquis ex parte nostra molestiam illaturus dominio tuo in antedictum praedium, et oleas et pyros et quidquid aliud sit in memorato praedio irriguo, nos antestabimus, ut ea pro te tueamur ac defendamus, teque cuiusvis molestiae expertem a quacumque persona extranea vel propinqua praestemus. Quod nisi obstiterimus eaque tibi defenderimus, sed potius subvertere huiusmodi venditionem voluerimus, assentimur proprio nostro ore reddere tibi duplum pretium antedictum, et, quidquid laborum et expensarum pertulisse ostenderis, in triplum, ac propter violationem venerabilis et vivificae crucis mulctari Fisco regio numismatis sex et triginta, ut plecti oportet inficiatores suarum scripturarum; et nihilominus praesens venditio pro sancta ecclesia eiusque praepositis maneat firma, stabilis et inconcussa usque ad finem mundi. Quare scriptae sunt venerabiles quidem cruces manu venditorum, totum vero instrumentum manu mei humilis Nicetae lectoris et tabularii terrae Agriotherae, mense martio, indictione I, anno 6721, coram probis et fide dignis testibus.

† Humilis presbyter Gregorius Mandilas testis. † Ioannes Mandilas supradicta testor. † Ioannes Topoterites testis subscripsi. † Ioannes Condoleo testis. † Humilis presbyter Sergius civitatis Hieracensis testis.

† Humilis Niceta lector et tabularius Agriotherae praesentem venditionem scripsi et roboravi.

CCLXIV.

1213 — Mense Martio — Indict. I — Agriotherae.

Anna uxor demortui Ioannis Cypri eiusque filius Nicolaus vendunt monasterio S. Stephani de Nemore praedium positum in regione Agriotherae aureis tarenis octo.

† σίγνον χειρὸς ἄννης γυνῆς τοῦ ἀπηχωμένου ἰωαννου κυπροῦ † σίγνον χειρὸς νικολάου υἱοῦ αὐτῆς. ἀναλαμυανόμενοι τοὺς ἰδίους ἡμῶν ἀδελφοὺς καὶ κληρονόμους καὶ ἑτέραν πάσαν ὄχλησιν. ἐπειδήπερ ἡμεῖς οἱ ἀνωτερω προγραφέντες οἱ τὰ σίγνα τῶν τιμίων καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν. οἰκίαις ἡμῶν χερσὶν καθυπογράψαντες· ἐν τωδε τῷ ὑφει ἑκουσίως καὶ ἀμετάμελήτως· δύχα πάσης βίας τε καὶ ἀνάγκης· καὶ παντὸς ἀπηγωρευμένου τραπου δήλονότι πεπράκαμεν πρὸς σέ τὴν σεβασμίαν μονὴν τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος. καὶ ἀρχιδιάκωνου στεφανου τοῦ ὅρους· τὸ ἡμέτερον χωράφιον· τὸ ἅπερ ἔχωμεν ἐκ πατρικῆς ἡμῶν κληρονομιας. τὸ ὄντα καὶ διακείμενον ἐν τῇ διακρατήσει χώρας ἀγριωθηρας εἰς τὴν τοπωθεσίαν τῆς καστανιᾶς. περιοριζόμενον δὲ ουτως. ἀπὸ μὲν ἀνατολᾶς. σύνορον χωραφίου τοῦ πρεσβυτέρου γρηγορίου μανδήλη τὸ ἅπερ ἐπικρατεῖ ἐκ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν τοῦ σοτηριου πατρὸς ἡμῶν φαντινου. ἀπὸ δὲ δύσεως ἡ πριονία ἡμετέρα· ὁμοίως καὶ ἀπὸ ἄρκτρου. ὁ ῥίαξ· κατὰ δὲ νότου· σύνορον σοῦ τῆς σεβασμίας μονῆς· τὸ ἅπερ ἔχεις ἀγοράν ἐκ τὸν ιωάννην μανδηλην· καὶ συνκλήει· ὁλικῶς καὶ ἐξολοχλήρως· σὺν τῶν ἐν αὐτῶ ἡμεροδένδρων πάντων ἐπαραλαβομεν δε τὴν δικαῖαν αὐτοῦ τιμὴν ἀπὸ σοῦ· τὴν ἐν τῶ ἀναμεταξὺ ἡμῶν ἀρεσθήσαν· χρυσοῦν ταρία ὀκτῶ· σωὰ καὶ ἀνέλοιπα. καὶ ταῦτα λαυῶτες ἡμεῖς ἀπὸ χειρῶν τοῦ ἀδελφοῦ τῆς μονῆς· λέγω δὴ τοῦ φρέρε γουλιέλμου. ἐνώποιον μαρτύρων· πεποιήκαμέν σοι τελείαν καὶ πληρεστάτην διάπρασιν· τοῦ εχειν σε τῶ δηλωθὲν χωραφιον· καὶ τὰ ἐν αὐτῶ ἡμεροδένδρα· ἀπὸ γε του παρόντος· καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς χρονους· εἰς ἅπασάν σου ἐξουσίαν καὶ κυριωτητα· πολεῖν χαρίζειν ἀνταλλάττειν· καὶ ἐν προιξὶν ἰδίοις καθυπογράψαι· καὶ ποιεῖν σε εἰς αὐτὸ ἥτι καὶ βούλη· ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ημῶν ειληφοῦσα· μὴ κωλυομένη· ἢ ἐμποδιζομένη παρά τίνος· ἀλλ' ἢ μὲν ποτὲ καιρῶ· ἢ χρόνω ἀναφύει· τὶς διενοχλῶν τὴν ἁγίαν ἐκκλησιαν καὶ τοὺς ταύτης προιστοῦς· ἱστασθαι ἡμᾶς τοῦ διηφενδεύειν καὶ διεκδικὰν αὐτὰ πρὸς

† Signum manus Annae uxoris defuncti Ioannis Cypri. † Signum manus Nicolai filii eius, qui nomine quoque nostrorum fratrum et heredum suscipimus in nos omnem molestiam. Nos suprascripti, qui signa venerabilis et vivificae crucis propriis manibus nostris exaravimus in hac chartula, sponte, irrevocabiliter, sine ulla vi et necessitate, et quovis prohibito modo, vendidimus tibi venerabili monasterio sancti Protomartyris et Archidiaconi Stephani de Nemore praedium nostrum, quod habemus ex paterna nostra hereditate, situm et positum in agro civitatis Agriotherae, in loco dicto Castania, hisce circumscriptum confiniis : ab oriente conterminum est praedium presbyteri Gregorii Mandilae, quod possidet a sancta ecclesia servatoris nostri patris Phantini ; ab occidente serra nostra ; item a septentrione rivus ; a meridie vero confinium tui venerabilis monasterii, quod emisti a Ioanne Mandila, et clauditur totum et universum, una cum arboribus fructiferis in eo extantibus. Accepimus vero a te iustum ipsius pretium inter nos conventum, tarenos octo aureos integros et non imminutos, et his acceptis a manibus fratris monasterii, nempe a fratre Gulielmo, coram testibus, fecimus tibi perfectam et plenissimam venditionem, ut habeas antedictum praedium, et arbores fructiferas in eo extantes, iam nunc et in futurum tempus, in plena tua potestate et dominio, vendas, dones, permutes et in dotem filiarum scribas, et facias de eo quidquid volueris, utpote qui ius et facultatem a nobis accepisti, neque impedimentum vel obstaculum a quovis habeas. Quod si aliqua occasione vel tempore quisquam molestiam sanctae ecclesiae et eius praepositis apparuerit il-

σὲ καὶ ἀνενόχλητόν σε ποιεῖν· ἀπὸ παντὸς προσώπου· ξένου τε καὶ ἰδίου· ἰ δ οὖ μη σταθῶμεν καὶ διεκδικήσωμεν αὐτὸ πρὸς σέ· ἄλλ εἰς μεταμέλειαν ἐπαναστροφῆς βουληθῶμεν ἐλθεῖν· ὁμολογοῦμεν οἰκίῳ ἡμῶν στόματι· τοῦ στρέφειν προς τὴν ἁγίαν ἐκκλησιαν· τῷ δηλωθὲν τίμημα τοῦ δυπλοῦ· καὶ ἡ τι κωπους καὶ ἐξώδους καὶ βελτιώσεις ἐπιδείξῃς ἐν τριπλῷ καὶ ὑπὲρ παραβάσεως τῶν τιμίων καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν· ζημιοῦσθω ἡμᾶς καὶ ἐν τῷ δεσποτικῷ σαγκελλίω· νομισματα ἕξε καὶ τριάκωντα· ὡς δεῖ τοῖς ἀρνηταὶς τῶν ἰδίων ἐγγράφων· εἰθ οὕτω στέργεσθαι καὶ ἐμμένειν τὴν παροῦσαν καθαρᾶν διάπρασιν. πρὸς τὴν ἁγίαν ἐκκλησιαν· στερκιὰν βεβαῖαν καὶ ἀπαρασάλευτον· ἄχρι στασεως κόσμου· ὅθεν καὶ ἐγραφησαν οἱ μὲν τίμιοι σταυροῖ χειρὶ τῶν πεπρακώτων· τὸ δὲ ὅλον ὕφος χειρὶ ἐμοῦ εὐτελοῦς νικήτου ἀναγνωστοῦ καὶ ταβουλαριου χωρας αγριωθηρας ἐν μηνι μαρτίω· τῆς ινδικτιωνος πρώτης· τοῦ ἔτους ϛψκα' ἐνώποιον ἀξιολόγων καὶ ἀξιοπίστων μαρτύρων.

† εὐτελῆς πρεσβύτερος γρηγόριος μανδηλης· τὰ ἀνωτέρω μαρτυρῶ. † παπᾶς νικολαος ζερμονιωτης τὰ ἀνωτέρω μαρτυρῶ. † ιωάννης κονδολεων τά ανωτέρω μαρτυρῶ. † ἰωάννης μανδήλης τὰ ἀνωτέρω μαρτυρῶ. † ἰωάννης τυποτερητῆς τὰ ἀνωτέρω μαρτυρῶ. † εὐτελὴς πρεσβύτερος σέργιος ὁ ἀπο χωρας ἱέρακος μαρτυρ.

† ὁ εὐτελῆς νικητης ἀναγνωστῆς καὶ ταβουλάριος ἀγριωθήρας τὴν παροῦσαν διάπρασιν ἔγραψα καὶ ἐκυρωσα.

laturus, nos obstabimus, te defendemus, ipsumque vindicabimus, et illaesum te praestabimus ab omni persona extranea vel propinqua. Nisi autem obstiterimus et asseruerimus tibi (*memoratum praedium*), sed nos venditionis poenituerit, et eam subvertere voluerimus, declaramus ex proprio ore nos reddituros sanctae ecclesiae antedictum pretium in duplum, et labores, expensas ac melioratione, si quas fecisse ostenderis, in triplum; atque pro violatione honorabilis et vivificae crucis mulctemur etiam Fisco regio numismatis sex et triginta, uti par est mulctari inficiatores suarum scripturarum. Et nihilominus firma, valida, stabilis et inconcussa sanctae ecclesiae permaneat pura haec venditio usque ad finem mundi. Quapropter descriptae sunt honorabiles cruces manu venditorum, et totum instrumentum manu mei humilis Nicetae lectoris et tabularii civitatis Agriotherae, mense martio, indictione I, anno 6721, coram probis et fide dignis testibus.

† Humilis presbyter Gregorius Mandilas quae supra testor. † Presbyter Nicolaus Zermoniotes quae supra testor. † Ioannes Condoleo quae supra testor. Ioannes Mandilas quae supra testor. † Ioannes Topoterites quae supra testor. † Humilis presbyter Sergius de civitate Hieracii testis.

† Humilis Niceta lector et tabularius Agriotherae praesentem venditionem scripsi et roboravi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.°118.)

CCLXV.

1213 — Mense Aprili — Indict. I — Agriotherae.

Nicolaus Calceus, Theodotus eius frater, aliique vendunt tarenis quinque monasterio S. Stephani de Nemore quasdam arbores extantes in praediis eiusdem monasterii loco dicto Ozomeno ad Mauropegum.

† σίγνον χειρὸς νικολαου καλκένου † σίγνον . . . . . † σίγνον χειρὸς θεοδοτου αδελφοῦ τοῦ προγραφεντος νικολάου. (ἀναλαμβανόμενοι ἰδίους ἡμῶν ἀδελφοὺς καὶ κληρονόμους· καὶ ἑτέραν πασαν ὄχλησιν. † ἐπειδηπερ ἡμεῖς οἱ ἀνοτέρω (γεγραμμένοι οἱ τὰ σίγνα τῶν) τιμίων καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν· οἰκίαις ἡμῶν χερσὶν καθύ-

† Signum manus Nicolai Calceni. † Signum . . . . . † Signum manus Theodoti fratris praedicti Nicolai, qui nomine quoque nostrorum fratrum et heredum in nos omnem molestiam suscipimus. Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivificae crucis propriis nostris manibus exaravimus in hoc instrumento, sponte

πογρά(ψαντες ἐν τῶδε) τῷ ὕφει κουσίως καὶ ἀμεταμελήτως. δύχα πᾶσης βίας τε καὶ ἀνάγκης· καὶ παντὸς ἀπηγωρευμμένου τροπου· δήλονότι πεπράκαμεν πρὸς σέ τὴν σεβασμιαν μονὴν τοῦ ἁγίου πρωτομαρτυρος τοῦ χριστοῦ καὶ ἀρχιδιακόνου στεφάνου τοῦ ὅρους τῶν ἐρημήτων τὲς ἡμετέραις ἐλαιαις καὶ ἀππίδαις· καὶ ἡ τι δ ἀν εἰσὶν· τὰ ἅπερ ἐλεοκωπηρεν ὁ πατηρ ἡμῶν εἰς τὰ σὰ δίκαια κρατήματα· εἰς τὴν διάκράτησιν τῶν ἀγριωθηρων· εἰς τὴν τοπωθεσιαν τοῦ ὀζομένου· εἰς τόπον λεγόμενον τοῦ μαυροπήγου ὁλικῶς καὶ ἐξολοκλήρως ἐπαραλάυωμεν δε τὴν δικαῖαν αὐτοῦ τιμὴν ἀπο τοῦ σοῦ ἀδελφοῦ· ἡγουν τοῦ φρερου γολιελμου· τὴν δηλοθήσαν τἰμὴν αὐτοῦ· ταρία πεντεσωὰ καὶ ἀνέλοιπα καὶ ταυτα λαυωτες ἡμεῖς ἀπὸ χιρῶν αὐτοῦ εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας ἐνώπιον μαρτυρων· πεποίηκαμέν σοι τελείαν καὶ πληρεστατην· διάπρασιν τοῦ ἔχειν σε αυτᾶ· ἀπό γε τοῦ παρόντος· καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς χρόνους· εἰς σὴν ἐξουσίαν καὶ κυριωτητα τοῦ ποιεῖν σε ἐξ αὐτῶν ἡ τι καὶ βούλει. ἡ δὲ ποτε καιρῶ ἢ χρόνω φανεῖ δηενοχλῶν σε τὶς τες δηλωθεισαις ἔλαιαις καὶ αππιδαις· καὶ χωραφιον ὅσον ἐστιν τὸ μοιράδιόν μας ἱστασθαι ἡμᾶς τοῦ διὴφενδεύειν καὶ διεκδικᾶν αὐτὰ πρὸς σὲ καὶ ἀνενόχλητόν σε ποιεὶν ἀπὸ παντος προσωπου· ξένου τε καὶ ἰδίου ἰ δ οὗ μὴ σταθωμεν καὶ διεκδικήσωμεν ταύτα πρὸς σέ· ἀλλ εἰς μεταμέλιαν ἐπαναστροφῆς βουληθῶμεν ἐλθεῖν· ὁμολογουμεν (οἰκίω στόματι) ἡμῶν· τοῦ διηφενδεύειν καὶ διἐκδικᾶν (αὐτὰ πρὸς σὲ·) καὶ ἀνενόχλητόν σε ποιεὶν ἀπὸ (παντὸς προσώπου ξένου τε καὶ ἰδίου) τοῦ στρέφειν τῶ τίμημα τοῦ δυπλοῦ καὶ ὅσους (ἐξόδους καὶ βελτιώσεις ἐπιδείξῃς) ἐν τριπλῶ· καὶ ὑπὲρ παραυασεως τῶν τιμίων καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν· ζημιοῦσθαι ἡμᾶς ἐν τῶ δεσποτικω σαγκελλίω νομισματα ἓξ καὶ τριάκωντα· ως δεῖ τοῖς ἀρνηταις τῶν ἰδίων ἐγγράφων· εἰθ ούτω στέργεσθαι καὶ ἐμμενὶν τὴν παροῦσαν διαπρασιν· στεραιᾶν βεβαίαν καὶ ἀπαρασαλευτον· ἄχρι τερματων αἰώνων· οθεν ἐγραφησαν· οἱ μὲν τίμιοι σταυροι χειρὶ των πεπρακωτων· τὸ δὲ ὅλον ὕφος χειρὶ ἐμου εὐτελοῦς νικητου ἀναγνωστου καὶ ταβουλαρίου ἀγριωθηρων ἐν μηνὶ ἀπριλίω τῆς ινδικτιωνος α': τοῦ ἔτους ϛψκα' ἐνωπιον ἀξιολόγων καὶ ἀξιοπιστων μαρτυρων † νικόλαος φαρακλὸς παρεβρεθεῖς μαρτυρῶ. † πέτρος κονδὸς μάρτυρῶ. † βασιλειος υἱὸς ἀνδρέου πάστοπου μαρτυρω. † ἰωάννης κονδολεων μαρτυρῶ.

et irrevocabiliter, sine ulla vi et necessitate, et quavis prohibita ratione, vendidimus tibi venerabili monasterio Eremitarum sancti Protomartyris Christi et Archidiaconi Stephani de Nemore nostras oleas et pyros et quidquid aliud extat, quod parens noster excoluit in praediis, quae iure ad te pertinent, in territorio Agriotherae, in loco dicto Ozomeno ad Mauropegum, totum et universum, et accepimus iustum et conventum ipsius pretium a tuo fratre, scilicet a fratre Guliehmo, tarenos quinque integros et non imminutos. Quibus acceptis a suis in nostras manus coram testibus, tibi fecimus perfectam et plenissimam venditionem, ut ea habeas amodo et in omne aevum in tua potestate et dominio, cum facultate faciendi de iis quidquid volueris: sin autem quacumque occasione vel tempore quis molestiam tibi inferat quoad dictas oleas et pyros et praedia, quanta est portio nostra, nos antestabimus et defendemus, eaque tibi adseremus, et illaesum te tuebimur ab omni persona extranea vel propinqua. Nisi vero obstiterimus, nec ea tibi defenderimus, sed poenitentia ducti huiusmodi venditionem subvertere voluerimus, declaramus proprio ore nostro tibi ea defendere ac tueri, et illaesum te praestare ab omni persona extranea vel propinqua, ac solvere pretium duplum, et, quantum laboris et expensarum et meliorationum pertulisse ostenderis, in triplum, atque pro violatione honorabilis ac vivificae crucis regio Fisco numismata sex et triginta, ut aequum est mulctari inficiatores suarum scripturarum. Et sic firma, valida, stabilis et inconcussa permaneat praesens venditio usque ad finem seculorum. Quare scriptae sunt honorabiles quidem cruces manu venditorum, totum vero instrumentum manu mea humilis Nicetae lectoris et tabularii Agriotherae, mense aprili, indictione I, anno 6721, coram probis et fide dignis testibus. † Nicolaus Faraclus testis interfui. † Petrus Condilus testor. † Basilius filius Andreae Pastopi testor. † Ioannes Condoleo testor.

† ὁ εὐτελῆς νικήτας ἀναγνωστης καὶ ταβουλάριος ἀγριωθήρων τὴν παροῦσαν πράσιν ἔγραψα καὶ ἐκύρωσα ἴδια μου χειρί.

† Humilis Niceta lector et tabularius Agriotherae praesentem venditionem scripsi et roboravi propria manu mea.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 119.)

CCLXVI.

1213 — Mense Decembri 7 — Indict. II — Catacii.

Maria uxor quondam Petri Malasaberi una cum suis filiis vendit Ceritziae praedium positum in agro civitatis Catacii loco nuncupato Pyrgelle prope litus aureis tarenis duobus et quinquaginta.

† σίγνόν χειρός μαρίας, ὑ ποτε γυνη κυρού πέρρι μαλασαβερόυ † σίγνόν χειρός ἀνττιόχειας θυγατρος αὐτῆς † σίγνόν χειρός ιωάννου ὑϊου αὐτῆς † σίγνόν χειρός ϊορδάνοῦ ὑϊοῦ αὐτῆς· ἐν ονόματι του πατρός· καὶ τοῦ ὑϊού καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἡμοὶς ἡ ἀνωτέρω γεγραμμένοι ὁ το σίγνόν τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ ἡκειοὶς δακτύλοις ἡμῶν χαράξαντες, τὴν παροῦσαν ἔγγραφόν, ἀποχὴν, ἀποταγὶν καὶ τελείαν πράσιν, ἑκουσία ἡμῶν τη γνόμη, καὶ ἡκειά τη προὶρέσει, καὶ οὐκ ἔκ τινός το παράπαν ἀνάγκεὶς, ἡ χλευεῖς, η δόλου, ἡ ἀπάτης, εἶ ὦσα τοὶς νόμοις, εἶσὶν ἀπηγορευμένα, ἀλλά σὺν προθυμία ἡμῶν πάση, καὶ ὁλωψύχω προθέσει, ἀρεσθωτες τυθώμεθὰ καὶ πουλόμεν προς σε τὴν κυράν κερίτζηαν, τὴν ἀδελφὴν πρεσβυτέρου ἰωάννου τοῦ ὁτοῦ, καὶ κανωνοΐκου, τῶ ὄντα καὶ διακείμενον, ἐν τῆς χοροτοπιοῖς, πόλεως καταντζαρίου, εἰς τό ἐγιάλον, εἰς τοπόν ἐπιλεγώμενον πυργέλλην· σινορίται δε οὗτος, κατὰ μὲν ἀνατολάς ὑπάρχει το χωράφιον ιωάννου ἁγίου λεανδρου, καὶ κατα ἄρκτοῦ, καὶ κατὰ δησμού τὰ χωράφια τοῦ πελεγρίνου, καὶ ἐμοῦ ἀδελφού, ὁ καὶ ὑϊὸς πρεσβυτέρου ιωάννου γαρίνου, καὶ κατὰ μεσιμβρίας το χωράφιον. σοῦ τὴς ἀγῶρᾶστριάς, καὶ σὺνκλωεῖ, τοῦτο οὖν το τετραχὼς περιόρισθὲν χωράφιον, ὑπάρχει μοδίων ὀκτῶ, πιπρᾶσκομὲν συ αὐτῶ διά χρυσοῦν ταρία πεντήκωντα, καὶ δῦο, ἄτηνα λαβώτες ἡμοὶς ἡ προγραφέντες, τὴν σὺμφωνιθεῖσαν, καὶ ἀρεσθῆσαν ἡμὴν δικεῖαν τημὴν, παρὰ σοῦ τῆς ἀγωρᾶστριάς, ἧς χεῖρας ἡμετέρας, καὶ παντελῶς πληρωθεὶς, καὶ μηδὲν ἀποχρέωστουμενός τη πρὸς ἡμὰς, παραδεδωκαμὲν σὺ το προλεχθὲν χωράφιον απο τὴν σὶμερον ἡμέραν καὶ ὅραν, αὐτοξουσίως ἐπεκρατεὶν καὶ δεσπόζειν, καὶ σὶνικα χρίζεὶν σὲ, πουλειν, χαρίζεὶν, ἀνττάλ-

† Signum manus Mariae uxoris quondam Perri Malasaberi. † Signum manus Antiochiae filiae eius. † Signum manus Ioannis filii eius. † Signum manus Iordani filii eius. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signum venerandae et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, praesens instrumentum acceptilationis, cessionis et perfectae venditionis, spontanea nostra sententia ac propria deliberatione, nullaque omnino necessitate, vel fraude, vel dolo, vel deceptione, vel quavis ratione a lege vetita, sed potius cum omni nostra alacritate, ac totius animi proposito, cum ita nobis visum sit, condimus, et vendimus tibi dominae Ceritziae sorori Ioannis de Oto sacerdotis et canonici (*praedium*) situm et positum in pertinentiis civitatis Catacii prope litus in loco dicto Pyrgelle, atque hisce finibus circumscriptum: ab oriente est praedium Ioannis de Sancto Leandro; a septentrione et occidente praedia Pelegrini et fratris mei filii sacerdotis Ioannis Garini; et a meridie praedium tuum emptricis; et clauditur. Hoc ergo a quatuor partibus definitum praedium, octo constans modiis, vendimus tibi tarenis aureis duobus et quinquaginta, quos cum nos suprascripti a te emptrice in manus nostras acceperimus, pro iusto pretio inter nos convento et placito, ac omnino nobis satisfactum sit, nec quidquam aliud debeatur, supradictum praedium tibi tradidimus, ut a praesenti die et hora in tuo dominio ac potestate

λάττειν, καὶ ἧς προικας τέκνων καταγράφην, παντα πιὴν σὲ ἐξ αυτού, ὥσα οἱ θείοι νόμη τοὶς ἠκειοῖς δεσπόταις παράκελεύουσὶν, ὡς το κύρως καὶ τὴν ἐξουσίὰν παρ ημῶν ἠλοιφὼς καὶ ἡ μὲν ποτε κερώ, ἡ χρόνο, ζεῖτησὴς ἡ κύνησις, ἡ ἀγωγή γένϊτω παρ ιοὐδίποτε προσῶπου, τοῦ εἰστάμεθα καὶ διἐκδικάν συ αὐτῶ, καλὼς ἐκ παντὸς ἐναντιὰυμένου προσῶπου, εἰ δὲ καὶ παρ ημῶν τη γενϊτο ὅπερ οὐκ ειγοῦμεθα ποιεῖν. καὶ νουλωθῶμεν μεταστρέψαι την τιαὔτην πράσιν, του μηδὲν εἰσακουέσθω μς, μητε παρά τοῦ θίου νόμου ἰσχὺν λλαμυἄνειν, ἀλλα καὶ του ἴναι κατηραμένον παρά κυρίου θεού παντοκράτορος, τῶν τιή ἁγίων θεὼφώρων πατρών, καὶ τὰ ἑξῆς. ζημιὰυσθω μαι καὶ εἰς τὸ δημώσυων ὑπερ παραβάσεως τοῦ τιμίου σταυροῦ, νομίσματα λϛ', καὶ προς σὲ τὴν ἀγωρᾶστριαν, διπλην τὴν τιμην καὶ εἰθ ουτω στεργειν, καὶ ἰμμένειν τὴν τοιαὔτην καλωθελῶς γεναμένην πράσιν, ἣν ἐπὶεὶσαμεν ἡμοὶς ἡ πραται προς σὲ τὴν ἀγωράστριὰν παρουσια τῶν ἀξὶολογων, καὶ ἀξιὀπίστων μαρτυρων.

† εγω νικολαος υιος σεργιου τῶν λλουτζων μαρτυρ υπεγραψα οικεια χειρι.

† ιωάννης κοῦβέρνης, μάρτυρ ὑπέγραψα τὸν σταυρὸν.

† ἐγω πελεγρινος ηως πρεσβυτερου ιωαννου γαρίνου μαρτυρ υπεγραψα εικεια χειρι.

† βάσιλειος εὐτελῆς κριτῆς κατᾶντζαρίου, οἰδίω-χειρός ὑπέγραψα.

† νικόλαος υἱὸς πρεσβυτέρου ἰωάννου γαρίνου, μάρτυρ ὑπέγραψα τὸν σταυρὸν.

† λέων ὑιὸς πρεσβυτέρου ιωάννου γαρίνου, μάρτυρ ὑπέγραψα τὸν σταυρὸν.

† ἐγρᾶφη χειρὶ ἐμοῦ ειτελούς νικολάου νοταρίου, ὁ καὶ ὑιὸς φιλήππου τοῦ ἀτζούπου, καὶ τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν νομικὸς ταβουλάριος πόλεως καταντζαρίου τοῦ ἔτους ϛψκβ' ινδικτιωνος β', μηνὶ δεκεμβρίω εἰς τὰς ζ'.

ipsum habeas, et ut eo utaris, ipsumque vendas, dones, permutes, et in dotem filiorum scribas, ac cetera omnia facias quae divinae leges legitimis praecipiunt dominis, utpote qui dominium ac potestatem a me accepisti. Et si ulla occasione vel tempore quaevis persona petitionem, iudicium, aut actionem contra te intentaverit, nos obstabimus, teque ab omni contraria persona strenue defendemus. Si vero quid ex parte nostra obvenerit, quod fore non putamus, atque venditionem hanc infringere voluerimus, ne exaudiamur, nec praesidium a divinis legibus nanciscamur, sed in maledictionem domini omnipotentis Dei, ac tercentorum octo et decem Patrum incurramus, deinde sex et triginta numismatis Fisco mulctemur pro violatione venerabilis crucis, tibique emptrici duplo pretio. Et nihilominus firma deinceps maneat huiusmodi venditio, quam voluntarie fecimus nos suprascripti tibi emptrici, coram testibus probis ac fide dignis.

† Ego Nicolaus filius Sergii de Lutiis testis propria manu subscripsi.

† Ioannes Gubernis testis crucem subscripsi.

† Ego Pelegrinus filius presbyteri Ioannis Garini testis propria manu subscripsi.

† Basilius humilis iudex Catacii testis propria manu subscripsi.

† Nicolaus filius presbyteri Ioannis Garini testis crucem subscripsi.

† Leo filius presbyteri Ioannis Garini testis crucem subscripsi.

† Scriptum manu mea Nicolai humilis notarii, filii Philippi de Atzupo, ac pro tempore legitimi tabularii civitatis Catacii anno 6722, indictione II, mense decembri, die VII.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 120.)

CCLXVII.

1214 — Mense Ianuario 13 — Indict. II — Catacii.

Tabulae nuptiales inter Nicolaum filium Balduini et Clementiam filiam Roberti de Camarda.

† Εν οιόματι τοῦ πατρος και τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ αγιου πνευματος· παναγια Θεοτοκε συν τὸ μονογενη σου υἷω καὶ Θεῶ ἡμῶν. ευτηχία καὶ βοήθεια γενοῦ τοῖς δουλης σου ταὕτης ἀμὴν· προιξ ἐν Θεῶ γεναμένην παρ εμοῦ βαλδουΐνου· πρὸς τὴν εκ Θεοῦ δῶΘεντα μοι γαμβρὴν· τὴν κυραν κλημέντζηαν· Θυγατερα γνησίαν καὶ νομίμην οὖσαν· κυροῦ ρωπέρτου τῆς καμάρδας καὶ κυρᾶς αγγαίσσας γυνῆς αυτοῦ. εις τον ἐμῶν γνῆσιον καὶ νόμιμον ὑϊὸν τὸν κυρὸν νικολαον· εισὶν τὰ ὀφιλουντα δοῦναι. λογω Θεὸρέθρου αυτῆς τάρια χιλια πεντακώσια. τὰ μεν χίλοια επάνω τῆς ἐμῆς χῶρας τοῦ φιου· τα δαὶ πεντακόσια επάνω εἶς ὁ μελλει δοῦναι αμφωτέροις ὁ Θεος κερδίσαι· τοῦ ται ἐμοῦ υἱοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ γυνῆς· καὶ ὁ Θεος τὸ αἴλεως.

† αντίπροικων γεναμένον· παρ εμοῦ ρωπερτου τῆς καμάρδας· αμα τῆ ἐμῆ συμβίω κυρᾶς αγγέσσα. πρὸς τὸν εκ Θεοῦ δωΘεντα ἡμῆν γαμβρὸν· τὸν κυρὸν νικολαον υἱὸν γνίσιον καὶ νομιμον κυροῦ βαλδουΐνου. εις την ἡμετέραν γνισιαν καὶ νόμιμων Θυγατέρα τὴν κυράν κλῆμέντζηαν· συμφονοῦμεν δὲ δοῦναι τω ἡμετέρω γαμβρῶ· τω ἡμετέρον φιω τῶ ἅπερ ἔχωμεν καὶ δεσπόζωμεν καὶ επϊκρατοῦμεν· εις την χῶραν κατάντζαρίου· καὶ πασης τῆς διακρατήσαιος αυτοῦ· καὶ εις την διακρατησιν χῶρας ρόγκας φαλλούκου· καὶ εις τὴν διακρατησιν χωρας τεριολου· καὶ εις τὴν διακρατησιν χωρας υκδουλάτου· καὶ εἰς τὴν διἀκράτησιν χωρας τάκυνα· τώσον τῶν ἀνθρώπων του ρηθέντος φίου φραγκον τε καὶ βελλάνων· τώσον τὰ χῶράφια καματηρα καὶ ἀκαματηρα τόσων τῶν ημεροδενδριων· καὶ ἄγρια· καὶ τὸ βόσκημα τοῦ μανδρίου τῆς λοὔμβουλής. ὁπερ ἐμὶ ἐφἀρμόζην ἅπασαν δικαϊσσύνην· σὠζομένον δὲ τὸ ἡμίσιον τῆν επϊκαρπίαν τοῦ ρηθεντος φιου. μεχρι βιου ζωής μου. μετὰ δὲ τῆς ἐμῆς απόβιώσαιος κρενω καὶ αφιω τὴν πατρικην μου κλῆρονομίαν οπερ εχω εις την χῶραν καμάρδας καὶ τῆς διακρατήσεως αυτης· μετὰ πασῶν τῶν διαφεροντων αυτου κρατῆματων· καὶ ἐσεσθαι κύριει εκ παντων· καὶ ἡ μὲν ποτε κερῶ ἢ χρωνω αλλὸ τῆ θέλεισυ ἐπὶστρέψαι· ἢ διασοῖσαι· τοῦ μι εισακουεσθαι αυτόν.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Sanctissima Deipara cum unigenito filio tuo ac Deo nostro adsis propitia et auxiliatrix famulis tuis. Amen. Tabulae nuptiales, Deo adiuvante, factae a me Balduino dominae Clementiae divinitus mihi concessae nurui, filiae naturali ac legitimae domini Roberti de Camarda, et dominae Agnetis uxoris eiusdem, (*desponsatae*) filio meo naturali et legitimo domino Nicolao. Haec sunt tradenda a me pro sponsae theoretro, nempe tareni mille et quingenti, mille scilicet super terram meam feudalem, tareni autem quingenti super illud, quod uterque, nempe filius meus et eius uxor, Deo volente, lucrifecerint, et Deus (*suam eis*) misericordiam (*largiatur*).

† Tabulae nuptiales conditae ex altera parte a me Roberto de Camarda una cum uxore mea domina Agnete domino Nicolao genero divinitus nobis dato, filio naturali ac legitimo domini Balduini (*sponso*) dominae Clementiae, naturali ac legitimae filiae meae. Assentior dare genero meo feudum meum, quod habeo, possideo ac teneo in territorio Catacii et omnibus eius pertinentiis, atque in territoriis Roccae Phallucae, Terioli, Badulati et Tacynae, una cum cunctis hominibus dicti feudi, liberis et villanis, praediis cultis et incultis, arboribus fructiferis et infructuosis, et pascuo mandriae de Lumbulo, cuius totam iurisdictionem mihi comparavi, reservato tamen mihi dimidio redituum praedicti feudi, quoad vixerim, et postquam diem supremum obierim, volo et relinquo (*memoratis sponsis*) paternae hereditatis bona, quae in terra Camardae et in eius pertinentiis habeo, cum omnibus possessionibus ad ipsam pertinentibus, ut omnia possideant. Si qua vero occasione vel tempore aliquis huiusmodi bona evertere vel turbare praesumpserit, ne exaudiatur,

μήται παρα τοῦ θείου νόμου ισχὺν λαβάνειν· αλλ ως αντηστάτης καὶ παραβάτης πατρικης καὶ μητρικής προσταγματος. καὶ θείον καὶ νομικὸν ἐνταλμάτων. εἶναι αυτὸν εις ποινην προς τα ριγικὰ σαγκουλλεια· χρυσοῦν ὀγκίας ἑκατόν. καὶ εις το μέρος ετέρας ογκοίας ἑκατῶν. εἶτα ἐπιμενέτωσαν ταυτα στερρᾶ καὶ πάγεια· ὡς ανωτέρω ἔφημεν μεχρι τερματων αἰώνων, εἵνα εσωνται πρὸς ἡμὰς ιν πάσει αυτῶν τῆ φροντήδι καὶ εἵνα νομιμὸς επιγαμβρεύσείται αὐτὰς ἐντήμος ὡς ἔθως εἶν· καὶ ὁ θεὸς τὸ ἔλαιος παροντων καὶ συνευβρεθέντων αξιολογων μαρτύρων.

† ρογέριος κριτῆς καταντζαρίου· μάρτυρ δια τοῦ σταυροῦ.

† βασιλειος ιυτελης κριτης καταντζαρίου ἰδιόχειρος υπεγραψα.

† πρεσβύτερος νικολαος καὶ προτοπαπας μάρτυρ δια τοῦ σταυροῦ.

† σέργης υιὸς κυρου νικολαου μακρι· μάρτυρ δια τοῦ σταυροῦ.

† ιοσφρὲς καβαλλάριος ὁ τοῦ φλούμαρου· μάρτυρ δια τοῦ σταυρου·

† ρωπερτος υἱὸς οὔβου τοῦ μεγάλου μάρτυρ δια τοῦ σταυροῦ.

† εγῶ νικολαος υιος σεργιου τῶν λουτζων μάρτυρ υπεγραψα οικεια χειρὶ.

† ἐγράφη χειρὶ ἐμοῦ ιυτελοῦς νικολαου νοταρίου υἱὸς φιληππου τοῦ ατζουπου καὶ νομικῶς ταβουλάριος πολεως κατάντζαρίου ἔτους ϛψκβ'· ινδικτιῶνος β'· ἰανουάριου εις τας ιγ' †.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 121.)

neve divina lex ei praesidio sit, sed tamquam inimicus et violator eorum, quae a patribus et matribus, nec non a divinis legibus mandantur, regiae Curiae uncias auri centum et totidem parti pro poena persolvat. Et sic firma et inconcussa maneant haec omnia, sicuti superius dixi, usque ad finem seculorum. Sponsi vero maximam nostri curam suscipiant, et gener aeque ac honeste mecum agat, ut moris est; et Deus (*ipsis suam*) misericordiam (*impertiatur*). Praesentibus et intervenientibus probis testibus.

† Rogerius Catacii iudex testis per crucem.

† Basilius humilis Catacii iudex propria manu subscripsi.

† Nicolaus presbyter et protopapa testis per crucem.

† Sergius filius domini Nicolai Macri testis per crucem.

† Geofridus Caballarius de Flumari testis per crucem.

† Robertus filius Hugonis Magni testis per crucem.

† Ego Nicolaus filius Sergii de Lutiis testis subscripsi propria manu.

† Scriptum fuit manu mei Nicolai filii Philippi de Atzupo, humilis notarii et legitimi tabularii civitatis Catacii, anno 6722, indictione II, die XIII ianuarii.

CCLVXIII.

1214 — Mense Maio — Indict. II.

Simeo Crupollianites Strategus Satriani diiudicat litem de finibus praediorum spectantium ad monasterium sancti Stephani de Nemore.

† Ὁ ἐνεστὸς καιρὸς, πολλὰς κακίας ἀνάπτη, καὶ πρὸς παντοδαπᾶς κακοτεχνίας μεταβαλλόμενος, τρόπους ραδιουργιῶν ἀναψιλαφᾶ, ὅπως τὸ ἀληθὲς ἀπο τοῦ ψεύδους περιτραπεῖ. κακοποιῶν οὖν καὶ ἡ το πρός τινα γϊνομένην ἁρπαγὴν, ἀλλὰ πρὸς γαλύνην καὶ εἰρηνίαν διεἰνεκεῖν, ἔγγραφα καὶ σιγνωγραφίαι τίθενται, ἵνα μὴ χωρὰν ἔχει τὸ ψεύδος πλησιάζειν τῆ ἀλη-

† Praesens aetas multarum iniquitatum effectrix est, et multiplicium maleficiorum formas assumens, fraudulentas rationes excogitat, ut mendacium veritatem evertat, eo usque ut vel admissa furta legitima faciat. Verumtamen ad tranquillitatem et quietem parandam instrumenta et diplomata signis roborata conduntur, ne falsum possit ad verum accedere, et

θεία. καὶ ἀναπαλαι εἰ ποτὲ τὴν τῶν γινομένων ἀρπαγὴν περιεργία τοῖς κεκριμμένοις, καὶ καιρὸν ἐπιζητοῦσα τῶν προς φανέρωσιν ἐπιτιδιῶν· ἀλλ' ὅμος· καὶ ὁ χριστὸς τοῖς πάσιν ἀλήθεια, τοῖς θειοτάτοις καὶ εὐσεβεστάτοις βασιλεύσιν. νόμους ἐυράυευσεν· πρὸς καταπαυσιν τῶν ἀδίκων καὶ ἀνόρθωσιν τῶν ἀδικουμένων· καὶ δὴ κατα τὸν μαΐον μήναν τῆς ινδικτιῶνος β', τοῦ ἔτους παρατρέχοντος ἀπὸ καταστάσεως κόσμου ϛψκβ'· ὄντος καμοῦ συμαιῶν στρατηγὸς σατριάνου, ἐν τῇ προέλεύσει τοῦ γενναιωτάτου καὶ ὑπερλαμπρου ἡμῶν αὐθέντου κυροὺ μαλγεριου αλταβιλλα, τοῦ δικαιεῖν πλουσίους καὶ παίνειτας καὶ ἀποδιδεῖν ἑκάστω τὸ ἐφαρμόζον δίκαιον· ἐλθῶν ὁ τῆς μονῆς καμμαροτας καὶ ἁγίου σώζωντος προτεύων ἀδελφὸς κυρὸς μϊχαῆλ, πρεσυευτικὴν ἱκεσίαν πεποίηκεν πρός με ὡς ἐκ τὸ μέρος τοῦ ἐνδοξωτάτου ἡμῶν αὐθέντου κυροὺ μαλγεριου ἀλταβιλλα, καὶ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ ἀγάπην καὶ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος στεφάνου τοῦ ὄρους, ὡς ὅτι τίς τῶν του δημοσίου ὑπηρετῶν τούνομα ἰωάννης φαρακλος, ὀχλεῖ ἡμὶν καὶ προσψαύει πρὸς τὰ τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος σώζωντος σύνορα· καὶ ὅτι ἀξιῶ καὶ ἀντιβολῶ σε τοῦ ἐλθήναι μετὰ τῶν γερόντων καὶ καλῶν ἀνθρώπων τῶν ἐπισταμένων τὰ σύνορα. καὶ σκέψασθαι καὶ ἰδέναι. καὶ διαγωρήσαι τὸ ἀληθὲς καθῶς καὶ τὰ σιγίλλια τῆς μονῆς διλοῦσιν· ταύτα καγῶ ἀκούσας, τούτο οὐκ ἴνεγκον, ἵνα μηδὲν πρῶτον ὁ ἐμὸς αὐθέντης ἀπο τῆς χῶρας αὐτοῦ προστεθῆ εἰς τὸ τοῦ μοναστηρίου κράτος· μήτε ἀπο τῶν τῆς μονῆς δικαιομάτων καὶ ἐκ πάντων κρατημάτων καὶ δεσπομάτων ἁρπαγῆ· τούτου χάριν τοὺς γέροντας καὶ ἐπισιμοτέρους ἀνθρωπους χωρίου ἁγίου σώζωντος συνάψας. τοὺς ἐπισταμένους τὰ τῆς μονῆς σύνορα· μέτ' αὐτῶν ἐπι τον τόπον ἀπηλθον εἴσαν γὰρ οὗτοι. ὅτε πρεσβυτερος βασιλειος σκουταρος· καὶ ὁ γέρον νικόλαος κολουράρος· καὶ θεοχάριστος ὁ ἔγγων κονδου· καὶ νοτάριος χρισάφιος· και ὁ γέρον λέων βαττάλλιας· καὶ ἕτεροι πλείστοι, καὶ διέχωρησαν τὰ τῆς μονῆς σύνορα· Ἐπι τούτο ἐκυαλῶν ὁ ρηθεῖς ἀδελφὸς κυρὸς μϊχαηλ ἀπο τοῦ αὐτοῦ σακελλίου τὰ τῆς μονῆς συγίλλια ἅπερ ἐποίησαν οἱ ἁγιώτατοι μητροπολῆται. ὅτε κυρὸς στέφανος καὶ κυρὸς ἰωάννης· οἱ πάσης καλαυρίας μητροπολῆται ἐποίησαν τῶ ἐν μακαρία τῆ μνήμη κυρὼ ἱλαρίωνι καθηγουμένω μονῆς ἁγίου σώζωντος ἐποίησαν· καὶ ἴσος φασὶν οἱ ἄνθρωποι ὁς καὶ τὰ σιγιλ-

rursus sit aliquando adversus patrata furta accurata ratio explorandi occulta, et investigandi quae rebus patefaciendis sint accommodata. Quin imo Christus, in omnibus veritas, divinis et pientissimis regibus leges concessit, quae improbos coerceant, et iniuria affectis ius tribuant. Cum igitur mense maio, indictione II, anni currentis ab orbe condito 6722, ego Simeo Strategus Satriani perlustrarem (*ditionem*) nobilissimi ac peregregii nostri dynastae domini Malgerii Altavillae, ut divites ac pauperes iudicarem, et suum cuique ius redderem, accessit ad me dominus Michael, frater praepositus monasterii Cammarotae et sancti Servatoris, meque supplicavit, tamquam legatus ex parte gloriosissimi nostri dynastae domini Malgerii Altavillae, per amorem Dei et Protomartyris sancti Stephani de Nemore, et ait: Quidam e publicis ministris, nomine Ioannes Faraclus, molestiam nobis infert, et usurpat confinia monasterii magni martyris et servatoris (*nostri Stephani*), et te precor atque obsecro, ut accedas cum senioribus et probis hominibus, qui confinia norint, et expendas, cognoscas, atque iudices veritatem, quemadmodum et monasterii sigilla ostendunt. Quae cum ego audivissem, minime pertuli ut meus Dominus in primis aliquid suae ditionis (*amitteret, idque*) monasterii possessionibus adderetur, et quidquam eriperetur iuribus, omnibus possessionibus et dominiis monasterii. Quapropter cum convocassem seniores et praeclariores homines ex agro sancti Servatoris, qui confinia ipsius monasterii norant, simul cum iis me contuli ad locum; id est presbytero Basilio Scutaro, et sene Nicolao Colobraro, et Theocharisto nepote Condi, et notario Chrysaphio, et sene Leone Battallia, et pluribus aliis, qui statuerunt monasterii confinia. Tum memoratus frater dominus Michael e suo sacculo eduxit monasterii sigilla, quae confecerant sanctissimi Metropolitae, dominus Stephanus et Ioannes totius, inquam, Calabriae Metropolitae, domino

·λια· ὡς ἀναβένη ἡ υαθεία ἀπο τον ποταμόν ἀλάκου· καὶ ἀποδιδεῖ εἰς τό σταυρῶ τόν λιθάριν· καὶ ἀναυέτη ὁ ράχωνας ἴσα, ἄχρι ἄνω εἰς τὴν παλαιὰν ὁδὸν καὶ ὡς διαυένει ἡ ὁδὸς καὶ ἀπέρχεται κατα ἀρκτρου, ἄχρι εἰς τὴν κεφαλὴν τῆς βαθείας· κακειθεν καταβαίνει ἡ υαθεια ὡς ἐπι ἀνατολὰς ἄχρι εἰς τόν ποταμόν· καὶ συγκλεῖ· αὔτος καγῶ τὴν περικύκλωσιν ὥς φυσὶν τὰ σιγίλλια ἰδῶς, ἐποίησα τούτο τό ἔγγραφον εἰς ἀνάμνησιν καὶ υεβαίωσιν, στερέωμα καὶ ἀσφάλιαν του μηδέπω τίς προσψαύσει ἔσω τῶν τῆς μονῆς συνόρων· μήτε πάλιν οἱ τοῖς μονῆς προσθήσουν ἔξω τῶν αὐτῶν συνόρων. ἀλλ' ἵνα εἰς ἕκαστος ἔχη τό αὐτοῦ ἀφορμόζων· τούτο ἐγεγώνη κατἐνοποιον τῶν παρευρεθεντων καὶ μαρτυροσάντων τό παρόν ἤφος μηνὴ καὶ ἔτους καὶ ινδικτιῶνος τῆς προγραφεισης· ἐγράφη τούτο τό παρὸν ἔγγραφον κατ ἐπιτροπὴν κυροῦ συμαιῶν στρατηγοῦ σατριάνου διὰ χειρὸς καμοῦ ἰωάννου ταχα καὶ νοταριου τῆ ἐπινομα τοῦ πατσαβαντου· κατενοποιον ἀξιοπίστων μαρτύρων.

† πρεσυιτερος βασιλυος ηπεγραψεν τω σταβρο † παπα χρισαφιος μαρτυρ ὑπέγραψα τόν τιμιον σταυρον † μαϊστωρ λεων τοῦ βονου τα ἀνοτερα μαρτύρων ὑπέγραψα τόν τιμιον σταυρον. † ἀναστασιος φαρακλὸς τὰ ἀνοτερα μαρτυρῶ. † γεωργιος ἀδελφος αὐτοῦ τὰ ἀνοτερα μαρτυρῶ. † θεοχαριστος ἐγγων κονδού τὰ ἀνοτερα μαρτυρῶ. † λεων βατταλλιας τὰ ἀνοτερα μαρτυρῶ. † μάνιλος σεργοτατος τὰ ἀνοτερα μαρτυρῶ. † φοτινος ανεψιος θεοχαριστου μαρτυρ. † πρεσβήτερος θίρσος μαρτιρ † νικόλαος σι . . . . τὰ ἀνοτερα μαρτυρῶ. † κωστας κουσεντίνος τὰ ἀνοτερα μαρτυρῶ. † κωστας ἐγγον πρεσβυτερου κωστου μαρτυρ. † κοττοφρες τὰ ανοτερα μαρτυρῶ. † νικολαος υιός γεροντος φοτινου τὰ ανοτερα μαρτυρω † νικολαος κολουραρος μαρτυρ † νικολαος νουβελλησιος πατὰ την ἡμεραι βεσκομης μαρτυρῶ. † λεων καλογερος μαρτυρ.

† συμαιον κρουπολληνιτης κε στρατυγος σατριανο εκηροσα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 122.)

Hilarioni beatae memoriae praeposito monasterii sancti Servatoris, et ratos habuerunt fines, qui ita in sigillis denotabantur: ut adscendit vallis ex flumine Alaco, et pervenit ad crucem lapideam, et adscendit sepes recta usque ad superiorem partem viae veteris, et ut vadit via et pervenit septentrionem versus usque ad caput vallis, indeque descendit vallis ex oriente usque ad flumen, et clauduntur. Cum ego viderim fines ita descriptos, ut ex sigillis patet, condidi hanc scripturam ad memoriam, confirmationem, stabilitatem et securitatem, ne quis unquam in monasterii fines invadat, neque monasterii fratres quidpiam extra ipsorum confinium sibi arrogent, sed ut quisque habeat quod ad se pertinet. Actum coram testibus qui interfuerunt. Praesens chartula condita fuit mense, anno et indictione supradictis, ex mandato domini Simeonis Strategi Satriani, manu mea Ioannis Tachae notarii cognomento Passavante, coram testibus fide dignis.

† Presbyter Basilius crucem subscripsit. † Presbyter Chrysaphius testis subscripsi honorabilem crucem. † Magister Leo de Bono quae supra testatus subscripsi honorabilem crucem. † Anastasius Faraclus quae supra testor. † Georgius frater ipsius quae supra testor. † Theocharistus nepos Condi quae supra testor. † Leo Battallias quae supra testor. † Manilus Sergotatus quae supra testor. † Photinus consobrinus Theocharisti testis. † Presbyter Thyrsus testis. † Nicolaus Si . . . . quae supra testor. † Consta Cusentinus quae supra testor. † Consta nepos presbyteri Constae testis. † Gothofredus quae supra testor. † Nicolaus filius senis Photini quae supra testor. † Nicolaus Colobrarus testis. † Nicolaus Nuvellisius pro tempore Vicecomes testis. † Leo Calogerus testis.

† Simeo Crupollianites Strategus Satriani roboravi.

CCLXIX.

1217 — Mense Februario — Indict. V — Tarenti.

Samarus filius Euphemii Samari Philippo abbati ecclesiae et monasterii S. Petri Imperialis, ceterisque monachis declarat eos sibi tradidisse vineam, pro qua libram cerae quotannis monasterio foret soluturus.

† σιγνον χειρὸς σαμάρου υἱοῦ εὐφημίου σαμάρου. Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁ προγεγραμμένος σάμαρος ὁ τον τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν ἄνευ τοῦ ὀνόματος οἰκειοχείρως προσάξας, τὸ παρὸν τῆς ἀσφαλείας ἔγγραφον πρὸς σὲ τὸν κύριν φίλιππον ἱερέα καὶ προεστῶτα τῆς σεβασμίας ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου πέτρου τοῦ βασιλικοῦ καὶ τοὺς σοὺς διαδόχους καὶ πρὸς ἅπαν τὸ μέρος τῆς εἰρημένης ἐκκλησίας, οὕτως ἐθελουσίως ὑπεκτίθημι. Ἐπείπερ μοι παρέδωκας ἀμπελότοπον ἐν πεντηκόντα εἰς τὸ ὄρτε ἕνεκα τοῦ ἐμφυτεῦσαι με αὐτό, καὶ κατ' ἔτος δοῦναι ὑμῖν εἰς ἀναγνώρισμα αὐτοῦ μίαν λίτραν κηρίου καὶ πλέον οὐδὲν, καὶ ταύτα ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν βαΐων μετὰ τὸ παρελθεῖν χρόνους τρεῖς ἀρχομένους ἀπὸ τῆς ἐμφυτεύσεως ἐνεστώσης ἐπ' ἐκεῖνα, καὶ εἰ συμβῇ καταλιπεῖν ταύτα ἐρημωμένα καὶ μὴ δοῦναι ὑμῖν, καὶ τῇ εἰρημένη ἐκκλησία θελήσωμεν κάτ' ἔτος τὴν μίαν λιτραν τοῦ κηρίου ὡς περιέχει τὸ ἔγγραφον τὸ ἐκτεθὲν μοῖ παρὰ σοῦ. ἔχειν ὑμᾶς ἐξουσίαν ἀφελεῖν ταύτα ἀφ' ἡμῶν, καὶ εἶναι αἰωνίως τῆς εἰρημένης ἐκκλησίας. διά τοι τούτο ἀσφαλίζομαι πρὸς σὲ καὶ διαδόχους σου καὶ πρὸς ἅπαν τὸ μέρος τῆς ἐκκλησίας ὡς εἴπερ ἐγὼ ἢ κληρονόμοι μου μὴ θελήσωμεν δοῦναι ὑμῖν κατ' ἔτος ὡς εἴρηται τὴν εἰρημένην μίαν λίτραν τοῦ κηρίου, ἵνα ἡ εἰρημένη ἐκκλησία ἔξει ἐξουσίαν ἀκωλύτως ἐπαναλήψαι ταύτα εἰς ἐξουσίαν αὐτῆς, εἰ δέ γε εἰς τουτο ἐναντιώσωμεν ὑμᾶς, ἵνα παντὶ τῶ μέρει ὑμῶν νομίσματα ρηγάτα δέκα καταβάλωμεν, καὶ ἄλλα τοσαῦτα τῶ δημοσίω, φυλάττοντες μετὰ ταῦτα τὸ παρὸν ἔγγραφον ὀχυρὸν εἰς ἀεὶ ὅπερ ἐγράφη ἀξιώσει ἐμῆ χειρὶ γεντιλίου ἱερέως υἱοῦ νικωλάου καὶ ταβουλαρίου ταράντου μηνὶ φευρουαρίω ινδικτιωνος ε'. ἔτους ϛψκε' παρουσία μαρτύρων.

† ὀυρσιλέον ὁ τοῦ νικολάου υἱὸς ὑπέγραψα οἰκειοχειρὸς μαρτυρ.

† Aripertus filius Leonis testis.

† Ego Leo filius Goffridi testis.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.° 30.)

† Signum manus Samari filii Euphemii Samari. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Suprascriptus Samarus, qui venerandam ac vivificam crucem absque nomine propria manu exaravi, praesens securitatis instrumentum tibi domino Philippo sacerdoti et rectori venerabilis ecclesiae sancti Petri Imperialis, tuisque successoribus, et omni parti antedictae ecclesiae, hoc modo libenter condo. Quoniam mihi tradidisti vineam quinquagenariam in loco Orte, ut illam colerem, et quotannis darem vobis in recognitionem libram cerae non amplius unam in festo Palmarum, per tres annos, incipientes a praesenti cultura et sic deinceps; et si acciderit ut relinquam dictam vineam desertam, ideoque persolvere nolim vobis et dictae ecclesiae annuam libram unam cerae, sicut continet scriptura a te mihi tradita, liceat vobis illam auferre a me, ac perpetuo tenere in potestate dictae ecclesiae; quapropter caveo tibi et successoribus tuis, totique parti ecclesiae, ut si ego, vel mei heredes noluerimus vobis quotannis dare, sicut dictum est, praefatam libram unam cerae, ecclesia antedicta habeat facultatem sine impedimento eamdem (*vineam*) in suam potestatem revocandi; si vero in hoc vobis adversemur, solvamus toti parti vestrae decem nummos regales, totidemque regio Fisco, servantes postea praesens instrumentum firmum semper; quod scriptum est rogatu meo, manu Gentilis sacerdotis filii Nicolai et tabularii Tarenti, mense februario, indictione V, anno 6725, coram testibus.

† Ursileo Nicolai filius subscripsi testis propria manu.

CCLXX.

1217 — Mense Augusto — Indict. V — Tarenti.

Gulielmus Lociservator declarat Philippo rectori ecclesiae S. Petri Imperialis se soluturum quotannis libram cerae pro vineis in loco Aquaro, quas ab eo excolendas acceperat.

† σίγνον χειρὸς γουλιέλμου τοποτηριτου υἱοῦ βοναικάσσα. Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὁ προγεγραμμένος γουλιέλμος τοποτηρίτης, ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρον ἄνευ τοῦ ὀνόματος οἰκειοχείρως προτάξας, ὁμολογῶ διὰ τοῦ παρόντος τούτου ἐγγράφου, ὅτι μέλλω δοῦναι κάτ' ἔτος ἐν τῆ ἑορτῆ τοῦ ὑπαπαντὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ σοὶ τῶ εὐλαβεῖ ἱερεῖ κυρῶ φιλίππω καὶ προεστῶτι τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου πέτρου τοῦ βασιλικοῦ, καὶ παντὶ τῶ μέρει τῆς εἰρημένης ἐκκλησίας μίαν λίτραν κηρίου ἕνεκα τῶν ἀμπελοτόπων ὧν μοι παρέδωκας εἰς τὸ ἀκκουάριον, ὡς ἐκτείνονται ἀπὸ τοῦ λεμέτουνίου τῶν ἀμπελοτόπων μαϊστρου γρημάλδου ἄχρι τῆς ὁδοῦ τῆς στρατέλλας, κἀγὼ δὲ περιπότων, συμβιβαστικῶς τὑτρέπισα καὶ εὐθίασα τὰ μέγαλα τράβατα ἐκ ματερίων, καὶ σανιδίων καὶ σιδήρου, καὶ ἐξ ὧν χρείαν εἶχον ἐξοικίασα ἔξοδον αυτου. ὅθεν ἀσφαλίζομαι πρὸς σὲ, καὶ πρὸς ἅπαν τὸ μέρος τῆς εἰρημένης ἐκκλησίας, ὡς εἰπερ ἐγὼ, ἢ κληρονόμοι μου μὴ θελήσωμεν ὑμῖν δοῦναι κάτ' ἔτος ὡς εἴρηται τὴν μίαν λίτραν τοῦ κηρίου περὶ τῶν εἰρημένων τούτων ἀμπελοτόπων, ἵνα παντὶ τῶ μέρει τῆς εἰρημένης ἐκκλησίας νομίσματα ρηγάτα δέκα καταβάλωμεν, καὶ ἄλλα τοσαῦτα τῶ δημοσίω, δώσω δὲ ὑμῖν τὴν μίαν λίτραν τοῦ κηρίου κατ' ἔτος καθῶς περιέχεται ἐν τῶ ἐγγράφω τῆς συμβιβάσεως τῶ ἐκτεθέντι μοι παρ' ὑμῶν, φυλάττοντες μέτα ταῦτα τὸ παρὸν ἔγγραφον ὀχυρὸν εἰς ἀεὶ ὅπερ ἐγράφη ἀξιώσει ἐμῆ χειρὶ γεντιλίου ἱερέως υἱοῦ νικολάου ταβουλαρίου ταράντου μηνὶ αὐγούστω ινδικτιωνος ε' ἔτους ϛψκε' παρουσία μαρτύρων.

† . . . . . ὁ τοῦ νικολάου υἱὸς ὑπέγραψα οἰκειοχειρὸς μαρτυρων.

† παγανος ὁ τοῦ κυρη υἱὸς ὑπέγραψα μαρτυρῶν.

† Iordanus filius Iohannis Blatti.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.° 31.)

† Signum manus Gulielmi Lociservatoris filii Bonaecausae. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Suprascriptus Gulielmus Lociservator, qui venerandam ac vivificam crucem sine nomine propria manu exaravi, declaro praesenti scriptura me soluturum quotannis in festo Purificationis Beatae Mariae tibi venerabili domino Philippo sacerdoti et rectori ecclesiae sancti Petri Imperialis, et toti parti dictae ecclesiae, libram unam cerae pro vineis, quas mihi dedisti in loco Aquaro, sicut excurrunt a confinio vinearum magistri Grimaldi usque in viam Stratellae. Ego vero cum alacritate ex conventione paravi et complanavi magnas trabes ligneas, tabulas et ferrum, et ex omnibus, quibus mihi opus erat, exitum praedictis vineis confeci. Quare praesto tibi, totique parti memoratae ecclesiae, ut si ego vel heredes mei noluerimus vobis quotannis tradere praedictam libram cerae pro his vineis, solvamus toti parti dictae ecclesiae nummos regales decem, et totidem alios Fisco; insuper reddamus vobis libram unam cerae quotannis, prout continetur in instrumento conventionis mihi a vobis dato, servantes postea praesens instrumentum semper firmum; quod scriptum est rogatu meo, manu Gentilis sacerdotis, filii Nicolai, tabularii Tarenti, mense augusto, indictione V, anno 6725, coram testibus.

† . . . . . Nicolai filius subscripsi propria manu testis.

† Paganus filius Cyri subscripsi testis.

CCLXXI.

1219 — Mense Augusto — Indict. VII — Crotone.

Bartholomaeus Neapolitanus, Perrettus Caballarius et Girardus Calaphatus tradunt monasterio S. Stephani de Nemore partem vinearum eidem monasterio legatam testamento dominae Siclegrimae nuncupatam Lycopetzam et in agro Crotonensi positam.

σίγνον † χειρὸς υαρθωλωμαιου ναπολιτάνου : σίγνον † χειρὸς περρέττω καυαλλάρη: σίγνον † χειρὸς γιράρδου καλαφάτου. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· οἱ εἰρημένοι οἱ τὰ σίγνα τῶν τιμίων σταυρῶν οἰκειοχείρως ποιήσαντες, ἐπὶ τῆς κυρᾶς σικληγρίμης τῆς γυναικὸς ἄττου αγκονηταίνου ἐπίτροποι παρ' αὐτῆς ἐνδιαθήκως καταλελοιπότες, κατὰ τὴν περίληψιν τῆς αὐτῆς διατάξεως, τὸ πετζόπουλλον τῶν ἀμπελίων, ὃ ἤθισται ὀνομάζεσθαι λυκοπέτζιν. ἐν τῇ τῆς κροτόνος διακρατήσει ὄν, εἰς τὴν τοῦ ἁγίου νικολάου τοῦ κηπούλλη τοποθεσίαν· πλησίον τοῦ ἀμπέλου τῆς εὐνίκης, καὶ υαρθωλωμαίου φασούλου· ὅπερ ἐνδιαθήκως αὐτὴ ἡ εἰρημένη σικληγρίμα πρὸς τὴν ἁγίαν μονὴν τοῦ ἁγίου στεφάνου τῶν ἐρημήτων ἔασε, διὰ τοῦ παρόντος ἐγγράφου καὶ ἐνυπογράφου κατὰ τὸν αὐτῆς ὁρισμόν, αὐτό, τῇ εἰρημένῃ μονῇ ἀποδίδωμεν μετὰ πάντων τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ. ὧν, ἡ αὐτὴ, ἐν αὐτῷ εἶχε. καὶ τοῦθ' ἕνεκα, πεποιήκαμεν τὸ παρὸν ἀποδοτικὸν ἔγγραφον, αὐτῇ, καὶ τοῖς ταύτη ἀδελφοῖς, πρὸς ἰσχὺν καὶ υοήθειαν· ἀπόπαυσιν δὲ πάντων τῶν ἐκ τούτου ἀντιλεγόντων, καὶ ἐναντιούντων ἐν τούτω· γραφὲν χειρὶ μαῦρου ἀναγνώστου ἐπιτροπῆ κυροῦ περεγρίνου πρωτοψάλτου καὶ ταυουλαρίου πόλεως κροτόνος· αὐγουστου μηνὸς ινδικτιωνος ἑυδόμης. ἔτει ϛψκζ' παρουσία τῶν ὑπογραψάντων.

† πασλέον σηβερηταυος υπέγραψα † φίλιππος ἱερευς καὶ πρωτοπαπᾶς ὑπέγραψα † πέτρος εὐροιάτης ὁ νομοφυλαξ ὑπεγραψα. † περεγρίος πρωτοψάλτης και ταβουλάριος ὑπέγραψα. † νικόλαος νοτάριος νικήτα μαρτυρ τῆς επιτροπῆς, καὶ πάλιν μάρτυρ εἰς τὸ ὁμοίως ἀποδωτικον ἐγγραφον ὑπέγραψα.

† μάνσος καστέλλου τῆς θαλάσσης καὶ αὐτὸς ἐγὼ μαρτυρ εἰς τοιν ἀμφοῖν γραφαῖν υπέγραψα.

† μαϊστωρ πέτρος καὶ αυτὸς μαρτυρ σὺν τοῖς δυσὶν νικολάω καὶ μάνσω.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 123.)

Signum † manus Bartholomaei Neapolitani: Signum † manus Perretti Caballarii: Signum † manus Girardi Calaphati. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos memorati, qui signa honorabilis crucis propria manu exaravimus, qui sumus executores testamentarii dominae Siclegrimae, uxoris Atti Anconitani, ex ipsius testamento, petiolam vineae, uti praecipit idem testamentum, quae dici solet Lycopetza, in pertinentiis Crotonis positam, in tenimento Sancti Nicolai de Cipullo, prope vineam Eunices et Bartholomaei Fasuli, quam dicta Siclegrima testamento legavit sancto monasterio sancti Stephani Eremitarum, praesenti scriptura subscriptionibus munita ex eius mandato tradimus dicto monasterio cum omnibus eius iuribus, quae ipsa in ea habebat; et propterea fecimus praesentem traditionis scripturam memorato monasterio eiusque fratribus, ad robur et subsidium, et ut omnes, qui his se opponant vel adversentur, removeantur. Scriptum manu Mauri lectoris ex mandato domini Peregrini primi cantoris et tabularii civitatis Crotonis, mense augusto, indictione VII, anno 6727, in praesentia subscriptorum.

† Pantaleo Severitanus subscripsi. † Philippus presbyter et protopapa subscripsi. † Petrus de Briatico Nomophylax subscripsi. † Peregrinus primus cantor et tabularius subscripsi. † Nicolaus notarius Niceta testis in mandati scriptura, et iterum testis in eadem traditionis chartula subscripsi.

† Mansus de Castro maris et ipse testis in utraque chartula subscripsi.

† Magister Petrus et ego testis cum duobus Nicolao et Manso.

CCLXXII.

1223 — Mense Ianuario — Indict. XI.

Presbyter Andreas Scaldieris eiusque filius Nicolaus donant monasterio S. Ioannis de Flore vineam ac domum positas in agro Sanctae Severinae.

† σίγνον χειρος ἀνδρέου ἱέρέος τι ἐπονιμήα σκαλδίέρις.

† σίγνον χειρός νικολάου γνισιου υιου αὐτοῦ.

Εν ονοματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υιου καὶ τοῦ αγίου πνεύματος. ὁ προγεγραμμένος καὶ ανατεταγμένος ἀνδρέας ἱέρεῦς, καὶ νικόλαος ὁ ἐμὸς υἱὸς η τα σίγνα τῶν τοιμήων καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν τοῖς οικήης δακτοίλοις καθειπογράψαντες την παρουσαν ἔνγραφον καὶ ενὐπόγραφον καθαρὰν ἀφιέροσιν τίθημι καὶ ποιῦ εκουσία ημῶν τι γνόμη οικία τι προὲρέσι καὶ ουκ εκ τινος τὸ παράπαν ανάγκης ἢ δόλου ἢ απατης ἢ χλεύις· ἢ ραδιουργίας· η οσα τον τοῖς νόμης ἠσὶν ἀπαγορευμένα αλλα μάλλον συν προθημία πάσι· καὶ ολοψήχω πρωθέσει. ἀφιὲρούμεν ἠς τὴν ἀγίαν μονὴν του θεολόγου καὶ ευαγγελιστου ιωάνου τὴς λεγομένης χειουρε· καὶ πρὸς σε τὸν ευλαβέστατον καθειγούμενον καὶ θεοπρόβλιτον κύρον ματθέον το ημέτερον ἀμπελοίμενον χωράφιν τον οντα εν τι περιχώρο αγιας σευιρινης· ἠς τοπον λεγόμενον κουττούφιν. τὸ ἅπερ μη ἀφιέροσεν η εν μακαρια τι μνίμη η ἐμὴ πνευματικὶ θυγάτηρ κυρὰ κωστάντζια τι ἐπονιμηα κανινέου· περιορίζετε δὲ οὕτος κατα ανατολας· το χοράφοιον τὸ λεγόμενον του ράυτι· ἐκ δὲ δισμον τὸ χωράφιον τοῦ θεολόγου· άρκτου τα χωράφοια ἐμῆς κωστάντζιας· καὶ μεσιβρίας τὸ χωράφιν περεγρινου κουττουφι· ὁμήος καὶ τὸ οικοτόποιον ὅπερ μη ἀφιέροσεν ἡ αυτη κυρα κωσταντζια τὸ οντα εις την ἁγίαν σευιρίνιν· ἠς τὴν ἐνορίαν θεολογου πλισιον τον οσπιτοιον ιοσηφ· ἱέρέος του κουβουκλίσι καὶ τὸν οσποίτιον του γαυδίοτι καὶ νικολαου ιερεος του φίσυ τουτο οὖν τὸ περιορισμένον χωραφηον συν καὶ του αυτου περιορισμενου σπιτοτοπου· καθως ανοτερος ἤρινται καὶ περιοριζουνται ἀφιεροῦμεν ἠς τὴν ἁγίαν μονὴν τοῦ αγίου ιωαννου του χυουρε· του ἔχιν εξουσιαν εκ τούτον ἡ ἁγία μονὶ ὁς καὶ εν τοις λυποις αὐτης κτήμασιν εἰς εόνα τον ἅπαντα κατὰ τον κάνονα τον λέγοντα τὸ απαξ αφιέρουμενον ου καταδολουται· ὑπερ μετα ταυτα κατὰ τινα μηχανὶν· ὑ προφασιν μεταμελία τίνι νικό-

† Signum manus Andreae presbyteri cognomento Scaldieris.

† Signum manus Nicolai legitimi filii ipsius.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus et praenominatus Andreas presbyter, et Nicolaus filius meus, qui signa honorabilis et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, praesentem purae donationis chartulam subscriptionibus munitam condimus et facimus spontaneo nostro consilio et propria deliberatione, nullaque prorsus necessitate, vel dolo, vel deceptione, vel fraude, vel malitia vel quavis ratione a legibus vetita, quin imo omni alacritate, et totius animi proposito donamus sancto monasterio Theologi et Evangelistae Ioannis nuncupato de Flore, et tibi pientissimo ac defenso a Deo praeposito domino Matthaeo, nostrum vineale praedium positum in agro Sanctae Severinae, in loco dicto Cuttufin, quod quidem mihi donavit mea bonae memoriae spiritualis filia domina Constantia, cognomento Caninea, et hos habet fines: ab oriente praedium dictum Rabti; ab occidente praedium Theologi; a septentrione praedia meae Constantiae; et a meridie praedium Peregrini Cuttufin. Item et donamus domum, quam mihi ipsa domina Constantia donavit, Sanctae Severinae positam, intra terminos Theologi, prope domum Iosephi presbyteri Cubicularii, et domum Gaudiosi, et Nicolai presbyteri de Phiso. Hoc igitur praedium et ipsius domum suis confiniis designatam, uti supra denotantur et circumscribuntur, donamus sancto Monasterio sancti Ioannis de Flore, ut illud habeat in aevum omne cum ceteris suis possessionibus, iuxta legem quae praecipit semel donata revocari non posse. Quod si in posterum machinatione aliqua vel

μενι βουλιθόμεν μεν τούτο μετατρευσε μη ησακουεσθε μας άλλ ος παραβάτης των τοιμήων καὶ ζωοποιων σταυρων τὸ ἀνάθεματι καθειποβλιθομεν καὶ τὸ μέρος ἡμων μετὰ τῶν σταυρωσάντων τον κυριον· προς επι τούτοις καὶ τὸ βασιλικὸ βεστιαρίο λογω ποινης ριγατα λς' οχειρὰς δε μετα ταυτα τῆς παρουσῖς ἀφιέρόσεος εις αἴ σινδιαμενουσι δια το ουτως ημας αρεσθήναι καὶ τι ἡμεταίρα ἀξιόσι γραφίνε χειρὶ του ευτελους πρωτοπαπὰ γεωργίου αγιου πέτρου κρεμαστου μηνὶ ιανουάριο τῆς ινδικτιώνος ια' του ἔτους ϛψλα' κατ ενόποιον των ὑπογραψάντων μαρτυρων.

† πέτρος καβαλλάρις ὁ απο ἀκερεντίας μαρτιρῖ διὰ του σταυροῦ.

† θεόδορος ὁ απο ρουσιάνου μαρτυρῖ διὰ του σταυρου.

† βασιλιος ὁ απο ρουσιάνου μαρτιρῖ δια του σταυροῦ.

† σιμεῶν απο νουκις μαρτυρι δια του σταυρου.

† λεων μελισσιοτος μαρτυρι διὰ του σταυροῦ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani. n.° 124.)

praetextu, ob aliquam poenitentiam, quae nos evicerit, hanc (*oblationem*) subvertere voluerimus, ne exaudiamur, sed tamquam violatores venerabilis et vivificae crucis anathemati subiiciamur, et partem habeamus cum iis qui Dominum crucifixerunt. Praeterea regio Fisco pro poena regalibus sex et triginta mulctemur, et firma deinceps praesens donatio in perpetuum maneat tibi, quia ita nobis placuit. Rogatu nostro scripta est manu humilis protopapae Georgii Sancti Petri Cremasti, mense ianuario, indictione XI, anno 6731, in praesentia subscriptorum testium.

† Petrus Caballarius de Acherontia testatur per crucem.

† Theodorus de Rossano testatur per crucem.

† Basilius de Rossano testatur per crucem.

† Simeo de Nucibus testatur per crucem.

† Leo Melissiotus testatur per crucem.

CCLXXIII.

1225 — Mense Aprili — Indict. XIII — Circlarii.

Carabuna filia demortuae Argentiae de Lando tradit monasterio S. Phantini se ipsam una cum omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus.

† σίγνο χειρός καραβούνας θυγατρος τῆς ἀπηχομενης αργεντιας τοῦ λάνδου. καὶ γυνῆ του ἀπηχομενου μαΐστρο ραοῦλ φράγκός.

† Ἐν ονοματι τοῦ πατρος καὶ του υιου και τοῦ ἁγίου πνευματος. καγω ἡ προγεγραμμενη καραβουνα ἡ τὸν σίγνον τοῦ τιμήου καὶ ζωοποιου σταυρου ἴδια μου χειρὶ ποῖήσας το δε ολον υφος τοῦ ονοματος μου συν τη ἐπονυμια διὰ χειρὸς τοῦ νοταριου γραφεισα φένωμαι ἐγω διδοῦντα καὶ ἀμφιερόννωντα εις την σευασμιαν καὶ αγίαν μονην τοῦ ἁγίου φαντίνου καὶ πρὸς σὲ τὸν εὐλαβεστατον οἰκονομον καὶ προεστωτα κῦρ τοῦ δύνου ἱερῶμοναζον. καὶ ὄντος ἐν τῆ μονη ἄντ αυτου οἰκονομου ρογεριου τοῦ καστροβιλλαρης. ἰδοῦ εκτος βίας αναγκης καὶ παντὸς απηγωρευμμενου τροπου ἐκουσία μου γνωμη καὶ ἀυθειρετω βουλη. ὑπερ λυτηριου καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιων των ἡμων γενητορων καὶ γωνέων. ἐν προτοις διδωμι εἰς την προρηθεισαν

† Signum manus Carabunae filiae Argentiae de Lando defunctae, et uxoris defuncti magistri Rodolfi Franci.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascripta Carabuna, quae signum sanctae et vivificae crucis propria mea manu exaravi, reliquam vero nominis et cognominis mei seriem manu notarii, concedo et offero venerabili sanctoque monasterio S. Phantini, et tibi piissimo oeconomo et praefecto domino de Dino sacerdoti et monacho, ac Rogerio de Castrovillari vice tua oeconomo eiusdem monasterii, et nulla vi aut necessitate adducta, aut quocumque alio per leges vetito modo, sed de propria mea sententia et spontanea voluntate, pro redemptione et remissione meorum peccatorum meorumque genitorum, in primis trado praedictae ecclesiae corpus meum, et omnia bona mobilia et immobilia cum

ἐκκλησιαν τὸν ἐμὸν σωμα σὺν πάντα τα κινιτα πραγματα καὶ ἀκινιτα ἀπο τε αμπελιον χωραφιον. χωρὶς τὸ χοραφιον τοῦ ὄρους ὅπερ εστὶν εις τῆν διάκρατησιν της χῶρας κῆρκλαριου εις τοπον λεγόμενον τοῦ ἁγιου ιωαννου ὅπερ ἀμφιέρωσα καλῶς θελῶς. εἰς τὸν ἅγιον σευαστιανον καὶ εις την αγιαν θεοτοκον τοῦ πηγαδιου. περι τὰ ἄλλὰ χωραφια καὶ τὸ ἀμπελιον τῆς ματίνας ὅπερ ἐφύτεύθη ποτε κερῶ ὃ ἀπηχομενος μαϊστωρ ἰάκοβος εἰς μεσινον καὶ αυτο δίδωμι τῆ προλεχθῆσα ἐκκλησια σὺν καὶ τα ἄλλα ειρημενα αμπελια καὶ χωραφια. καθῶς προῆρηκα· τοῦ ἔχειν αυτη ἡ ἐκκλησια ἀεὶ πάντοτε ἐξουσίαν πουλειν χαρίζειν, ἀνταλλάγτειν· καὶ πάντα πραττειν ὡς ο νομος τοῖς ἰδίοις δεσποταις διακελεύεται· καὶ ὡς την ἐξουσίαν παρ ημου εἴληφοτα μὴ παρά τινος κολυόμενος μητε ἐμποδιζώμενος: εἰ δὲ ποτε κερω ἢ χρονω φανῆ τὶς ζήτησιν κίνισιν· ἢ ἀγωγην τινα ὀφείλει ποιήσθαι κατα τῆν προρηθεῖσαν ἐκκλησιαν καὶ κατα τῶν προεστωτα· ἥστασθαι με καὶ διεκδικᾶν ταυτα ἀπο παντος ἐνάντίου προσωπου καὶ τῆν ἐκκλησιαν ἀζύμιον διαφυλαττειν. ει δὲ καὶ τουτο οὐ ποιουμαι ἀλλὰ εἰς διαστροφῆν τινα χρῆσωμαι ὁμολογῶ τοῦ ειναι με καὶ κατηραμμενον παρα του θεου πάντοκράτορος. καὶ τῶν αγιων καὶ ἐνδόξων πανεὐφήμων ἀποστολων καὶ τῶν ἁγιων τιη θεόφορων πατερων καὶ παντων των ἁγιων· καὶ εἴθ ουτως διαμενέτω τὸ παρον τῆς ἀμφιέρωσύνης ἔγγραφον βευαιον πάγιον καὶ ἀπαρασάλευτον εἰς τοὺς αἰώνας ὅπερ εγράφη χειρὶ λεοντος ἱερεύς υιος νοταριου ἰορδανου διὰ παρακλησεως σαλέρνου νοταριου καὶ κριτου καὶ ταβουλαριου ἀστεος κῆρκλαριου ἐν μηνι απριλιω της ινδικτιωνος ιγ΄ ετους· ϛψλγ΄. παρουσια αξιοπιστων καὶ υπογραψαντων μαρτυρων.

† ὀτοῦ κηρκλαρίου νοταριος μαρτυρ ὑπέγραψα τή ἴδια χειρι.

† πιτρόν τοῦ γουτοῦ καὶ κριτης κηρκλαριου μαρτυρ υπεγραψα δια τον σταυρον.

† νικολαος υιος μηχαηλ πορτέρης μαρτυρ ὑπεγραψα διὰ τον σταυρον.

† ανδρεας του μυλε μαρτυρ υπεγραψα ηδια χειρι.

† σαλέρνος κριτῆς καὶ ταυουλαριος του κιρκλαριου μαρτυρ ὑπεγραψα ἰδια χειρι.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 90.)

terris et vineis, excepto territorio montuoso in pertinentiis civitatis Circlarii, in loco ubi dicitur Sanctus Ioannes, quod de mea bona voluntate obtuli S. Sebastiano et S. Deiparae de Fonte. Quoad vero alias terras et vineam Matinae, quam olim plantavit demortuus Magister Iacobus ad Mesinum, has etiam offero praedictae ecclesiae cum aliis vineis et terris, prout antea dixi; ut praefata ecclesia habeat potestatem in perpetuum vendendi, donandi, permutandi, et omnia faciendi quae propriis dominis leges permittunt, quoniam potestatem a me accepit, neque impedimentum aut molestiam ab aliquo patiatur. Si quis autem quadam occasione vel tempore ausus fuerit molestiam, litem, aut quaestionem inferre praedictae ecclesiae eiusque praefecto, tenear ego obstare et vindicare ab omni contraria persona, et ecclesiam a quovis damno immunem praestare. Quod si hoc facere neglexero, et poenitentia ducta (*hanc donationem*) subvertere voluero, assentior maledici a Deo omnipotenti, a sanctis et gloriosis et perillustribus Apostolis, a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, et ab omnibus Sanctis: et nihilominus praesens oblationis instrumentum firmum, stabile et inviolabile remaneat in omne aevum. Scriptum manu Leonis presbyteri filii notarii Iordani, rogatu Salerni notarii, iudicis et tabularii civitatis Circlarii, mense aprili, indictione XIII, anno 6733, praesentibus subscriptis fide dignis testibus.

† Odo notarius Circlarii testis subscripsi propria manu.

† Petrus de Guto iudex Circlarii testis per crucem subscripsi.

† Nicolaus filius Michaelis Porteris testis per crucem subscripsi.

† Andreas de Myle testis propria manu subscripsi.

† Salernus iudex et tabularius Circlarii testis propria manu subscripsi.

CCLXXIV.

1226 — Mense Ianuario — Indict. XIV.

Testamentum Clementiae uxoris Laurentii Caballarii.

† Εν ονόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. της ὑπερημνήτου δεσποίνης ἡμῶν θεοτοκου καὶ ἀεῖπαρθενου μαριας. καγῶ κλημέντζα. ἡ καὶ σύνβιο κυρου λαυρεντου καβαλλαριου. καὶ ὁμωτου κρητου· νόσω βαρυτατω περῆπεσῶν καὶ το τοῦ θανάτου ἄορον τέλος φουουμένη. μηπὸς ελθη επ εμε ἡ τοῦ θανάτου ἀθρόα τομῆ. ἀλλ ος ωτι κύριος τοῦ νοὸς μου καὶ τὸν φρενὸν μου καθήσταμαι. θέλω διάτάξασθαι τα εμά πράγματα οὕτος. ἐν προτοις ἀφίω εις την ἱερὰν μητροπολιν εν ῶ μέλλω ενταφιαθειναι ταριων καρτην μίαν καὶ εις τον ἐμὸν ἐξαδελφον τῆς λητρας ταριων καρτην μίαν· εις τας τρῆς ἑτέραν καρτην καὶ εις τας ἑννεα ἑτέραν ταριων καρτην μίαν· ὁμίος καὶ εις τον σακοστᾶ ἑτέραν κάρτην του πατρος μου του πνευματικου καρτην μίαν· τοῦ πρεσβυτερου βασιλειου ἱερούργου τὸν ἀποστόλων ταρια δ'. τῆς ἐμῆς ἀδελφῆς τῆς μοναστριας καρτην μίαν· εις την ἐμὴν χρονέαν θέλω ἵνα δωθη εις τον ἅγιον σπηρητον διότης ὑπαρχει ἐκεισε αδελφῆ καρτην μίαν· καὶ ἡμήσι ὀγκείας ἵνα εξοδιαζεται διὰ τὴν ἐμὴν ψυχην· τῆς ἐμῆς ἀδελφῆς μιχάλδας δωθητω τὼ ἐμὸν μαντιλλιον τῶ ἀληθινον καὶ την τζηππαν μετεαλησταν καὶ τα ἀργηρογάταυα· τὴν δὲ ἐμῆν κουτέλλαν ἀφίω τῆς ἐμῆς ἀνεψίας χιουρήτας· δωθήτω τῆς ἐμῆς ετέρας ἀνεψίας βαβυλώνας ζευγάριν ληττες· τῆς δὲ ηρήνης τῆς ἀνεψίας τοῦ ἐμοῦ ἀνδρὸς θέλω ἵνα δωθη· το ἕτερον ζευγαριν το ληστιν καὶ τα σχουλαρηκά· τοῦ δρογου ἵνα δωθη το ἐμὸν μαντιλλιων πράσινον· τῆς δὲ κακοταρέας δωθητω ἡ εμῆ γιουππα· τα δὲ χωραφια τοῦ σελλαπιοῦ ὅπερ ἔχω ἐκ τον ἐμὸν θύον κυρον ρανάλδον βαρδέλλον καὶ τὸν αυτου υἱον κυρον ἰοσφρεν· τα του γεμέλλου. θέλω ἵνα ἔχη αὐτὰ ἡ μονῆ τοῦ χιούρε ὑπὲρ ψυχικεις μου σωτηριας· ἀφίω δὲ επιτρόπους καὶ διήκειτας ταύτης τῆς διαταξεος τὸν ἐμὸν ἀνῆρ καὶ τὸν ἐμὸν πνευματικον πατεραν πρεσβυτερον ιωαννην λατίνον· καὶ τὸν ἐμὸν συνγγενη κυρον ιωαννην λωκηφερον· ἵνα διήκηση αὐτά καλῶς ὁς τοῦ θεοῦ τὸν φοβον ἔχουσιν· καὶ εια ποιῆσουν διά τὴν ἐμῆν ψυχην δώει αὐτῶν κυριος εν ἡμερα κρίσεος· εἴτις

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et gloriosissimae Dominae nostrae Dei Genitricis et semper Virginis Mariae. Ego Clementia uxor domini Laurentii Caballarii et Iudicis iurati cum in morbum gravissimum inciderim, mortis horam incertam reformidans, (*metuensque*) ne acuto suo gladio in me ingruat, dum mentis animique compos sum, volo de meis rebus ita disponere. In primis relinquo sanctae metropolitanae ecclesiae, in qua tumulanda ero, tarenorum quartam unam; meoque fratris filio librae tarenorum quartam unam; tribus quartam alteram; et novem alteram tarenorum quartam unam; item et Sacostae alteram quartam; patri meo spirituali quartam unam; presbytero Basilio, qui sacris operatur in templo Apostolorum, tarenos quatuor; sorori meae moniali quartam unam; meae Chroneae degenti in monasterio S. Spiritus, quia inibi moratur soror, volo dari quartam unam, et dimidium unciae, ut oret pro anima mea; sorori meae Michaldae dentur meum mantile bonum, tzeppa metallica, et lemnisci argentei. Relinquo vero tudiculam meam Floritae consobrinae meae. Detur alteri meae consobrinae Babylonae par listarum. Insuper volo dari Irene consobrinae viri mei alterum par listarum, et inaures; Drogo mantile meum prasinum, et Catharinae tunicam meam. Praedia vero nuncupata de Sellapio, quae possideo ex patruo meo domino Ranaldo Bardello, eiusque filio domino Iosfrido, et praedia de Gemello volo ut possideat monasterium de Flore pro spirituali mea salute. Relinquo autem curatores et executores huiusmodi testamenti virum meum, ac spiritualem meum patrem presbyterum Ioannem Latinum, et consanguineum meum dominum Ioannem Lociferum, ut probe illud exequantur, quippe qui Dei timorem habent. Et quidquid fecerint pro anima

καὶ ἐγράφη ἐπὶ τῆς εὐσεβοῦς βασιλείας Φρεδουρήκου βασιλέως καὶ αὐθέντου ἡμῶν· χειρὶ Φιλίππου ἱερέως καὶ μεγάλου πρωτοπάπα ἐκ προστάξεως τοῦ ἁγιοτάτου μητροπολίτου καὶ δεσπότου ἡμῶν κυρίου διονυσίου· ἰανουαρίου μηνὸς ἰνδικτιῶνος ιδ' ἔτους ϛψλδ' παρουσία μαρτύρων.

† ἰωάννης ὁ εὐτέλης ἱερεὺς καὶ πρωτοπάπας ὑπεγραψα.

† γρηγόριος ὁ εὐτέλης ἱερεὺς καὶ πρωτοπαπᾶς ὁ ἐπίφορος ὑπεγραψα.

† νικόλαος προιμηκήριος τῆς ἱερᾶς μητροπόλεως ὑπεγραψα.

† πέτρος πρωτοψάλτης ὑπεγραψα.

† βασίλειος ὁ εὐτέλης ἱερεὺς καὶ ἐξάρχης ὑπεγραψα.

† ἰορδάνος ὁ καὶ γνήσιος ἱὸς κυροῦ ἰοσφρὲς κυροῦ ηλία ὑπέγραψα διά του σταυροῦ.

† νικόλαος ἑλλάδας ὑπεγραψα διά του σταυροῦ.

mea, retribuet ipsis Dominus in die Iudicii. Scriptum sub pio imperio Friderici Imperatoris et domini nostri manu Philippi sacerdotis et magni protopapae, ex mandato sanctissimi Metropolitae et Domini nostri domini Dionysii, mense ianuario, indictione XIV, anno 6734, coram testibus.

† Ioannes humilis sacerdos et protopapa subscripsi.

† Gregorius Epiphorus humilis presbyter et protopapa subscripsi.

† Nicolaus primicerius sanctae metropolitanae Ecclesiae subscripsi.

† Petrus primus cantor subscripsi.

† Basilius humilis presbyter et exarchus subscripsi.

† Iordanus legitimus filius domini Iosfridi filii domini Eliae subscripsi per crucem.

† Nicolaus Elladas subscripsi per crucem.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 125.)

CCLXXV.

1226 — Mense Septembri 19 — Indict. XV — Catacii.

Tabulae nuptiales inter Hugonem Lupunum et Agnetem de Francisco.

† Εἰς το ὄνομα τῆς ὁμοούσιου, αδιαίρετου, ἀσυγχέτου, καὶ ἀχωριστοῦ ἁγίας τριάδος, προικεῖον σὺν θεῷ γενάμενον παρ εμοῦ κυροῦ οὔγου λουποῦνει προς την ἐκ θεοῦ μελλοντα μοι γενέσθαι νόμημῶν γυνὴν τὴν ἀνέσαν, τὴν καὶ θυγατέραν γνισίαν καὶ νόμημον κυροῦ ιωαννου φραγκεῖσκου. ἅμα δὲ καὶ θυγατέρα τῆς κυρᾶς βινεδίττας τοῦ γαπατοῦρι. ἀπο της μεσύνης. τῆς ποται συζῆγου ἐκείνου τοῦ ἀπεχομένου κυροῦ ιωαννου φραγκῆσκου, εἰσὶν τα ὀφίλοντα μη δοῦναι παρ εμοῦ πρὸς αὐτὴν, λογω δὲ θεωρίτρου αὐτῆς ταρῖα χίλοια. διδω δε αὐτῆς καὶ νυμφοστολισμον ταρεών τροιάκωσοιόν, καὶ ὁ θεός το ἔλεος †††

† ἀντίπροικὸν γενάμενον παρ εμοῦ κυρᾶς βενεδίττας, ὑποται σύζηγος ἐκεινου τοῦ ἀπεχωμένου κυροῦ ιωάννου φραγκεῖσκου, προς τον ἐκ θεοῦ μελλοντά μη γενέσθαι γαμβρὸν τὸν ανωτέρω κυρὸν οὔγὸν λλουπουνον, καὶ σύνζιυχθεῖναι νομιμον ἀνὴρ αὐτῶν, εἰς την ἐμὴν γνισίαν καὶ νόμημον θυγατέρα την ἀνέσαν, εἰσὶν τα ὀφηλοντα μι δοῦναι παρ εμοῦ πρὸς αὐτῶν, λεγῶ δεῖ ἥγουν το ἡμείσυὶν τῆς ἐμῆς στάσεως, ὅπερ ἔχω

† In nomine consubstantialis, individuae, distinctae et inseparabilis sanctae Trinitatis. Tabulae nuptiales Dei gratia factae a me domino Hugone Lupuno Agneti meae divinitus futurae legitimae uxori, filiae verae et legitimae domini Ioannis Francisci, et filiae dominae Benedictae de Gapaturo Messanensis, quondam uxoris defuncti domini Ioannis Francisci. Haec sunt quae ei tradere debeo, nempe ratione theoretri ipsius tareni mille, et pro nuptiali ornatu tareni tercenti; et Deus (*tribuat*) misericordiam.

† Tabulae nuptiales factae ex altera parte a me domina Benedicta quondam uxore defuncti domini Ioannis Francisci, futuro divinitus meo genero supradicto domino Hugoni Lupuno, qui legitime ducturus erit uxorem veram et legitimam meam filiam Agnetem. Haec sunt quae ipsi tradere debeo, nimirum dimidium meorum bonorum, quae habeo in civitate Messanae et in pertinentiis ipsius.

ἔσω εἰς την χώραν τῆς μεσυνῆς καὶ ἔξο εις την κράτησὶν, της μεσύνης, ὡσαύτως καὶ ἐγῶ ὁ γαλτέριος, υἱὸς κυροῦ ιωάνου Φραγκήσκοῦ, στέργω ταύτην τὴν δώσὶν τῆς ἐμὴς ἀδελφῆς τῆς αννέσας, ὅπερ εσυνεφονεισεν εἰ εμη μητηρ ἡ κυρᾶ βενεδίττα προς τον εμῶν συγγενόν τὸν ἀνωτέρω κυρον οὔβον λλουπούνον. λλεγω δεί τὴν ἡμεισὶν στάσυν τῆς μεσύνης, ἀπο ται ὀσπιτιων. καὶ ἀμπέλων. τα δε ὡσπίτια εἰσὶν εἰς τὴν ρροῦγαν του γαπατοῦρι, τὸ συνκεκόλλημένον συν του οἴκοῦ του ποτε κυροῦ ἐνρρίκου. τοῦ γαπατοῦρι, καὶ εἰς το προσώπον στήκουν τοῦ οἴκου ματθέου γώττου. τω δε ἀμπέλιον ὑπάρχει ἔξο εἰς την κράτησὶν τῆς μεσύνης, εἰς τοπὸν ἐπιλεγῶμενον καταράγκτον, το και πλησίον του ἀμπέλου βηράλδου ἀργαρία, τουτο συ στέργομεν το ἡμεισὶν ἀμπέλου, μετὰ πάντον τον ἐκείσαι ἡμερωδενδριῶν καρποιμῶν και ἀκαρπων, ὡσαυτως στεργῶ κγῶ βενεδίττα, ἀμ δὲ συν του ἐμοῦ υιοῦ του γαλτερίου, καὶ ἐπιδειδῶμὲν, προς σε τὸν κυρὸν ουβὸν λλουπούνον, τω ἡμείσειὸν, εἴγοὖν τῆς στᾶσεως, λλεγω δεὶ ὅπερ ἐχώμαι, εἰς την κράτησὶν χώρας καταντζάρου ἀπο ἀμπέλων, χωραφίων, ἡμερωδενδρίον, καὶ ὥσπιτίων, καὶ οἰκοτοποιῶν, καὶ κύπον, καὶ ἀνθρωπων, φρᾶγκον, καὶ βελλάνων, καὶ τουτο διᾶσώζώμενον το τέλως τῆς βασιλείας, το ἡμεῖσυον, καὶ ὁ θεος το ἔλεος.

† καγῶ κυρά βενεδίττα ὑποτέ σύζηγὸν ἐκείνου του απεχωμένου κυρού ιωανου Φραγκήσκου, τα ἀνωτερα στεργων εκυρωσα δια του σταυροῦ.

† ego gualterius filius domini ioannis farnagani et domine benedicte superdicta concedo et confirmo.

† Ego Goffredus decolle testis sum.

† ἐγῶ κυ,ὸ; ιωάννης τῆς κηβείτης, μαρτυρώ διὰ του σταυρου.

† Ego iordanus carbonellus idem testor.

† βασίλειος εὐτελῆς κριτῆς καταντζαρίου, ἰδιόχείρος ὑπεγραψα.

† Ego iohannes de lorito testis sum.

† Rogerius scripto de conca testatur in isto.

† ego petrus catacensis canonicus testis sum.

† ἐγράφη χειρὶ ἐμου εὐτελοῦς νικολάου νοταρίου υἱοῦ φιλήππου, τοῦ ἀτζουπου, καὶ νόμικὼς ταβουλάριος πόλεως καταντζαρίου, τοῦ ἔτους ,ϛψλε', ινδικτιωνος ιε', σεπτεμβρίω μηνὶ εἰς τας ιθ'.

Item ego Gualterius filius domini Ioannis Francisci confirmo hanc donationem meae sorori Agneti, de qua convenit mater mea domina Benedicta cum meo supradicto cognato domino Hugone Lupuno, id est dimidium bonorum Messanae extantium, nempe domos et vineas. Domus extant in vico Gapaturi adnexae domui quondam domini Henrici Gapaturi, et e regione domus Matthaei Gotti: vinea vero extat in pertinentiis Messanae, in loco dicto Cataracto, prope vineam Beraldi Argariae. Quod dimidium vineae donamus cum omnibus arboribus fructiferis et infructiferis inibi extantibus. Item ego Benedicta cum meo filio Gualterio ratum habeo et dono tibi domino Hugoni Lupuno dimidium bonorum meorum, id est quae habeo in pertinentiis civitatis Catacii, quaeque constant e vineis, praediis, arboribus fructiferis et domibus, aedibus et hortis, et hominibus liberis ac villanis; et in hoc comprehendatur dimidium tributi regiae Curiae solvendi; suamque Deus (*elargiatur*) misericordiam.

† Ego domina Benedicta quondam uxor defuncti domini Ioannis Francisci, quae supra confirmans rata habeo per crucem.

† Ego dominus Ioannes de Cebeta testor per crucem.

† Basilius humilis iudex Catacii propria manu subscripsi.

† Scriptum manu mea humilis Nicolai notarii filii Philippi Atzupi, et legitimi tabularii civitatis Catacii, anno 6735, indictione XV, die XIX mensis septembris.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 126.)

CCLXXVI.

1227 — Mense Ianuario 22 — Indict. XV — Nohae.

Riccardus de Claromonte eiusque filius Bulotta donant Venuto vineam sitam in agro Nohae in loco ubi dicitur S. Hypatius.

† σίγνου χειρός του αυθεντου ἡμων κυρ ρικαρδου τοῦ κλερομοντε.

† σιγνου χειρὸς τοῦ υουλοττα υιος αὐτοῦ. Ἐν ονοματι του πατρος καὶ τοῦ υιοῦ καὶ του ἁγίου πνευματος· φενωμεν οἰμοῖς οἱ ανότεροι γεγραμμενοι ἐγῶ ρικαρδος καὶ ούνουλόττα ποιουντες τα σίγνα τοὺς τιμηους καὶ ζωοποιους σταυροῦς ἰδίες χερσὶν ποιησαντες· τὰ δὲ ονοματα ἡμῶν και τη πατρωα επονυμία ὑπο του υφος του νοταριου γραφοντες φενωμεθα οἰμοῖς διδοντες καὶ χαριζοντες εἰς σὲ υενουτον καὶ τους σοὺς κληρονόμους τὴν ἀμπελον μετα τω χωραφιον ἀργὸν τῆ εστὶν επάνω την αμπελον ἣν απαίλαβεν ανταλαγὶν απο του πανδοχιου του νωῶν και ἐστι τιαύτη αμπελον εις τὴν διακράτισιν του νωῶν εἰς τι τοποθεσιαν τοῦ αγίου ηπατίου οὐχ ἁπλὸς οἴκη καὶ ὡς ετυχεν χαριζω σοὶ τὴν αυτῆν δια τὴν καλὴν δουλίαν ἣν ἔλαβε ο πατρος μου καὶ ἡ μητηρ μου ἀπω του πατρος σου και ἀπω της μητρος σου καὶ εγῶ αὐτὸς απο σοῦ ελαβεν καλὸν δουλιαν και δια τοῦτω αγαπησαμὲν σοι καὶ χαρισαμὲν σοι ἀπο τῶν ημων και ασφαλησαμὲν σοι εἰς σὲ καὶ τους σους κληρονομους· τιαύτη δορεὰν καὶ τὴν αγωρὰν ἣν επουλησά σοι ροσανα θυγάτηρ του πρεσβυτερου νικολάου καὶ διοριζεται τὴν αμπελον ὧν οἰμεῖς εδωρεισαμὲν σοι και την αγοραν σου ουτως ἀπο ανατολας την αμπελον του κρητοῦ ιωαννου σφερραμολινα, απο δυσμων σὺ αυτος βενούτος απο ακτρου τὴν οδὸν καὶ τὴν αμπελον τοῦ φιου του σερρανέρη απὸ μεσιυρια αλήσανδρος βελεμε καὶ κλῆ συν ησωδω καὶ εξωδω μετα πάσης αυτου δικαίας και λεγωμεν μετα καθαρας καρδιας του ποιήσι ἐξ αυτου ὥσα εστιν τα θεληματά σου του πουλειν χαρίζην ανταλαγτειν και εις πρικα επιγράφεσθαι και διαδοχοις καταλυπανειν ὡς τό κυρος καὶ την δεσποτιαν παρ ἡμεῖς ηλυφὸς μη κολυόμενος παρά τηνος ἐὰν τῖς ἐλθοι τῖς ἐθελη καταλήσι εἰς σὲ ἡ τους κληρονομους λεγωμεν μη γένητο αλλα λέγωμεν του εἶναι ὑμᾶς ανενόχλητο· καὶ ανεπόδιστο καὶ ἄζημο πασας τας ἡμερας τοῦ αιωνος υαιυεὰν καὶ στερεὰν

† Signum manus Domini nostri domini Riccardi de Claromonte.

† Signum manus Bulottae eius filii. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Riccardus et Bulotta, qui signum venerandae et vivificae crucis propria manu exaravimus, nomina vero nostra et paterna cognomina manu notarii, donamus et concedimus tibi Venuto, tuisque heredibus vineam cum territorio inculto sitam in parte superiori vineae, quam ex permutatione accepi a Xenodochio Nohae. Sita vero est huiusmodi vinea in pertinentiis Nohae in loco ubi dicitur Sanctus Hypatius. Nec vero simpliciter, temere, et inconsiderate eam vineam tibi concedo, sed ob praeclaram operam, quam meis parentibus mihique ipsi tu tuique parentes praestitistis. Quapropter in benevolentiae testimonium tradimus tibi tuisque heredibus huius concessionis instrumentum, quo etiam confirmamus venditionem tibi factam a Rosana filia Nicolai presbyteri. Vinea autem quam tibi donavimus, et ea quam tu emisti, his finibus comprehenduntur: ad orientem est vinea iudicis Ioannis Sferramolinae; ad occidentem tu ipse Venutus; ad septentrionem via, et vinea de feudo Serraneri; ad meridiem Alexander Belemme; et clauditur. (*Donamus inquam*) cum ingressu et egressu, et omnibus iuribus ad eam pertinentibus; et puro corde tibi permittimus facere de ea quodcumque tibi visum fuerit, vendere, donare, permutare, in tabulis dotalibus scribere, et successoribus relinquere, sine impedimento, utpote qui potestatem et dominium a nobis accepisti. Si quis vero surrexerit, volens hanc concessionem tibi, aut tuis heredibus infringere, ne id fiat, immo volumus te immunem esse a quovis damno et impedimento omni tempore, (*et huius concessionis instrumentum*) firmum, ratum et in-

και απαρασαλευτον καὶ λεγωμεν τοῦ δεφενδεῦσε ὑμᾶς απο παντὸς προσώπου ἐάν τῖς ἀνυστὰ του καταλύσε τῆάυτην δωρεαν εστῶ ζημηουμένου απο του δημοσίου ριγάτας λς' ἡστερον μενετω προς σὲ και τους σους κληρονομους πάσας τας ημερας του αιῶνος και δηδωμέ σοι την χαρτην την αλλαγὴν ἡτις εγράφη ἐπι του ευσευοὺς. βασιλέος φουλδερικου δια χειρος του πρεσβυτερου ιωαννου ὁ ανυψιος του ηγουμενου ο νοταριος καὶ ταβουλάριος αστεος νῶε μηνι ἰαννουάριος κβ'. ημερα ς' ετους ϛψλε'. ινδικτιωνος ιε'. παρουσία μαρτυρων υπογραψαντων.

† ιωαννῆς σφερραμολυνα κρητῆς νωῶν μαρτυρῶν υπεγραψα.

† κυρ βερναρδος γαβρὸς τοῦ κυρ ρικαρδου βελεμμε μαρτυρ υπεγραψα.

† εγῶ νικητας μάστρου σενεσκάλκου τῆ οἰκοια του αυθεντου ημῶν κυρ ρικαρδου τοῦ κλεριμοντε.

† αλησανδρος υιος ρικάρδου βέλλεμε μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.° 91.)

concussum (*permanere*). Praeterea tibi promittimus nostram defensionem a quacumque persona ; quod si quis insurgat huiusmodi concessionem infirmare volens, poenae nomine solvat Fisco regales sex et triginta; et nihilominus omni tempore ipsa firma remaneat tibi , tuisque heredibus. Tradimus autem tibi hanc concessionis chartulam scriptam sub Friderico pio Imperatore manu Ioannis presbyteri, consobrini hegumeni notarii et tabularii civitatis Nohae, mense ianuario, die XXII, feria VI, anno 6735, indictione XV, praesentibus testibus subscriptis.

† Ioannes Sferramolina iudex Nohae testis subscripsi.

† Dominus Bernardus gener domini Riccardi Bellemme testis subscripsi.

† Ego Nicetas Magister Senescalcus domus Domini nostri domini Riccardi de Claromonte.

† Alexander filius Riccardi Bellemme testis subscripsi.

CCLXXVII.

1227 — Mense Martio 19 — Indict. XV.

Theodorus cognomento de domina Eupraxia, et Anna eius coniux vendunt sexaginta tarenis Ioanni de Messana medietates nonnullorum praediorum positas in agro Badulati , una cum homine Basilio Scolario.

† σίγνον χειρὸς Θεοδώρου υἱοῦ τοῦ ἀπεχομένου κυροῦ νικολάου σατριάνου , τῖ ἐπονιμία τῆς κυρὰς εὐπραξίας † σίγνον χειρὸς ἀννῆς συμβίου αὐτοῦ.

ἡμεῖς οἱ προγεγραμμένοι οἱ τὰ σίγνα τῶν τιμίων καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν οἰκίες χερσὶν καθ' ὑπογράψαντες, ἀναλαμβαννόμενοι καὶ τοὺς δὲ λοιποὺς ἡμῶν ἀδελφοὺς. ἰδίους κληρονόμους καὶ συνκληρονόμους καὶ πᾶσαν ἑτέραν ὄχλησιν, τὴν παρούσαν ἔγγραφον ἀποχὴν ἀπόταγὴν καὶ τελίαν διάπρασιν, τιθέμεθα καὶ ποιοῦμεν ἐκουσία ἡμῶν τῆ γνῶμη καὶ οἰκία πρωὲρεσει, καὶ οὐκ ἔκ τινος τὸ παράπαν ἀνάγκης, ἢ υἱας, ἢ δόλου , χλέβης, καὶ διουργίας ἐκτός , εἰς σὲ τὸν ἰωάννην τῆς μεσίνης τὸν ἡμέτερον ἀνεψιόν πεπράκαμέν σοι, ἐξ ὧν ἔχω ἐκ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, εἰς τὸ κράτον χώρας βαδουλάτου, τὴν ἥμισον κουλτούραν τὴν ἐπονομαζομένην βουνάκην , καὶ τὸ ἥμισι τῶν πέντε μοδίων τοῦ χωραφίου ὧν ὑπάρχει πλησιον τῆς αὐτῆς

† Signum manus Theodori filii quondam domini Nicolai Satriani, cognomento de domina Eupraxia. † Signum manus Annae coniugis ipsius.

Nos suprascripti, qui signa venerandae et salutaris crucis propriis manibus exaravimus, nomine quoque ceterorum nostrorum fratrum, heredum et coheredum in nos suscipiendo omnem molestiam, praesens instrumentum acceptilationis, cessionis et perfectae venditionis condimus et facimus, voluntario nostro consilio, ac propria deliberatione, nullaque prorsus necessitate, vel vi, vel dolo, citra fraudem ac malitiam, (*quo instrumento*) tibi Ioanni de Messana consobrino nostro vendidimus ex paternis possessionibus, quas habemus in territorio Badulati, dimidium culturae denominatae Bunaci, et dimidium quinque modiorum praedii, qui extant prope ipsam culturam infra viam regiam, et dimidiam partem ex mille vitibus vineae

κουλτούρας ἐπικάτω τῆς βασιλικῆς ὁδοῦ, καὶ τὸ ἥμισον τῶν χιλίων ριζίων τοῦ ἀμπέλου, ἐν ὦ ἔχωμεν εἰς τὸν κάλλιπορον, ὃ ὑπήρχε τοῦ γεωργίου πλαστάρας καὶ τὸ ἥμισον ἀπόριον, τοῦ ἀπεχομένου ἡμέτερου ἀνθρώπου Ἰωάννου νίλου, ἡ δὲ ἑτέρα ἥμισο κουλτούρα καὶ τὸ ἥμισον τῶν πέντε μοδίων ὧν ὑπάρχει ἐπικατω τῆς ὁδοῦ ὡς προεῖφημεν, καὶ τὸ ἥμησι τοῦ ἀμπέλου τοῦ καλλιπόρου, καὶ τὸ ἥμησι ἀπόριον εἰρημένου Ἰωάννου νίλου, ἔλαχον εἰς μυράδιον τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ κυροῦ κωνσταντίνου, καὶ τὰ ἕτερα ἥμυσι ἔλαχον εἰς ἐμὸν μυράδιον, αὐτῷ τὸ ἐμὸν μέρος πεπράκαμεν εἰς σὲ τὸν προλεχθέντα Ἰωάννην τῆς μεσίνης καὶ ἡμέτερον ἀνεψιόν. ὡς δια ταρία ἑξήκοντα, σωζόμενα τῶν αὐθεντικων τελεματων, ὧν αρμόζουν μοι τελεσω ταρία δ', τὰ δὲ ἕτερα δ'. ταρία τελλει αὐτὰ ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς ὁ ρηθῆς κυρὸς κωνσταντίνος, ὡσαύτως εἰς τὴν πράσιν τῶν ἑξήκοντα ταρίων πεπρακαμέν σοὶ τον ἡμέτερον ἄνθρωπον τὸν βασίλειον σκολάριον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου σκολαρίου, ἐξ ὧν καὶ ὁ ἐμὸς πατὴρ εσχεν αὐτοὺς ἀγωρᾶν, ὁ δὲ ἕτερος ἀδελφὸς ὁ ρηθὴς Ἰωάννης σκολάριος συν τοῦ θείου αὐτοῦ νικολάου σκολαρίου, ἔλαχον εἰς μοιράδιον τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ρηθέντος κυροῦ κωνσταντίνου, πεπρακαμέν σοι δὲ τὸ ἀνωτέρω λεχθέντι τὸ ἡμύσιον, ὡς προεῖφημεν, ὃ ἐστὶν ἐμὸν πατριμόνιον, δια τα ρηθηντα ξ' ταρία, ἅτινα λαβὸν αὐτὰ τὰ ταρία ἀπο τας χεῖρας σοῦ, εἰς χεῖρας ἡμετέρας, εὐθὺς ἐποιήσαμέν σοι τελείαν καὶ πληρεστάτην πράσιν, καθαρωτάτω νοῖ, καὶ ἀμετατρέπτω λογισμῶ, ὅτι ὁ πουλὼν ἔκδικος ἐστὶν, καὶ ὁ ἀγοράζων ἀμίος, ἄνευ μὲν αμφιβόλης, ἴδεν ἀγοράζειν ἐκ τοῦ πουλόντος, καὶ ἰδοῦ τοῦ ἔχειν σε αὐτὸν ἐξουσίαν ἀπὸ τὴν σήμερον ἡμεραν καὶ ωραν καὶ εἰς τους ἑξεῖς ἅπαντας χρόνους πουλεῖν, χαρίζειν ἀνταλλάγτην καὶ εἰς πρικα υἱῶν καὶ θυγατερων καταγράφῆν, καὶ εἰς κληρονόμους καὶ εἰς ἰδίους καὶ διαδόχους καταλημπάνειν, ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν εξουσιαν παρ' ἡμῶν ηλυφὸς, μὴ ἐνοχλούμενος, ἢ ἐμποδιζόμενος παρά τινος, ἡ δὲ ποτὲ καιρῷ ἢ χρονω φωραθή τίς απο του κατ' ἐμοῦ μέρους ζητησιν, κύνησιν ἢ ἀγωγὴν ποιῆσαι ἐκ τούτου στίκειν ἡμᾶς καὶ διεκδικάν σοὶ αυτῷ ἐκ παντὸς προσώπου, ἡ δε καὶ ἡμεῖς μεταμελη βουληθωμεν εἰσελθεῖν, ἵνα μὴ εἰσακουόμεθα ἐν τινὴ κριτηρίω, μήτε τὴν τοῦ θείου νόμου βωηθείαν σχώμεν, ἀλλὰ μᾶλλον, ἶναι ἡμᾶς ζημιουμένους εἰς τὴν βασιλικὴν κόρτην νομίσματα ἰβ'. καὶ

quam habemus prope Calliporum, quaeque fuit Georgii Plastarae, et dimidium aporii demortui nostri hominis Ioannis Nili. Alterum vero dimidium culturae, et dimidium quinque modiorum, qui sunt infra viam, uti supra diximus, et dimidium vineae de Calliporo, et dimidium aporii praedicti Ioannis Nili obtigerunt in portionem fratri meo domino Constantino, et reliquae medietates obvenerunt mihi pro mea portione. Quam quidem meam partem vendidimus tibi dicto Ioanni de Messana consobrino meo tarenis sexaginta exemptis a dominicis tributis quatuor tarenorum, quos ego solvere tenear, reliquos vero quatuor tarenos solvat frater meus praedictus dominus Constantinus. Item in hac venditione sexaginta tarenorum vendidimus tibi nostrum hominem Basilium Scolarium, fratrem Ioannis Scolarii, quos emptos habuit pater meus. Alter vero frater, dictus Ioannes Scolarius, una cum patruo suo Nicolao Scolario obtigit in portionem fratri meo praedicto domino Constantino. Vendidimus vero tibi memoratum dimidium, uti praediximus, quod est patrimonium meum, pro dictis sexaginta tarenis, quibus acceptis a tuis in meas manus, illico fecimus tibi perfectam plenissimamque venditionem, de purissima mente et immutabili deliberatione, quoniam venditor de re divendita tenetur, et emptor pariter sine ambiguitate novit se emere a venditore. Idcirco facultatem habeas a praesenti die et hora et in omne deinceps futurum tempus vendendi, donandi, permutandi, in dotem filiorum filiarumque inscribendi, heredibus, propinquis ac successoribus relinquendi, utpote qui dominium et potestatem a nobis accepisti; neque molestia aut impedimento ab aliquo afficiaris. Si qua vero occasione vel tempore deprehendatur quisquam ex parte mea, qui litem, quaestionem aut iudicium intendat, nos propterea obstabimus et defendemus te ab omni persona. Quod si et nos consilium mutare voluerimus, ne exauditamur in aliquo iudicio, nec divinae legis subsidium habeamus, sed potius multemur regiae Curiae numismatis duodecim, ac tibi

πρός σὲ τόν αγωρακότα, τό ἡλυφός παρ αὐτοῦ, καὶ ἡθ οὕτως μενέτω ἡ τιαὕτη καλοθελὴ γεναμένη πράσις στερρᾶ υευαία καὶ ἀπαρασάλευτος ἄχρι τερμάτων αἰώνων, ἐμ παρουσια καὶ επόψεσιν τῶν αξιολόγων καὶ αξιοπίστων παρευρεθεντων μαρτύρων.

† Ἐγῶ νικόλαος καλαυρὸς καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν στρατηγὸς σατριανου τὴ παρακλήσει τοῦ ἀνωτέρω γραφέντος θεόδώρου τὰ ἀνωτέρω μαρτυρὼ δια τοῦ τιμιου σταυροῦ. † γουλιελμος λουμβάρδος τὰ ἀνωτέρω μαρτυρων ὑπέγραψα οικηα χειρη † ἰωάννης κημινος καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν κριτῆς χῶρας σατριανου τῆ παρακλήσει τοῦ προγραφέντος θεόδώρου τα ἀνωτέρω μαρτὺρων δια τοῦ σταυροῦ ὑπέγραψα † εγω μαστωρ ιακωβος τα ανοτερος μαρτιρο † ἐγῶ γρηγόριος τοῦ ματθαίου τῆ παρακλήσει τοῦ προλέχθεντος θεοδώρου τὰ ανοτέρω μαρτυρὼ † ἐγῶ λεων ἀρκλάριος τὰ ἀνοτέρω μαρτυρὼν δια τοῦ σταυροῦ υπεγράψα οἰκία χειρι. † Signo manus Ricardus filius domini Constantino de strino confirmo.

† Ἐγράφη ἡ παροῦσα πράσις δια χειρὸς ἐμοῦ φἰλίππου εὐτελοῦς νοταρίου τῆ ἐπονιμία τοῦ ρήνα. τῆ παράκλησει τοῦ ἀνοτέρω γραφέντος θεοδώρου, μηνὶ μαρτίω ι.θ'. ἐν ἔτει ϛψλε' ἰνδικτιῶνος ιε'.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 127.)

emptori pretio quod a te accepimus; et nihilominus deinceps huiusmodi venditio bona voluntate facta permaneat firma, stabilis et inconcussa ad finem usque seculorum, praesentibus et inspectantibus probis et fide dignis testibus, qui interfuerunt.

† Ego Nicolaus Calabrus pro tempore Strategus Satriani rogatu antedicti Theodori suprascripta testor per venerandam crucem. † Gulielmus Lumbardus suprascripta testans propria manu subsignavi. † Ioannes Ciminus pro tempore iudex terrae Satriani rogatus a dicto Theodoro suprascripta testans per crucem subscripsi. † Ego Magister Iacobus quae supra testor. † Ego Gregorius filius Matthaei rogatus a supradicto Theodoro quae supra testor. † Ego Leo Arclarius supradicta testans per crucem propria manu subscripsi.

† Scriptum est praesens venditionis instrumentum manu mei Philippi humilis notarii, cognomento de Naso, rogatu supradicti Theodori, mense martio, die XIX, anno 6735, indictione XV.

CCLXXVIII.

1228 — Mense Februario — Indict. I.

Christiana filia Armanni eiusque filia Margarita donant monasterio S. Nicolai de Cipullo parvam terram et silvam prope praedia eiusdem monasterii positas.

† σίγνον χειρὸς χριστιάνας του κυροῦ αρμάνου. συμβίου δὲ κυροῦ ιωάνου τοῦ ἁγίου λαυρεντίου.

† σίγνον χειρὸς μαργαρίτης συμβίου κυροῦ υονα-γιούντου λαμπουρίκκου. θυγατρος κυρᾶς χριστιανας.

† εν ονόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἡμεῖς αἱ προειρημέναι γυναίκες χριστιάνα καὶ μαργαρίτα αἱ ἠκείαις χερσὶν ἡμῶν ποιήσασαι τὸ ἐκτύπωμα τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ. τιθέμεθα καὶ ποιούμεν τὴν παρούσαν ἔγγραφον καὶ ἐνὑπόγραφὸν, απλήν τε καὶ καθαραν ἀφιέρωσιν· ἑκουσίως, αδόλως, καὶ αβιᾶστως· μᾶλλον μὲν. σὺμ πᾶσι ἡμῶν προθυμία καὶ ολοψύχω προθέσει, αφιε-

† Signum manus Christianae domini Armanni filiae, coniugis vero domini Ioannis de Sancto Laurentio.

† Signum manus Margaritae coniugis domini Bonagiunti Lampuricci, filiae dominae Christianae.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos praedictae mulieres Christiana et Margarita, quae propriis nostris manibus exaravimus signum honorabilis et vivificae crucis, condimus et facimus praesentem chartulam subscriptionibus munitam simplicis et purae donationis, sponte, sine dolo et vi, quin imo omni nostra alacritate et totius animi proposito; qua donamus venerabili templo sancti Nicolai de

ρούμεν εἰς τὸν πάνσεπτον νεὼν τοῦ ἁγίου νικολάου κηπούλλου· τοῦ μετοχίου τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος στεφάνου τοῦ νόσκου. καὶ εἰς τοὺς ἐκείσαι πάντας αδελφοὺς· καὶ μετέπιτα μέλλοντας ἔσεσθαι, από τῶν χωραφίων τῶν πατρικῶν ἡμῶν, ολιγόν χωράφιον μετα τὴς κατα βωρρᾶν αυτοῦ ολιγῆς φορέστας τα ὄντα πλησίον εἰς ἓν σύνορο μετὰ τῶν χωραφιων καὶ τῆς φορέστας τοῦ αυτοῦ ἁγίου νικολάου κηπούλλου. καθώτι καὶ συνόρεύνται οὕτως. ἐξ ἀνατολῶν αυτού, τὰ χωράφια καὶ ἡ φορέστα τοῦ προειρημένου αγίου νικολάου κηπούλλου, ἐκ δύσμων ο ρύαξ ὁ κατερχόμενος μεσόν τῆς αυτῆς φορέστας τῆς αφιερωμένης καὶ τοῦ χοραφίου ομοίως, ὑπάρχει ἑτέρα ἡμων φόρέστα καὶ τα ἡμέτερα ερημοάμπελα. καὶ τό χωράφι πρεσβυτερου κωνστα τοῦ ρουσέλλου. ἐκ μεσήμβρίας, ὁ δρόμος ὁ απερχόμενος από τον ἅγιον νικολάον. εἰς τὸ χωρίον τοῦ στρογγυλίτου καὶ αλλαχοῦ· ἀπὸ δὲ ἄρκτου· ἡ φορέστα τοῦ αυτοῦ ἁγίου νικολάου καὶ τα ἀμπέλια τῶν κληρωνόμων κυρού γοΐδου λύπατου· ἐκ τούτου τοίνυν τοῦ διορισμοῦ τὸ εἰρημένον ολιγόν χωράφιον σὺν τῆς ὀλιγῆς φορέστας τὰ οντα κατὰ δυσμῶν τῶν χωράφιων καὶ τῆς φορέστας τοῦ αυτοῦ ἁγίου νικολάου μέχρι του συνόρου τοῦ ρουσέλλου, καὶ τοῦ μεσόν ρύακος, από της ἡμεταίρας φορέστας καὶ ερημοαμπέλων, καὶ συν ησύδου ἐξόδου· καὶ πᾶσι δικαιοις αὐτων καὶ προνομοις, αφιερώσαμεν αυτὰ ἡμεῖς αἱ ρηθῆσαι· χριστιάνα καὶ μαργαρίτα, ὑπὲρ ψυχικῆς σοτηρίας τῶν ἡμεταίρων γονεῖων, καὶ ἵνα τοῦ ἔχειν αυτᾶ καὶ δεσπόζειν καὶ νέμεσθαι ἡ πρόρηθήσα μονῆ τοῦ ἁγίου στεφανου τοῦ νόσκου, καὶ ὁ ἅγιος νικόλαος τοῦ κηπούλλου τὸ μετόχιον αὐτοῦ, από τὴν σήμερον ἡμέραν καὶ ωραν. ποιειν ἐξ αυτῶν ὁ κατὴν ἡμέραν ἡγούμενος καὶ οἱ αδελφοὶ πάντες ἤτοι θελουν καὶ νούλωνται ελευθέρος παντελευθέρος· κυρίως καὶ αυθεντός· μη ἐνάντιούμενοι παρά τινος τῶν ἡμετέρων κληρονόμων· ἢ σύνκληρονόμων, ἀλλ ούτε παρ ἡμῶν αὐτῶν ζήτησιν ἡ ἀγωγὴν τινὰ κοινῆν καθ ὑμῶν. μήτε τὸ υελλιανικόν δόγμα πρόυαλλόμεναι τὸ ταὶς ἀπατωμέναις γυναιξὶν υοηθεῖ. ούτε ἄλλότι τῶν ἐκ τῶν φιλευευῶν νόμων τὸ υοηθον ἡμᾶς. μᾶλλον τοῦ ἱστάμεθα καὶ διέκδικᾶν αυτοὺς ἐκ παντων τῶν νουλομένων ἐναντοιεῖν τὴν ἁγίαν μονὴν καὶ τοὺς αδελφοὺς εἰ δὲ καὶ μεταμελία τοινὴ τραπώμεν τοῦ μὴ διέκδικᾶν αυτοὺς ελευθέρος ὑπερ της μονῆς ἐκ παντὸς εναντιουμένου πρόσώπου, οὐ μόνον

Cipullo, obedientiae sancti Protomartyris Stephani de Nemore et cunctis fratribus qui inibi sunt, eruntque in posterum, ex paternis nostris possessionibus praediolum et parvam ex septentrionali ipsius parte silvam, quae finitima sunt praediis et silvae ipsius sancti Nicolai de Cipullo, et ita circumscribuntur: ab oriente extant praedia et silva praedicti sancti Nicolai de Cipullo; ab occidente rivus qui transit per ipsam silvam, quam donamus, et praedium; similiter extant alia nostra silva et nostrae incultae vineae, et praedium presbyteri Constae de Rusello; a meridie via quae vadit a sancto Nicolao ad locum dictum de Strongilito et aliorsum; a septentrione silva ipsius sancti Nicolai et vineae heredum domini Goidi Lipati. Dictum igitur parvum praedium ita circumscriptum, nec non parvam silvam, quae extant ex parte occidentali praediorum et silvae ipsius sancti Nicolai usque ad confinium Ruselli et ad Mesorum rivum de nostris silva et vineis incultis cum introitu et exitu, et cunctis ipsius iuribus et privilegiis, donamus nos memoratae Christiana et Margarita pro spirituali salute nostrorum parentum, et ut praedictum monasterium sancti Stephani de Nemore, et illud sancti Nicolai de Cipullo, obedientia ipsius, habeant et possideant ab hodierna die et hora, et faciant ex iis praepositus pro tempore et fratres omnes quidquid voluerint et ipsis placuerit, libere, omnino libere, et uti domini et arbitri, neque adversetur eis quispiam nostrorum heredum et coheredum, neque a nobis ipsis quaestio vel actio in vos intendatur, neque legem Velleianam praetexamus mulieribus quae decipiantur opitulantem, neque quidquam aliud ex piis legibus in nostrum subsidium advocemus, quin imo antestabimus et defendemus vosmetipsos contra omnes qui voluerint adversari sancto monasterio et fratribus. Si vero mutato consilio non vindicaverimus vos nomine monasterii ab omni contraria persona,

τοῦ εἶναι ἡμᾶς κεκατηραμένας παρα κυρίου Θεοῦ παντοκράτορος, ἀλλὰ καὶ ζημιοῦσθαι ἡμᾶς πρὸς το δημόσιον καὶ πρὸς τὴν μονὴν ρηγατούς λϛ· ηθ οὕτω ἔστω στερεὰ καὶ απαράσαλευτος ἡ παροῦσα καθαρᾶ αφιέρωσης, ἄχρι τερμάτον αἰῶνων· εγράφη μηνὶ φευροάριω ἰνδικτίωνι πρώτη· χειρὶ περεγρίνου πρωτοψάλτου καὶ ταβουλαριου πολεως κροτόνος· ἐν ἔτει ϛψλϛ ἐν παρουσία μαρτύρων.

† Ego Marcus manduca Iudex Cotroni subscripsi.

† κωνστάντινος του ασπρου υπεγραψα.

† κακουρης νομικησης υπεγραψα.

† Constantinus avo testatur de caligrapho.

† ιοσφρες μαιδουκας υπεγραψα.

† ιωαννης τοῦ αγίου λαυρεντίου τα ἀνώτερα στέργω καὶ επικυρῶ διὰ τοὺ σταυροῦ.

† υοναγιούντος λαμπουρίκκος τα ἀνώτερα στέργω καὶ ἐπικύρῶ διὰ του σταυροῦ.

non modo maledictae simus a domino Deo omnipotente, sed mulctemur Fisco et monasterio regalibus sex et triginta. Ita firma et immutabilis deinceps sit praesens pura donatio usque ad finem seculorum, scripta mense februario, indictione I, manu Peregrini primi cantoris et tabularii civitatis Crotonis, anno 6736, coram testibus.

† Constantinus de Aspro subscripsi.

† Cacures Nomicises subscripsi.

† Iosfridus Manduca subscripsi.

† Ioannes de Sancto Laurentio quae supra firmo et roboro per crucem.

† Bonagiuntus Lamporiccus suprascripta confirmo et roboro per crucem.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 128.)

CCLXXIX.

1228 — Mense Martio — Indict. I.

Nicolaus Primicerius donat Monasterio S. Ioannis de Flore praedium positum in agro Sanctae Severinae loco nuncupato Bitauro.

† σιγνο χηρὸς νικολάου προιμικηρίου γαμβρὸς πρασινάκη.

Ἐν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. ἐγῶ ὁ προγραφεὶς νικόλαος πρημικέριος. ὁ καὶ γαμβρος διακονου νικολάου πρασϊνάκου· ὁ το σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωόπιοῦ σταυροῦ· συν ὅλον τῶ ὕφως ἰδιόχειρος γραψας. ἑκουσια μου γνώμη οικεία προἐρέσει· μαλλον ἀναλαμβάννω πάσαν ὄχλησιν ἀδελφων ἰδίων κληρονόμον καὶ σὺνκληρονόμων· τίθωμαι καὶ ποιῶ τὴν παρούσαν ἔγγραφον ἁπλῦν εὐχάρηστον ἀμετάτρευτον ἀμετάθετον καὶ ἀμεταμέλυτον καθαρὰν αφιέρωσιν χωρὴς τῆς εἰας οὖν ἐρεσεως καὶ φϊλονικείας ὑπάρχουσαν πάσαν την τῶν πανεὐσεβῶν νόμων ἰσχύν τε καὶ δύναμιν ἔχουσαν· καὶ μηδαμῶς ποτὲ ἡ χρόνω ἀνατραπήναι ὀφίλουσαν· καὶ μηδαμῶς ποτέ καὶρῶ ἡ χρόνω οὐ παρ εμοῦ τοῦ προγεγραμμενου νικολάου. οὐ παρα τῶν ἐμῶν κληρονόμων ἡ διἀδόχων· οὐ παρ ετέρου προσώπου ξένου ἠουδιποτε ἰδίου μου το σύνολον· ἀλλ επηδεῖ ἀδολως

† Signum manus Nicolai Primicerii generi Prasinaci.

In nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti. Ego praedictus Nicolaus Primicerius, gener diaconi Nicolai Prasinaci, qui signum honorabilis et vivificae crucis totumque meum nomen et cognomen propria manu scripsi, spontaneo meo consilio, propria deliberatione, suscepta potius in me quavis molestia meorum fratrum, propinquorum, heredum et coheredum, condo et facio praesens instrumentum simplicis, gratiosae, immutabilis, inconcussae et non poenitendae puraeque donationis, amota quavis dissensione et controversia, et praeditum omni sanctarum legum vi et robore, nullaque omnino occasione vel tempore subvertendum neque a me praedicto Nicolao, neque a meis heredibus et successoribus, neque ab alia extranea persona vel propinquo meo in universum. (*Quo instrumento*) sine dolo et vi dono Deo et venerabili monasterio de Flore, Ioanni Apostolo

καὶ ἀμιάντος· ἀφιέρῳ τῳ θεῷ καὶ τῃ σεβασμια μονῃ τοῦ χιούρε εις τον ἀπόστολον ἰωάννην καὶ εὐαγγελιστήν τῶν θεολόγον καὶ εἰς σὲ τῶν κατα τὴν ἡμέραν καθηγουμενέβοντα τιμιότατον κυρον ματθαίον· καὶ εἰς τους ἐν χριστῷ ἐκείσε ἀδελφούς· ἐπηδεῖ χωράφιον κληρονομῶ. ἐκ γυναικείας μου κληρονομίας ἐν τῆς διάκρατήμασιν τῆς θεῶφρουρήτου πόλεως ἁγίας σευειρίνας ἐν τῆ τοποθεσια βυταύρου· περηορήζεται δὲ καὶ ἐκφαίνη οὗτος ἐξ ανατολῆς τα χῶραφια τῆς μονῆς καλαυρομαρίας· ἅπερ αφιερώθηραν τοῦ μάλαγενεα· ἐκ δισμού ἡ ὁδῶς ἡ παλεά· ἡ ἀπάγουσα εις το στρόγγιλον· αρκτρον δὲ μέρει τα χωραφια τῆς καλαυρομαρίας καὶ ἡ δημοσια ὁδῶς· εἰς δε μεσεμυρίαν τὰ χῶραφια τοῦ αρχιεπισκόπου ρεῦσιάνου ἅπερ ἔσχεν παρα τῆς αὐτοῦ συνβίου· καὶ σὺνκλήει· τούτο οὖν τῶ διλωθεν χωραφιον ὅσον καὶ οἷον ὑπάρχει. ἀφιέρῳ αὐτῶ ὡς προέφην εις τὴν ἁγίαν μονῆν τοῦ χιούρε εἰς τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστην ἰωαννην· τοῦ ὑπερεὐχαισθαί μαι ἐν τῆς θείης καὶ ἱεροῖς διπτύχοις τῶν ἐμῶν γεννητῶρον· καὶ τοῦ ἐμου πενθερού· καὶ εμοῦ του ἁμαρτολού· καὶ ὅπως εὑρημεν ἔλεος ἐν ημέρα τῆς· τούτου χάριν καγῶ ἐπροἐνοήσάμην τοῦ ἐγγραφον ἐκθέσθαι ἐν ταύτα· τοῦ ἔχειν αὐτῶ ἡ ἁγία μονῆ ἀπό γε τοῦ νῦν εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας καὶ ἡνεκεῖς χρόνους ἐπεξουσίως καὶ αυθεντικως· ποιὴν ἀπ αυτου εἴτι ἀρεστόν ὑπάρχει τῆς ἁγίας μονης· ὃς τῶ κύρος καὶ την δεσποτείαν παρ εμου ἡλιφῶς· μη εναντιούμειος παρά τινος· οἱ δὲ τῆς ποτέ καιρῶ ἡ χρονω ἀπο τῶν ἐμον κληρονόμων ἡ ξένου πρωσόπου το σύνολον· διαστρέψει τὴν παρ εμοῦ καλοθελῶς γεναμενην αφιέρωσιν· μη ὑσακουέστω· ἀλλ οἴναι ἐπάρωτος παρα πατρος υἱοῦ θεοῦ παντοκρατορος· των τιη' ἁγίων θεόφορων πατρῶν τὸ ἀναθέματι καθηποβληθείσονται οἱ δὲ παρ εμοῦ τη διάστροφὴν θελησω ποιῆσαι καὶ ου διέκδικῶ αὐτῶ ἀπο παντός προσώπου ἥνε με ὑποζήμιον εις το δημωσιον ριγάτα λϛ'. καὶ ἡθ ούτω μένην στερρα καὶ ἀπαρασάλευτος μεχρι τερμάτων αἰώνον· ἤτης καὶ εγράφη ἐπὶ τῆς εὐσεβοῦς βασιλείας φρεδουρηκου τοῦ ὑπέρλαμπρού βασιλέως καὶ αυθεντου ἡμῶν χειρῆ στεφάνου ἱέρεως καὶ μιγαλου πρωτοπαπα· ἐκ προσταξεως τοῦ ἁγιοτατου μητροπολιτου καὶ δεσπότου ἡμῶν κυρου διόνησίου· μαρτιω μηνι ινδικτιωνι α' ἐτους ϛψλϛ' παρουσια μαρτυρων.

† ego iohannes stefanici testi sum.

Evangelistae et Theologo, tibique pro tempore praeposito valde honorabili domino Matthaeo, et fratribus in Christo inibi extantibus, praedium quod possideo ex hereditate uxoris meae in agro a Deo custoditae civitatis Sanctae Severinae in loco dicto Bitauro. Hos vero habet fines et ita distinguitur: ab oriente praedia monasterii Calabro-Mariae, quae donata fuerunt a Malagenea; ab occidente via antiqua, quae vadit ad Strongilum; a septentrionali vero latere praedia Calabro-Mariae et via publica; a meridie autem praedia archiepiscopi Rossanensis, quae habuit a (*mea*) ipsius uxore; et clauditur. Hoc igitur designatum praedium quantum et qualecumque est dono, ut praedixi, memorato praeposito sancti monasterii de Flore, atque Apostolo et Evangelistae Ioanni, ut oretis in divinis sacrisque diptychis pro meis parentibus et socero meo et me peccatore, ut misericordiam inveniamus in die (*Iudicii*). Qua de caussa scripturam hanc facere statui, ut ipsum (*praedium*) habeat dictum monasterium ab hodierna die in omnes quae sequentur, et in omne futurum tempus, in suo dominio et potestate, et faciat de eo quidquid sibi placuerit, ius enim et auctoritatem a me accepit, nemine molestiam ei inferente. Si qua vero occasione vel tempore a meis heredibus vel a quovis extraneo in universum subvertatur donatio a me bona voluntate facta, ne exaudiatur, sed maledictus sit a Patre, a Filio Dei omnipotentis, a tercentis octo et decem divinis Patribus, et anathemate percutiatur. Sin autem ego ipse subversionem facere voluero, neque monasterium defendam ab omni persona, obnoxius sim mulctae Fisco solvendae regalium sex et triginta; et nihilominus firma et inconcussa usque ad finem seculorum (*haec donatio*) maneat; quae scripta fuit sub pio regno Friderici illustrissimi Regis et domini nostri, manu Stephani presbyteri et magni protopapae, ex mandato sanctissimi Metropolitani et domini nostri Dionysii, mense martio, indictione I, anno 6736, coram testibus.

† γρηγοριος ο ευτελης ἱερευς και πρωτοπαπας ο επιφορος υπεγραψα.

† νικολαος ελλαδας υπεγραψα δια του σταυρου.

† ἰορδανος ὁ καὶ γνύσιος υιος ἰοσφρὲ κυρου ἠλία υπέγραψα δια του σταυρου.

† ιωαννης ο ευτελης διακονος και δευτερευων βονομανος υπεγραψα.

† ἰωαννης ἑλλαδας υπεγραψα.

† Ego iohannes sacerdos de caccurio testis sum.

† Gregorius humilis presbyter et protopapa Epiphorus subscripsi.

† Nicolaus Ellada per crucem subscripsi.

† Iordanus legitimus filius Iosfredi filii domini Eliae subscripsi per crucem.

† Ioannes humilis diaconus et secundicerius Bonomanus subscripsi.

† Ioannes Ellada subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 129.)

CCLXXX.

1228 — Indict. I.

Riccardus Falloccus et Simeona eius uxor donant monasterio S. Theodori Eremitarum praedium positum in loco dicto S. Theodoro.

† Ego Riccardus fallocco concedo et dono.

† σιμείον χειρὸς συμεοῦνας συμβίου αυτοῦ. Επιδεῖ τα θεῶ και θείοις οἴκοις ἀφιερώμενα θείον τη χρήμα και ψυχῶν οφέλιαν καρπῶσαθαι ἔγνωμεν. διὸ δεῖ και ἡμεῖς οἱ προγραφέντες εν νῶ λαβώμενοι το της γραφης λόγιον το κυριε ηγαπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου και τοπον σκυνώματος δόξης σου και αγίασον τους αγαπώντας την εὐπρέπειαν του οἴκου σου· ὁθεν τουτων χάριν των προλεχθεντων ἔτη δὲ και ὑπερ ψυχικής σωτηρίας τῶν ημετερων γωναῖων και ὑπερ λύτρου και αφέσεως των ἡμετερων αμαρτιῶν αφιεροῦμεθα εις τον πάνσεπτον ναον αγίου θεοδωρου τῶν ερημήτων· το ημετερον χωραφιον το οντα εἰς τον ριμενον τοπον αγιου θεοδωρου οπερ υπαρχει απορον ημιν εκ του γαλλειαιου· συνορηται δὲ κατα μεν ανατολὰς· χωραφιον τῆς κυρας αδελήτζης ὅπερ ἔχη απόριον εκ του μιχρίζη· και δύσεως· χωραφιον των παίδων αδονῆσοι· και ἄρκτρου· χωραφιον μαλγερίου υιου γουλιελμου κουνουσταύλου· και μεσυμβριας τω χωραφιον τῆς ηριμενης μονης αγιου θεοδορου και συνκληεῖ. τουτο δὲ το προὴρημενον χωράφιον· αφειερῶσωμεν αυτῶ ἡμεῖς οἱ πρωγραφέντες εἰς την ηριμένην μονην αγιου θεοδωρου ὡς προέφημεν του ἔχην αὐτό από του νῦν και εἰς τους εξεῖς ἅπαντας χρονους μέχρη τερματων αιώνων εἰς παντελῆ δεσποτιαν και κυριοτητα· μὴ ενοχλουμένη. εις αυτο υπο τινος· μητε παρ ημων μητε παρα των ημετερων κληρονομων και

† Signum manus Simeonae uxoris ipsius. Quoniam persuasum habemus res Deo sacrisque aedibus dicatas quid divinum esse, et animarum utilitatem parere, nos suprascripti mente repetentes verba sacrarum litterarum: Domine dilexi decorem domus tuae, et tabernacula gloriae tuae; et: Sanctifica diligentes decorem domus tuae; ideo et pro spirituali salute nostrorum parentum, et pro redemptione ac remissione peccatorum nostrorum, donamus venerabilissimo templo sancti Theodori Eremitarum praedium nostrum positum in dicto loco sancti Theodori, quod est aporium nobis traditum a Galliano. Ita autem circumscribitur: ab oriente extat praedium dominae Adelasiae, quod habet in aporium a Michrizi; ab occidente praedium filiorum Adonisi; a septentrione praedium Malgerii filii Gulielmi Comestabuli; et a meridie praedium dicti monasterii sancti Thedori; atque clauditur. Hoc itaque praedictum praedium nos memorati donamus dicto monasterio sancti Theodori, prout antea diximus, ut ipsum habeat amodo et in omne aevum, usque ad finem seculorum, in integro dominio et possessione, neque molestia ipsi ab aliquo inferatur, neque a nobis, neque a nostris

διαδοχων. ἡ δὲ τὴς τοῦτω βουληθη εποιχειρησαι μὴ εισακουέστω ἄλλα μάλλον αραὶς υποβληθῆσεται ταὶς εκ των τιή αγίων θεοφόρων πατρων καὶ τα εξῆς. ηθ οὕτω μενέτω η αυτὴ αφειέρωσις στερρὰ καὶ απαρασάλευτος μεχρι τερματων αιῶνων ἐν παροῦσια μαρτυρων.

† ροπερτος του αλεξάνδρου μαρτυρῶν υπεγραψα τον σταυρον. † κυρος νικολαος κρητής μαρτυρῶν υπεγραψα τον σταυρον. † ἰωσφρὲς καμπερρουνος μαρτυρὼν υπεγραψα τον σταυρον. † γουλιελμος λουπούνος μαρτυρῶν υπεγραψα τον σταυρον. † ὁ μεσινὸς ιωαννης καὶ ὁ κώτος τοῦ δικαίου μαρτυρες. † ιωαννης γαμβρος αδονησι μαρτυρων υπέγραψα τον σταυρόν. † πρεσβυτερος λεων δηπλομοῦννης και κανόνικος μαρτυρῶν υπεγραψα τον σταυρον. † σινατέρος υἱὸς πρεσβυτέρου οινόμου· καὶ πρωτοπαπα σημέρου μαρτυρων υπεγραψα οικεία χειρὶ.

† εγραφη χειρὶ θεοδωρου ἱερεως καὶ πρωτοπαπα σημέρου ετει ϛψλϛ ινδικτιωνι α'.

heredibus et successoribus. Si quis autem haec invadere praesumat, ne exaudiatur, quin maledictionibus subiiciatur tercentorum octo et decem sanctorum divinorumque Patrum, et cetera. Et nihilominus maneat haec donatio firma atque immutabilis usque ad finem seculorum. Coram testibus.

† Robertus de Alexandro testis crucem subscripsi. † Dominus Nicolaus iudex testis crucem subscripsi. † Iosfredus Camperrunus testis crucem subscripsi. † Gulielmus Lupunus testis crucem subscripsi. † Ioannes Mesinus et Cotus de Iusto testes. † Ioannes gener Adonisi testis crucem subscripsi. † Presbyter Leo Diplomunnes canonicus crucem subscripsi. † Sinaterus filius presbyteri Oenomi et protopapa Simeri, testis subscripsi propria manu.

† Scriptum manu Theodori presbyteri et protopapae Simeri anno 6736, indictione I.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 130.)

CCLXXXI.

1228 — Mense Novembri — Indict. II — Tarenti.

Ioannes filius Constantini Medici pollicetur se quotannis soluturum ecclesiae S. Petri Imperialis tres cerae libras pro vineis quas in emphyteusim acceperat.

† σίγνον χειρὸς ἰωάννου υἱοῦ κωνσταντινου ἰατροῦ.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁ προγεγραμμένος ἰωάννης ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρον ἄνευ τοῦ ὀνόματος οἰκειωχείρως προτάξας. τὸ παρὸν τῆς ἀσφαλείας ἔγγραφον πρὸς σὲ οὐρσινάλδον εὐλαβῆ προεστῶτα τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου τοῦ βασιλικοῦ πέτρου καὶ πρὸς ἅπαν τὸ μέρος τῆς εἰρημένης ἐκκλησίας, οὕτως ἐθελουσίως ὑπεκτίθημι. Ἐπείπερ σύ μοι παρέδωκας τέσσαρα ἀμπελότοπα τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου πέτρου τοῦ βασιλικοῦ ἵνα ἐμφυτεύσω ἐν αὐτοῖς ἀμπέλια καὶ κατέτος δώσω ὑμῖν λίτρας κηρίου τρεῖς ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου πέτρου ὡς περιέχει τὸ ἔγγραφον τὸ ἐκτεθέν μοι παρὰ σοῦ τούτου χάριν ἀνεφώνησά σοι καὶ ἠσφαλίσθην πρὸς σὲ καὶ τὸ μέρος τῆς ἐκκλησίας ὡς εἴπερ ἐγὼ ἢ κληρονόμοι μου μὴ θελήσωμεν ὑμῖν δοῦναι ὡς εἰρηται κατ ἔτος τὰς τρεῖς λίτρας τοῦ κηρίου, ἵνα τῷ μέρει

† Signum manus Ioannis filii Constantini Medici.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Suprascriptus Ioannes, qui venerandam et vivificam crucem propria manu sine nomine praefixi, praesens securitatis instrumentum tibi Ursinaldo, pio praefecto ecclesiae sancti Petri Imperialis, et omni parti antedictae ecclesiae, ita mea sponte condo. Quoniam mihi tradidisti quatuor praedia vinealia ad ecclesiam sancti Petri Imperialis spectantia, ut inibi vites sererem, et quotannis vobis traderem libras tres cerae in festo S. Petri, sicut continet instrumentum, quod idcirco mihi fecisti; ideo declaravi et confirmavi tibi et parti ecclesiae me et heredes meos, si noluerimus quotannis dare dictas tres libras cerae, ut

σου νομίσματα ρηγάτα δέκα καταβάλωμεν, καὶ ἄλλα τοσαῦτα τῶ δημοσίω. Φυλάττοντες μέτα ταῦτα τὸ παρὸν ἔγγραφον ὀχυρὸν εἰς ἀεὶ ὅπερ ἐγράφη ἀξιώσει ἐμῆ χειρὶ γεντιλίου ἱερέως υἱοῦ νικωλαου βασιλικοῦ ταβουλαρίου ταράντου μηνὶ νοεμβρίω, ἰνδικτιωνος β' ἔτους ϛψλζ' παρουσια μαρτύρων.

† Leo Sire Guinisi filius.

† Iaspidus filius Iudicis Alexandri.

† Ego Paganus Malignus.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.° 32.)

conventum est, soluturos parti tuae decem regales nummos, totidemque Fisco, observantes postea praesens instrumentum firmum in perpetuum; quod scriptum est rogatu meo, manu Gentilis sacerdotis filii Nicolai imperialis tabularii Tarenti, mense novembri, indictione II, anno 6737, coram testibus.

CCLXXXII.

1228 — Indict. II — Simeri.

Adelasia filia Gulielmi Grandi donat monasterio sancti Theodori praedium situm in tenimento eiusdem monasterii.

† σίγνον χειρὸς κυρας αδιλυτζίας θυγατρος γουλιέλμου γράνδου. εγῶ η προωγραφῆσα αδιλήτζια ἡ το σίγνον του τιμιου σταυροῦ οἰκεια μου χειρὶ ανωτερω χαράξας. φένωμαι στέργοντα καὶ επιδιδόντα· εις την πάνσεπτον μονην αγιου θεοδώρου την οὖσαν εις την κρατησιν σήμερου μετόχιον δὲ ὄντα αγιου στεφάνου του βόσκου. το ημετερον χωραφιον το οντα καὶ διακειμενον ἔνδον της διακρατησεως της ηριμενης μονης αγιου θεοδωρου οπερ έχω εις απόριον ἐκ του μηχρίζη υπαρχη κατα σποραν σιταριου ρουβου α' σινορητε δὲ. κατα μεν ανατολής και δύσεως και ἄρκτρου· τα χωραφια της ηριμενης μονῆς· καὶ μεσημβρίας το χωραφιον του απεχωμενου λεοντος γεντζάνου· καὶ συκλῆ. τοῦτω δὲ το προρηθεν χωραφιον δέδωκα αυτὸ εις την ηριμενην μονην ὕπερ ψυχηκεῖς σοτηριας των ἡμετέρων γωναίων και ὕπερ λύτρου και αφέσεως τῶν ημετερων αμαρτιῶν. ἔχην δὲ η αυτῆ μονη το αυτὸν χωραφιον απο του νὺν καὶ εἰς το διηνεκές· μὴ ενοχλούμενος εἰς αυτὸν υπό τινος· μητε παρ εμοῦ· μὴ ται παρα των εμων κληρονομων και διαδοχων· η δὲ της βουληθη επιχειρησαι προς νοσφησμὸν αδικεῖας εκ των του θεοῦ χειρων αφαρπασαι βουλωμενος· ὅστις τούτο επιχειρησει· μη εἰσακουέστω· αλλα μάλλον ἔστω επάρατος παρα κυριου θεου παντοκρατορος και των τιή αγιων θεοφόρων πατρῶν και τα εξῆς και ηθ ουτω μενετω ἡ αυτὴ αφηέρωσις στερρὰ καὶ απα-

† Signum manus dominae Adelasiae filiae Gulielmi Grandi. Ego suprascripta Adelasia, quae signum honorabilis crucis propria mea manu supra exaravi, trado et confirmo venerabili monasterio Sancti Theodori, quod situm est in pertinentiis Simeri et est obedientia sancti Stephani de Nemore, praedium meum positum et situm in tenimento dicti monasterii sancti Theodori, quod in aporium habeo a Michrizi; est vero capax sationis unius rubi frumenti; et hos habet fines: ab oriente, occidente et septentrione praedia dicti monasterii et a meridie praedium defuncti Leonis Genzani, et clauditur. Hoc autem memoratum praedium donavi dicto monasterio pro spirituali salute nostrorum parentum, et pro redemptione et remissione nostrorum peccatorum; et ipsum monasterium habeat idem praedium ab hodierna die et in perpetuum, neque molestiam a quovis patiatur, neque a me, neque a meis heredibus et successoribus. Quicumque autem tentaverit per iniustam usurpationem illud a Dei manibus eripere, ne exaudiatur, quin immo anathema sortiatur a domino Deo omnipotente, et tercentis octo ac decem sanctis divinis patribus, et cetera; et nihilominus maneat haec do-

ρασάλευτος μέχρι τερμάτων αἰώνων ἐν παρουσία μαρτύρων.

† Θωμάς μανεσκάλκος μαρτυρώ. † ιωαννης φαβάρας μαρτυρῶ. † πρεσβυτερος λεων καινόικος του σταυρου μαρτυρῶ. † γρηκέλος κροτόνης μαρτυρω. † νικολαος λιούλος μαρτυρώ.

† εγραφη χειρὶ Θεοδώρου ἱερέως και πρωτοπαπα σημερον ετει ϛψλϛ ἰνδικτιωνι β'.

natio firma et inconcussa usque ad finem seculorum. Coram testibus.

† Thomas Manescalcus testor. † Ioannes Fabaras testor. † Presbyter Leo canonicus de Cru testor. † Gricelus Crotonis testor. † Nicolaus Liulus testor.

† Scriptum manu Theodori presbyteri et protopapae Simeri anno 6736, indictione II.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 131.)

CCLXXXIII.

1229 — Mense Maio — Indict. II.

Nicolaus Magidiota et Theodorus eius consobrinus donant monasterio S. Ioannis de Flore tres vineas sitas apud flumen Netum, ad rivum S. Orontii, et in valle Buthnisiadorum.

† σίγνον χειρὸς νικολάου ὁ το ἐπίνιον μαγιδιότης † σίγνον χειρὸν Θεόδωρου ἀνεψιου νικολάου εκ του αυτου γενους.

Ἐν ονόματι τοῦ πατρος καὶ του υιοῦ καὶ του αγιου πνευματος· οἱμῆς οἱ προγραφεντες ὅ τε νικόλαος και θεόδωρος· οἱ τα σιγνα των τιμίων καὶ ζωοποιῶν σταυρων ἰδιοχειρὸς γράψαντες ἑκουσία ἡμῶν γνώμη καὶ αὐτῶπροὲρέτω βουλή· μάλλον αναλαμβάνωμεν πάσαν ὄχλησιν ἀδελφων ἰδίον κληρονόμων καὶ συνκληρονόμων· τιθώμεθα καὶ ποιοῦμεν τὴν παροῦσαν ἔγγραφον αφιέρωσιν· ἁπλῦν εὐχάρηστον αμετάτρεπτον καὶ αμεταμέλυτον· χωρῆς δολου η ραδιουργίας λαβόντες οὖν κατα νοῦν· τη μικρὸν δόρον δουναι τῶ Θεῶ ὑπὲρ ψυχικης σωτηρίας των ψυχῶν των ἐμῶν γονέων καὶ ἡμῶν των ἁμαρτολῶν· διοῦ ἀμπέλιον καὶ χώραφιον κτώμεθα καὶ δεσπόζωμεν ἐκ γωνικης ἡμῶν κλήρονομιας εις το εκείθε μέρος ποταμού νέτου· εις την ριάκην τὴν λεγωμενη τοῦ αγίου αρώντζου ὅπερ ἔσχεν ἀγωράν ὁ ἐμὸς πάππος κυρος ἀλεξάνδρος ρούτταρις παρα ἐκείνου ἀπιχωμένου βασιλειου καρδοπατου καὶ τῆς αὐτοῦ συμβίου ἠρήνης καὶ των αὐτῶν τέκνων· καὶ ἕτερον ἀμπέλιον ὅπερ ἔσχεν αγωρὰν ὁ ἐμὸς πατηρ ἐμοῦ νικολάου ιωαννης μαγιδιότης παρὰ ιωαννου κονδομιχανου καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ εις την βαθειαν ἡ λεγωμενη· βουθνηπιάδων ὁμοιος καὶ ἕτερον αμπέλιον ὅπερ καὶ αὐτῶν ἔσχεν ἀγορὰν ὁ αὐτός· ἐμὸς πατηρ εις την αὐτὴν βαθείαν παρα αχιλλέα κονδομιχανον καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνον·

† Signum manus Nicolai cognomento Magidiotae. † Signum manus Theodori consobrini Nicolai ex eadem familia.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Nicolaus et Theodorus, qui signa honorandae ac vivificae crucis propria manu scripsimus, nostra voluntaria sententia et spontaneo consilio, quin immo in nos suscipientes omnem molestiam fratrum, propinquorum, heredum et coheredum, condimus et facimus praesens oblationis instrumentum simplex, gratum, inviolabile et immutabile sine dolo vel fraude. Cogitantes igitur aliquod parvum donum pro spirituali salute animarum parentum meorum ac nostri peccatorum Deo offerre, cum ex paterna nostra hereditate vineam et praedium possideamus et habeamus sita apud flumen Netum ad rivum dictum S. Orontii, quae emit avus meus dominus Alexander Ruttaris a demortuo Basilio Cardopato et eius uxore Irene, eorumque filiis; nec non alteram vineam quam emit pater mei Nicolai Ioannes Magidiota a Ioanne Condomichano eiusque filiis ad vallem dictam Buthnisiadorum, item et alteram vineam quam et emit idem pater meus in eadem valle ab Achille Condomichano eiusque filiis;

ταυτα αἵν τα δίλωθεντα ἀμπέλια τὰ προόνομασθέντα διὰ το τοῦ καίροῦ ἀνομάλου εἰς ερήμοσιν εκατήλιξαν καὶ ὑπαρχουσι ἐξαμπέλια· ὅθεν βουλη ἡμῶν καλή καὶ ἡδέοι μη βιαζωμενοι παρά τινος· ἀφιερούμεν αὐτᾶ καὶ ἀφαγνηζώμεθα εις την σεβασμίαν μονήν τοῦ χιοῦρε εις τον αγιον καὶ ἀπόττολον ευαγγελιστην ιωαννην τὸν θεόλογον καὶ εἰς σὲ τὸν τιμιοτατον καθηγοήμενον κύρον ματθαιον καὶ εις τους ἐνχωριους ἐκήσε ἀδελφούς· καὶ ταῦτα μετᾶ τῶν ἀγωρέον πρατιρίων χαρτίων τῶν παλαιῶν ὀν ἐπὶ χείρας προς σὲ τὸν τιμιοτατον πρεσβυτερον πέτρον ἀποδωσαμεν· εἶτι χαρτια τεσσαρα παλαιά τουτων χάριν ἡμῆς ἐπροεπνοήσαμεν τοῦ εγγραφον ἐκθέσθαι ἐν ταύτη τοῦ ὑπερεύχεσθαί μας ἐν τῆς θείοις καὶ ἱεροῖς διπτύχοις· τοῦ ἔχειν αὐτᾶ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ μονή ἀπο τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας χρόνους ἐπεξουσίος καὶ αυθεντικώς ποιὴν ἀπ αυτων εἰ τι ἀρεστόν ὑπάρχει μη εναντιουμένη παρά τινος· εἰ δὲ τῆς ποτέ κερώ ἡ χρόνω βουλυθη ἀνατρεύσε τὴν παρ ἡμῶν καλοθελην ἀφιέρωσιν μη ἡσακουέστω ἀλλ ηναι ἐπάρωτον παρα πατρος κυριου θεου παντοκρατορος· τῶν τιή αγιων θεόφορων πατρων το ἀναθέματι καθηποβληθείσωνται· ἡ δὲ καὶ ἡμῆς μετάμελοι θελήσωμεν γενέσθαι ἥνε μας ἐν τῆς αὐτῆς ἐπιτημέιοις· οὐ μην τούτο ἄλλα καὶ ζημίαν ὑποστήναι μας διμωσιακην ριγατους λϛ· καὶ ἡθ οὕτω μένη στερρᾶ καὶ ἀπαρασάλευτος μέχρι τερματος αἰωνων· ἣν ἐπίησαμεν ἐπὶ τῆς εὐσεβοῦς βασιλείας φρεδουρήκου τοῦ ὑπερλαμπρου βασιλέως καὶ αυθεντου ἡμῶν χειρῆ στεφάνου ἱέρεως καὶ μιγάλου πρωτοπάπα· ἐκ προσταγματος τοῦ ἁγιοτάτου μητροπολιτου καὶ δέσποτου ἡμῶν κυρου διόνυσίου· μαϊω μηνι ινδικτιωνος β'· ἔτους ϛψλζ' παρουσια μαρτυρων.

† νικόλαος μαυρολέων καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐξουσιαστης ὑπέγραφα δια του σταυροῦ †

† βαρθωλομαίος κοῖμερκος υπεγραφα.

† ιωαννης ο ευτελης διακονος και δευτερεβον ο μανδιλος υπεγραφα.

† μιχαηλ μαρτέλλος μαρτυρ υπεγραφα δια του σταυρου.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 132.)

has igitur dictas vineas superius nominatas, quia multis abhinc annis desertae fuerunt et sunt, nostro bono et proprio consilio, non ab aliquo coacti, offerimus et consecramus venerabili monasterio de Flore, sancto et apostolo Evangelistae Ioanni Theologo et tibi honorabilissimo praeposito domino Matthaeo, fratribusque ibidem inhabitantibus, una cum antiquis emptionum instrumentis, quae in manus tui honorabilissimi presbyteri Petri dedimus, videlicet quatuor vetera instrumenta. Quamobrem nos in hoc scripto statuendum curavimus, ut oretis pro nobis in divinis et sacris diptychis, et eas (*vineas*) habeat sanctum Dei monasterium a praesenti die et in omne aevum cum facultate et potestate faciendi de eis quicquid (*sibi*) placuerit, nullo adversante. Si quis autem aliqua occasione vel tempore voluerit subvertere hanc a nobis bona voluntate factam donationem, ne exaudiatur, sed maledictus sit a Patre Domino Deo omnipotente, et tercentorum octo et decem sanctorum divinorum Patrum anathemate feriatur. Quod si nosmetipsi consilium mutare voluerimus, eodem modo puniamur non solum, sed etiam mulctemur Fisco regalibus sex et triginta. Et ita deinceps firma et stabilis maneat usque ad finem seculorum (*haec donatio*) quam fecimus sub pio imperio Friderici perillustris Imperatoris et domini nostri, manu Stephani presbyteri et magni protopapae, ex mandato sanctissimi Metropolitae et Domini nostri domini Dionysii, mense maio, indictione II, anno 6737, coram testibus.

† Nicolaus Mauroleo et pro tempore Baiulus subscripsi per crucem.

† Bartholomaeus Cumercus subscripsi.

† Ioannes humilis diaconus et secundicerius Mandilus subscripsi.

† Michael Martellus testis subscripsi per crucem.

CCLXXXIV.

1232 — Mense Iulio 22 — Indict. V — Seminarae.

Ioannes Agellitanus se ipsum et bona sua dicat monasterio S. Stephani de Nemore.

† σίγνον χειρος ἰωάννου τὶ ἐπὶνομία ἀγελλιτάνου.

Ἐπιδεῖπερ ἄνωθεν καὶ ἐξ αρχῆς, οἱ θειῶτατοι καὶ φιλευσεβεῖς νόμοι, καὶ οἱ ἱερεῖ κάνωνες, τοὺς θεῖους καὶ εὐαγεῖς οἴκους, ἐθέσπησαν καὶ διὁρῆσαντο, ὡς θεῖον ἀληθὲς καὶ εὐάρεστον τῷ θεῷ τουτο τυγχάνοντα, ἵνα πᾶσι τοῖς φιλοθέοις, τοῖς εν αὐτοῖς τοῖς θεῖοις οἴκοις ἐκτετηθεμένοις, ἔσονται λυμὶν ἀχύμαστος, καὶ σωτηρία ψυχῆς τε καὶ σώματος, τουτου χάριν ἐγώ γε ὁ προγραφῆς ιωαννης ἀγελλιτάνος, ὁ τὸ σιγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ εἰδιῶχείρος ποιῆσας ἐν τωδε τῷ ὕφει, εἰβουλήθην καλὴν βουλὴν καὶ πιστῆν, ὡς ἐξ ὅλης τῆς ἐμῆς ψυχῆς καὶ δια μεσης τῆς καρδίας ὑψαμένην, τοῦ ἐμαυτου ἀπὸ τοῦ νῦν ψυχή τε καὶ σώματι, δωρήσασθαί με καὶ ἀφιέρουσθαι με εἰς αδελφὸν, συν τῆς ἐμῆς ὑποστατικῆς περιουσίας, ἤγουν οἶκον καὶ χωράφια, τοῖς κατωτέρως λεχθησομένοις καὶ διόρησμένοις, πρὸς τὸν πάνσεπτον καὶ θεῖον ναὸν τοῦ αγίου πρωτομάρτυρος καὶ πρωτοδιάκόνου στεφανου τῶν ἐρεμίτων, ὑπερ λύτρου καὶ ἀφέσεως αμαρτιῶν τῶν ἐμῶν προγόνων καὶ ἐμοῦ, τοῦ ἔσεσθαι με εἰς αδελφὸν κατα τὸν ὅρον καὶ τύπον καὶ κάνωνες τοῦ αὐτοῦ θεῖου ναοῦ, σωζομένου τούτου, τοῦ ἔχειν ἡ αὐτῆ ἁγία μονῆ ἀπο την σήμερον ἡμέραν καὶ ὥραν, αὐτᾶ τὰ ἐμᾶ ὑποστατικὰ πράγματα ἅπερ κατωτέρως λεχθῆσονται, εἰς εἰκιαν εξουσίαν καὶ αἰώνιαν κράτησιν καὶ δεσποτίαν, ποιὴν αὐτᾶ εἴτι καὶ βουλονται οἱ ἐν αὐτῆ τῆ αγια μονῆ οἰκούντες ἀδελφοὶ, ὡς τὸ κύρως καὶ την ἐξουσίαν παρ' ἐμοῦ εἰλυφώτες, καὶ ινα εν ὅλη τῆ ἐμῆ ζωῆ, δια τὸ ἐμὲ πλήστα γεγηρακῶς καὶ ἀνίσχυρον ὄντα με τοῦ καθέζεσθαι εν αὐτῶ τῶ ἐμῶ οἴκω χάριν ἐλεείμοσύνης ὡς ἀδελφὸς τῆς αυτῆς αγιας μονῆς, καὶ ἐξοὺ εστὶν τὰ ἐμὰ κυνητά πράγματα τοῦ ἔχειν με αὐτᾶ ποιῆν αὐτᾶ καὶ βοῦλωμι, καὶ ἔχειν με ὁμοίως τὴν συνεισφοραν τῶν αυτων χωραφίων οπερ ἐδωρησάμιν εἰς τὸν αυτον θεῖον ναὸν πρὸς ἐμὶν διείκησιν, καὶ ινα ὀφίλουσιν οἱ αδελφοὶ ἐν τῆ ἐμῆ τελευτῆ κηδεῦειν με ὡς πρεπὸν ἐστὶν, καὶ οὕτως μένην αὐτᾶ τὰ ἐμὰ πράγματα αἰῶνίως εἰς τὴν αὐτὴν αγίαν μονῆν καὶ

† Signum manus Ioannis cognominati Agellitani.

Cum antiquitus et ab initio sanctissimae et piissimae leges et sacri canones sanxerint atque statuerint sanctas et sacras domos esse opus divinum, verum Deoque acceptum, ut omnibus Christifidelibus ipsas sacras aedes inhabitantibus essent tranquillitatis portus, et salus tum animae, tum corporis, propterea ego suprascriptus Ioannes Agellitanus, qui signum honorabilis et vivificae crucis propria manu exaravi in hoc instrumento, decrevi bona et fideli voluntate prodeunte e toto meo animo et imo corde, meipsum donare et dicare ab hodierna die animo et corpore ut fratrem cum omnibus meis bonis, id est domo et praediis inferius denotandis atque describendis, venerabili et sacro templo sancti Protomartyris et Protodiaconi Stephani Eremitarum, pro redemptione et remissione peccatorum Maiorum meorum et mei, ut sim ipse frater iuxta regulam, institutum et canones ipsius sancti templi, et hoc pacto, ut memoratum sanctum monasterium habeat ab hodierna die et hora ipsa mea bona, quae infra dicentur, in sua potestate ac perpetuo dominio et possessione, et faciat de iis quidquid voluerint fratres in eodem sancto monasterio degentes, qui ius et auctoritatem a me acceperunt, et ut tota mea vita, cum imbecilli et devexa in senium aetate sim, vivam in memorata mea domo pro eleemosyna ut frater eiusdem sancti monasterii; et cum praeterea ego possideam bona mobilia, potestas mihi sit faciendi de iis quidquid voluero, et insuper conferatur mihi administratio eorumdem praediorum, quae memorato sancto templo donavi, et fratres in obitu meo funus mihi parare debeant, prout decet. His igitur conditionibus in perpetuum remaneant ipsa mea bona

πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ οἰκοῦντας αδελφοὺς ὡς εἴρηται, καὶ ἡ μὲν τυχὸν ἀπὸ τοῦ νῦν θελήσωσι, οἱ ἀδελφοὶ ἀνακαινήσε τὸν αὐτὸν οἶκον καὶ ποιῆσε τί αγαθοεργίαν, ἢ τὰ χωραφια φυτεῦειν αὐτᾶ ἀμπέλων, ἵνα ἔχωσιν τοῦτο εξουσίαν ποιῆν ὡς εἶκιον αυτῶν πραγμα καὶ δεσποτια, καὶ οὐδεμίαν συνεισφορὰν οὐ θελω τοῦ ἔχειν με απο τῶν χωραφίων, ἡ μὶ τοῦ καθεζεσθαι καὶ μένην εν τῷ οἴκω χάριν ἐλεεἰμοσύνης, τὰ δὲ πράγματα εἰσὶν ταῦτα, ἤγουν ὁ οἶκος ὅπερ εχω εἰς χώραν σεμιναρίου, εκ πατρικῆς μου κληρονομίας αμα συν τοῦ ἐκεῖσε κυπουρίου καὶ προαύλίου, κατὰ και περιόρύζονται, ἀπο μεν ανατολῆς, τὸ χωραφιον λέοντος υἱοῦ μεσίσκλου, δύσεως ἡ οδὸς, ἀκτρου, τὸ στενό στρατον καὶ ὁ οἶκος τοῦ ἀπιχαμένου λεοντος κουραδοῦ, καὶ ὁ οἶκος ιωάννου γουδιλή, μεσυμβρίας, ὁ οἶκος λεοντος κητζήνι καὶ ἐμοῦ ἀνεψιοῦ, καὶ ο οἶκος ἰωάννου κασήρι καὶ ὁ κατα καιρον ξυροῦαξ, τὰ δὲ χὠράφια ἅπερ ἐδωρησάμιν ὡς εἴριται, εἰσὶν πετζια τρεία καὶ αὐτᾶ ὑπάρχωσιν εἰς τὸ γαγιάνον, τὸ ἓν πετζὴν εκ τούτων, ὑπάρχει πλησιον των χωραφιων τῆς αγκουῆσσας πρεσβυτερου γρηγοριου λογαρά. καὶ πλησιον χωραφιου πυρρογενι, καὶ πλησιον τῆς οδοῦ, τὸ δὲ ἕτερον χωραφιον ὑπάρχει πλησιον τῆς πυγὴς γαγιανοῦ, καὶ πλησιον χωραφιων λήβερι, καὶ πλησιον χωραφιων μεσίσκληχου, τὸ δὲ ετερον χωραφιον υπάρχει εἰς τὸ κλήσιμον τὸ λεγόμενον τοῦ σηλβέστρου, ἤγουν τα δύο μεροι παντὸς τοῦ αὐτοῦ κλήσματος, ἀπο τε χωραφιων καὶ εἰμεροδενδρίων, καὶ αὐτᾶ ὑπάρχει πλήσιον τοῦ αμπέλου πλουτίνου, καὶ πλησιον χωραφιων κυρου ιωάννου κυρου χοῦ, καὶ πλησιον τοῦ χωραφιου τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου ἰωάννου τοῦ θεολόγου, ταῦτα τὰ πράγματα ἐδωρησάμιν καὶ ἀφιερωσάμιν εἰς τὸν αυτον θεῖον ναον τοῦ αγίου στεφανου τῶν ερεμίτων, τοῦ ἔχειν αὐτᾶ ἡ αὐτῆ αγια μονῆ καὶ οἱ ἐν αὐτῆ οἰκοῦντες αδελφοὶ καὶ οἱ μελοντες ἔσεσθαι εἰς αἰώνιαν κράτησιν καὶ κυριότητα ποιῆν αὐτὰ εἴτι καὶ βούλονται πρὸς ὀφέλιαν τῆς αὐτῆς αγιας μονῆς, καὶ ἡ μεν τυχὸν τινὶ καιρῷ βουληθῶ ἐγῶ μετᾶμελος γενεσθαι ἐκ ταῦτης τῆς αδελφότητος καὶ τῆς δωραιᾶς ταῦτης εἰς μετᾶστρεψιν των αυτῶν πραγμάτων, ἵνα σχῶ τὸ ἀνάθεμα τῶ δωθεὶ παρα των αγίων τριακοσίων δεκα ὀκτῶ θεόφόρων πατέρων, καὶ τὴν αγχονὴν ἰοῦδα τοῦ προδωτου, καὶ πάσας ἀράς εἶνε με μέτοχον, καὶ ὑμεῖς οἱ ἀδελφοὶ τῆς αυτῆς αγιας μονῆς, εχειν σας ἐξουσίαν, δεσμίζειν

penes dictum sanctum monasterium, fratresque illud incolentes, ut dictum est. Quod si forte fratres amodo voluerint dictam domum instaurare, et in splendidiorem formam adducere, vel praedia vitibus serere, facultatem habeant hoc peragendi, tamquam propria ipsorum bona et possessiones sint; nullumque reditum percipere volo ex praediis, sed tantum domum incolere, atque inibi pro eleemosyna manere. Possessiones vero hae sunt. Domus quam habeo in civitate Seminarae ex paterna mea hereditate simul cum hortu'o et vestibulo inibi extantibus, ita circumscriptam: ab oriente est praedium Leonis filii Mesiscli; ab occidente via; a septentrione vicus, et domus demortui Leonis Curadi, et domus Ioannis Gudili; a meridie domus Leonis Cetzenni mei consobrini; et domus Ioannis Casiri, et pro tempore torrens. Praedia vero quae, ut dictum est, donavimus, sunt tres terrae portiones, quae extant ad Gagianum, quarum una sita est prope praedia de Anguissa (*nuncupata*) presbyteri Gregorii Logarà, et prope praedium Pyrrhogeni et viam; aliud vero praedium extat prope fontem Gagiani, et praedia Liveri, et praedia Mesiclichi; aliud vero praedium extat ad clausuram dictam de Silvestro, id est duae partes ipsius clausurae, quae constant praediis et arboribus fructiferis, ac positae sunt prope vineam Plutini, et praedium domini Ioannis domini Hugonis filii, et praedium templi sancti Ioannis Theologi. Memorata bona dedi et consecravi ipsi divino templo sancti Stephani Eremitarum, ut ea habeant dictum sanctum monasterium et fratres in ipso habitantes, atque habitaturi, in perpetua possessione et dominio (*cum facultate*) faciendi de iis quidquid voluerint, pro commodo ipsius sancti monasterii. Et si forte aliqua occasione huiusce sodalitii me participem esse poenituerit, atque praesentem dictorum bonorum donationem infringere voluero, nanciscar anathema tercentorum octo et decem divinorum Patrum, et laqueum Iudae proditoris, et incurram omnes maledictiones; et vobis fratribus ipsius

με καὶ αναθεματίζειν με καὶ ἀφορῆζειν με ἀπο πασης χριστιάνώτιτος, ὡς παραβάτις τῶν τοῦ θεοῦ εντολῶν, καὶ εἰθ οὕτως μέιην αὐτᾶ τὰ πραγματα ὡς εἴρῆνται αἰώνίως εἰς τὴν αὐτὴν αγίαν μονῆν, ὅθεν ταῦτα πάντα τὰ πρᾶγματα τὰ προλεχθέντα ἀνωτέρως ἔδωσα αὐτᾶ τὰ νῦν εἰς εἰκίαν καὶ αἰώνίαν κρᾶτησιν καὶ δεσποτίαν καὶ ἐμφιώρεσιν τῆς αὐτῆς αγιας μονῆς καὶ εἰς σὲ τὸν κατα τὴν ἡμέραν ἡγούμειον τῆς αὐτῆς αγίας μονῆς, κυρον ἀνδρέαν καὶ πρὸς τους συν σοὶ, εναρέτους ἀδελφοὺς, δι οὗ καὶ τὸ παρὸν ἔγγραφον ἐποίησα καὶ ἐπέδωκα αὐτὸ πρὸς τὴν αὐτὴν μονῆν μεμαρτυρημένον παρα τῶν κριτῶν χῶρας σεμιναρίου καὶ ετερων καλῶν ἀνθρώπων τῆς αὐτῆς, μονῆς μηνὶ ἰουλίω εἰς τας κβ', ἰνδικτιωνος ε', ἔτει ϛϕμ'.

† νικόλαος χανδακης και κριτης σιμιναριου μαρτυρ. † νικολαος υιος γεωργιου σημιναριου μαρτυρ. † νικόλαος της παλούμβας καὶ κποτέλλανος σεμιναριου μαρτυρ. † ιωαννης του κυρου χου καὶ κριτῆς σεμιναρίου μαρτυρ. † νικόλαος εὐτελῆς νοτάριος υἱὸς βασιλείου χαλκαίου μαρτυρῶ. † τολομεος ἐκ τὸ κανοιᾶνον καὶ κριτῆς σεμιναρίου μαρτυρ. † γοὐλιέλμος ἀσκέττας μαρτυρ. † ἰωάννης τοῦ μοντάλτου μαρτυρ. † θεοδωρος τοῦ χρυσαφίου καὶ παρὰ τῆς κραταιᾶς κόρτης πούπλικος νοτάριος χῶρας σημιναρίου μάρτυρῶ. † κώνστας καλᾶβρίτος μαρτυρ. † μανολος μαρτυρ † σέργιος μαλφιτάνος μαρτυρ. † αμμιριγος μαρτυρ † ego andrea de canniano testi sum † ἐγῶ πέτρος τοῦ νερεοῦ μαρτυρ. † νικόλαος κυροῦ βερυτράμου μαρτυρῶ.

† Διοῦ ἐγράφη τὸ παρὸν ἔγγραφον, δια χειρὸς ἐμοῦ νικολάου τι ἐπινομία του γράσσου, καὶ παρα τῆς βασιλικῆς κόρτης ὄντος νοταριου πούπλικου χῶρας σεμιναρίου, μηνὶ καὶ ἰνδικτιώνι καὶ ἔτει τοῖς προγραφῆσι.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 133.)

sancti monasterii potestas sit me anathemate devinciendi, atque seiungendi a tota Christianorum communione, utpote qui violaverim Dei praecepta. Et sic maneant semper memoratae possessiones, uti antedictum est, ipsi sancto monasterio; quare supradicta omnia bona modo dedi in propriam et perpetuam possessionem ac dominium et usum eidem sancto monasterio, tibique pro tempore eius praeposito domino Andreae, et fratribus tuis virtute praeditis. Quamobrem praesens instrumentum condidi et tradidi dicto monasterio, cum testes interfuissent iudices civitatis Seminarae, et alii probi homines ipsius monasterii, mense iulio, die XXII, indictione V, anno 6740.

† Nicolaus Chandaces iudex Seminarae testis. † Nicolaus filius Georgii de Seminara testis. † Nicolaus de Palomba castellanus Seminarae testis. † Ioannes domini Hugonis filius iudex Seminarae testis. † Nicolaus humilis notarius filius Basilii Ferrarii testis. † Ptolomaeus ex Caniano iudex Seminarae testis. † Gulielmus Ascettas testis. † Ioannes de Montalto testis. † Theodorus de Chrysaphio apud potentem curiam publicus notarius civitatis Seminarae testis. † Consta Calabritus testis. † Manolus testis. † Sergius Malfitanus testis. † Ammirigus testis. † Ego Petrus de Nereo testis. † Nicolaus domini Beritrami filius testis.

† Scriptum est praesens instrumentum manu mei Nicolai cognominati de Grasso, et apud imperialem curiam publici notarii civitatis Seminarae, mense, indictione et anno supradictis.

CCLXXXV.

1232 — Mense Iulio 26 — Indict. (V) — Nohae.

Presbyter Manasses tradit monasterio S. Mariae de Cyr-Zosimo terram positam in agro Nohae, atque in permutationem accipit praedium situm in loco qui dicitur S. Iulianus Calogerorum.

† σιγνον χειρός του πρεσβυτερου μανασσῆ υιος τοῦ πρεσβυτερου συμεῶν.

Ἐν ονοματη του πατρος καὶ τοῦ υιοῦ καὶ του ἁγιου πνευματος. ἐγῶ ο προγεγραμμενος πρεσβυτερου μανασσῆ ο τον σιγνὸν του τιμήου καὶ ζωοποιοῦ σταυρου ἰδιόχειρός ποιήσας τὸ δὲ ονομα καὶ τη πατρωα επονυμια υπο του υφὸς του νοταριου γραψας φενωμαι ποιουντα· ανταλλαγὴν πρός σὲ κυρ του δυνου πριόλου της μονῆς του κυρ ζωσιμου διδωντα εις σὲ καὶ τὼ μοναστηρίω ενα πετζῆ του χωραφιου εις διακρατησιν του καστρου νωῶν εις την τοποθεσίαν του ἀπποιου· ἧς αλλαγην περιωχης χωραφιου ἦν ελαυον παρ ημων εις την τοποθεσίαν τοῦ ἁγίου ἰουλιανου τῶν καλογερων· καὶ ποιησω εις σὲ τω παρῶν ἐγραφον· δια το ἴδιον θελημα του αυθεντου ἡμων κυριου ριχαρδου του κλεραμοντε και υιος αυτου βουλοττα καὶ διοριζεται οὗτος απο μὲν ανατολων τῶ χωραφιον του ιωανου πρεσυυτερου γουληελμου απο δυσμων τω ξεροποταμὸν του μαρκου· απο ακτρου τῶ χωραφιον του ἰδίου αυθεντου ημων· απο μεσιὶυριας τω ριακη του μανδικαπουλλη καὶ κλη συν ησωδω καὶ ἐξώδω αυτου καὶ πάσα δικαίης αὐτή λεγω δὴ πῶς ἔχω αὔτη τῶ χωραφιον ὅτι ἔχω αυτο από χαρισιας καθως το χαρτιον δηλῆ λέγω δη του εχειν σε αυτο εις την εξουσιαν τῆ ἁγία εκκλησία απο της σημερον ἡμερα και ωρας του νῦν· εις το διηνεκὲς χρονους και ποιὴν των βουλημα ἡμῶν ος τω κυρος καὶ την δεσποτιαν παρ ημῶν ηληφὸς μὴ κολῆμενος παρα τηνος· εὰν ελθοι τις ειτε εγῶ ἡτε υιος ημων η διαδόχους ἡ τὶς εκ τῶν ἐμοῦ μερους ἡ αλλος τις ξενου προσωπου του εναχλῆν ἡ ζητῆν ἡ αγωγην ποιουντα κατα σε ἡ κατὰ των εκκλήαν λεγω δῆ του στέγη εγῶ καὶ ἐμῶν κληρονομων καὶ διεκδικάν σε απο παντὸς εναντιουμενου προσωπου ἡ δε και τοῦτο ου ποιησωμαι αλλα προ διαστροφῆ τινα χρησωμεθα ομολογῶ του ηναι ἡμας ζημιουμένον απο του δημοσιου ρηγατας λς' καὶ ειστερον μενετω το παρον ανταλλαγμα τή αγία ἐκκλησια τοῦ κυριου ζωσιμου εις αἰῶνα αἰῶνος

† Signum manus presbyteri Manassis filii presbyteri Simeonis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus presbyter Manasses, qui propria manu signum venerandae et vivificae crucis exaravi, nomen vero et paternum cognomentum manu notarii, hoc permutationis instrumentum facio tibi domino Dino Priori monasterii de Cyr-Zosimo, tradens tibi et monasterio portionem terrae in pertinentia civitatis Nohae in loco, ubi dicitur Appium, et hanc permutans cum tenimento terrae, quam a vobis recepi in loco qui dicitur S. Iulianus Calogerorum. Et facio tibi praesens instrumentum de propria voluntate Domini nostri domini Riccardi de Claromonte eiusque filii Bulottae. Sunt vero eius fines hi: ad orientem terra Joannis filii presbyteri Gulielmi; ad occidentem torrens Marci; ad septentrionem terra Domini nostri; ad meridiem rivus Mandicapulli; et clauditur, cum ingressu et egressu, et cum omnibus iuribus ad eam pertinentibus. Dico autem me habere huiusmodi terram ex donatione, ut ex instrumento patet. Et de supradicta terra potestatem habeat sancta ecclesia a praesenti die et hora in perpetuum faciendi quidquid voluerit, sicut auctoritatem et dominium a nobis recepit, sine cuiuscunque personae impedimento. Et si apparens aliquis, sive ego, sive meus filius, vel successor, aut aliquis ex parte mea, aut alia extranea persona, molestiam tibi vel ecclesiae adferre voluerit, aut petere vel movere actionem; obstare debeam ego meique heredes, teque ab omni contraria persona defendere. Et si hoc facere noluerimus, sed contravenire proponamus, poenae nomine solvere debeamus Fisco regales sex et triginta; atque nihilominus praesens permutationis instrumentum maneat deinceps sanctae ecclesiae de

βαιυεῶν καὶ στερεον καὶ απαρασάλευτον ουτος εγραφη επει του ευσεβοῦς υασιλεος ημῶν φουλδερικος. δια χειρος του πρεσβυτερου ιωανου ο νιψιος του ἰγουμενου ὁ νοτάριος και ταβουλαριος ἀστεως νωῶν μηνι ἰουλιω εις τας κζ'. ημερα β'. ετους ϛψμ'. ινδικτιονος δ'. παρουσια μαρτυρων υπογεγραμμενων.

† κοττοφρέδος κριτῆς νωῶν μαρτυρ υπεγραψα ὑπο ἰδιου σταυρου.

† κυρ βερναρδος γαβρὸς του κυρ ρικαρδου υελλεμε μαρτυρ υπεγραψα υπο ιδιου σταυρου.

† βενουτος υιος πετρου της ὥρα μαρτυρ υπέγραψα ὑπὸ ἰδιου σταυρου.

† βασιλιος του κορατόρα μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 92.)

Cyr-Zosimo ratum, firmum et inconcussum in perpetuum. Scriptum sub pio imperio Friderici, manu presbyteri Ioannis, consobrini praepositi, notarii et tabularii civitatis Nohae, mense iulio, die XXVI, feria II, anno 6740, indictione IV, in praesentia subscriptorum testium.

† Gothofredus Iudex Nohae testis subscripsi propria cruce.

† Dominus Bernardus gener domini Riccardi Belleme testis propria cruce subscripsi.

† Venutus filius Petri de Hora testis propria cruce subscripsi.

† Basilius de Curatore testis subscripsi.

CCLXXXVI.

1232 — Mense Septembri — Indict. VI.

Gervasius praepositus monasterii S. Nicodemi, Basilius Curator aliique in emphyteusim accipiunt praedium a monasterio S. Phantini.

† σίγνον χειρὸς γερυασιου κάθεῖγουμενου μονης τοῦ αγίου νικοδίμου. † σίγνον χειρὸς βασιλειου υἱοῦ γεωργίου τοῦ κοράτορος. † σίγνον χειρὸς περεγρίνου ἀδελφοῦ αὐτοῦ. † σίγνον χειρὸς πέτρου υἱοῦ μιχαὴλ τοῦ γεωργίου. † σίγνον χειρὸς λέοντος υἱοῦ παπα πέτρου μυλωνά. οἱ τὰ σίγνα τοῦ τιμιου καὶ ζωοποιοῦ οἰκοιοχείρως προτάξαντες. ὁμοθυμαδον καὶ μηᾶ φωνῆ ὁμολογοῦμεν διὰ τοῦ παρόντος ἡμετέρου ἐγγράφου ὅτι κατὰ τὸν παρόντα σεπτεμβριον μηνα τῆς ϛ' ἰνδικτιώνος τοῦ ϛψμα' ἔτους. ἤλθομεν πρὸς τὴν ἁγίαν μονὴν τοῦ ἁγίου φαντίνου, καὶ αἰτήθημεν τῆ αὐτῆ ἁγία ἐκκλησια καὶ σοὶ τῶ ὁσιοτάτω ἀδελφῶ βαρθολομαίω καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν τὰ δεύτερα τοῦ μαίστωρ κελλαραρίου τῆς μεγάλης μονῆς ἁγίου στεφάνου φέροντος. ὅπως ἡμῖν ἐκ τῶν ἐλαίων ὧν κατέχομεν παρὰ τῆς ἐκκλησίας σας νεοστοὶ ποιήσης ἐμφυτευτὸν ἔγγραφον. σοὶ δὲ καλῶς σου ἔχοντος τὴν ἡμετέραν αἴτησιν μὴ παριδὼν, ἀλλὰ δεξάμενος. ἀπεδωκας εἰς ἡμᾶς διὰ ἐγγράφου συστατικοῦ· τὸν αὐτὸν τόπον καὶ ἐλαίας. καὶ περιορίσας καὶ σημειώσας τὸν τόπον κατὰ τὴν περιοχὴν τοῦ λιβέλλου. ἀνελάβομεν δὲ τὸν τόπον· ἵνα ἀπὸ τοῦ νῦν. καθαίρομεν καὶ ἐργάζομεν καὶ κεντρώνωμεν καὶ εἰς ἐμφάνειαν ἐπιδεικνύομεν. ὀφεί-

† Signum manus Gervasii praepositi monasterii sancti Nicodemi. † Signum manus Basilii filii Georgii de Curatore. † Signum manus Peregrini fratris ipsius. † Signum manus Petri filii Michaelis de Georgio. † Signum manus Leonis filii presbyteri Petri Milonae. Nos, qui signa honorabilis et vivificae (*crucis*) propria manu exaravimus, unanimes et una voce declaramus praesenti nostra chartula, nos hoc mense septembri, VI indictione, anno 6741, adivisse venerabile monasterium sancti Phantini, et petiisse a memorata sancta ecclesia et a te sanctissimo fratre Bartholomaeo, qui pro tempore vices agis magistri cellerarii magni monasterii sancti Stephani, ut de olivetis, quae nuper a tua ecclesia accepimus, nobis instrumentum emphyteuticum conderes. Tu vero cum benigne nos exceperis, petitione nostra minime reiecta, sed exaudita, nobis tradidisti stabili contractu praedium ipsum et oleas, et circumscripsisti, et terminos in eo constituisti, prout in libello continetur. Nos autem accepimus praedium, ut amodo purgemus et excolamus, et insitionem faciamus, et in splendidiorem formam adducamus. Alterais vero annis colendum nobis est,

λομεν δὲ τὸν ἕνα χρόνον εργάζην, καὶ τὸν ἕτερον σπέρειν. καὶ δίδειν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τὴν πενταμερίαν· προσετέθη δὲ καὶ τοῦτο. εἰ μὲν ἡ ἐκκλησία ἐξει χρίαν εἰς τὸ χωραφιον, τοῦ σπείραι τι, ἵνα δεχόμεθα αὐτὴν καὶ σπέρη μεθ ἡμῶν. καὶ ἐκ πάντων τῶν ἐλαίων μέλλομεν ἔχειν τὸ ἥμησυ ὁμοίως. καὶ ἐξ ὧν μέλλομεν ἡλοκοπῆσαι. ταῦτα τοίνυν οὕτως ἀναλαβότες. ἐστέρξαμεν τοῦ μὴ ἀνελεῖν ἀλλὰ νή φάνει . . . . . αὔξησιν καὶ ἐμφάνειαν. καὶ εἰ μὲν ἀκαματήσομεν, ἵνα ως ἀκαμάται διοκόμεθα. ὑπὲρ οὗ πάλιν τὸ παρὸν ὁμολογοῖγγραφον (τῆ ἁγία ἐκκλησία) ποιήσαντες ἀπεδώκαμεν ἐν μηνὶ καὶ ἰνδικτιώνι καὶ ἔτει τοῦ προγραφέντος ἔχων ἐν τῆ κορυφῆ τοῦ ὑφοῦς τὸ ἥμησυ τοῦ ὁρισθέντος (ἀλφα)βητου καὶ. . .

† ὁ εὐτελὴς πρεσβυτερος βασιλειος τὰ ανότερα μαρτυρῶ † ευτελὴς πρεσβύτερος κωνσταντίνος μανδίλος τὰ ἀνώτερα μαρτυρῶν υπέγραψα.

† καὶ ἐγὼ νικύτης νοταριος τῆ παρακλησει τῶν ἀνωτέρω σϊγνογραφέντων τὸ ὅλον ὕφον επίγραψα, καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ ὑπέγραψα καὶ μαρτυρῶ.

et serendum, et quintam fructuum partem dare tenemur ecclesiae. Additum vero et hoc est, ut, si ecclesia necesse habuerit quid in praedio serere, una nobiscum serat, atque ex omnibus oleis, itemque ex materie quae caedatur dimidium habeamus. Quibus cum adsentiti fuerimus, contenti sumus (*praedium*) non incultum deserere sed . . . . . incrementum pulcritudinemque afferre; et si cultura abstiterimus, tamquam ignavi exterminemur. Quapropter iterum praesens conventionis instrumentum facientes tradidimus, mense, indictione et anno supradictis. Et in principio chartulae extat dimidium alphabeti (*bifariam*) divisi, et . . . .

† Basilius humilis presbyter quae supra testor. † Constantinus Mandilus humilis presbyter quae supra testans subscripsi.

† Ego Niceta notarius rogatu superius constitutorum totum instrumentum scripsi, et per crucem subscripsi et testor.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 134.)

CCLXXXVII.

(1232) — Mense Septembri — Indict. VI.

Ioannes Appidoriacus aliique conventionem ineunt cum monasterio S. Stephani de Nemore de praestatione annua imminuenda.

† σίγνον χειρὸς ἰωάννου ἀππιδοριάκου. † σίγνον χειρὸς πέτρου υἱοῦ λέοντος ἀππιδοριάκου † σίγνον χειρὸς νικολάου ἀδελφοῦ αὐτοῦ † σίγνον χειρὸς νικολάου ἀππιδοριάκου υἱοῦ ματθαίου. σίγνον χειρὸς ἰωάννου ἀδελφοῦ αὐτοῦ. † σίγνον χειρὸς πέτρου υἱοῦ γρηγορίου ἀππιδοριάκου. σίγνον χειρὸς ιωάννου ἀδελφοῦ αὐτοῦ. † σίγνον χειρὸς φιλιππου τοῦ λεγομένου οὐρσίνου. † σίγνον χειρὸς λεοντος υἱοῦ ἰωάννου κροκλησιάνου. Ὁμολογοῦμεν πάντες ἡμεῖς, ὅτι κατὰ τὸν παρὸν σεπτεμβριον μῆνα τῆς ινδικτιωνος ϛ'· ἤλθαμεν πρὸς τὴν ἁγίαν ἐκκλησιαν τοῦ ἁγίου στεφανου τοῦ ὄρους, καὶ πρὸς σὲ τὸν κυρον βαρθολομαιον τὸν μαιστορα κελλεραριον τῆς αὐτῆς μονῆς, ἕσω εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἁγίου φαντίνου, καὶ ἐκράξαμεν ἔλεος ὑπὲρ τῆς πενταμερίας τῶν πραγματων ὥνπερ κρατοῦμεν ἐκ τὴν

† Signum manus Ioannis Appidoriaci. † Signum manus Petri filii Leonis Appidoriaci. † Signum manus Nicolai fratris eius. † Signum manus Nicolai Appidoriaci filii Matthaei. Signum manus Ioannis fratris eius. † Signum manus Petri filii Gregorii Appidoriaci. Signum manus Ioannis fratris eius. † Signum manus Philippi cognominati Ursini. † Signum manus Leonis filii Ioannis Croclesiani. Nos omnes declaramus accessisse hoc mense septembri, indictione VI, ad sanctam ecclesiam sancti Stephani de Nemore, et ad te dominum Bartholomaeum magistrum cellerarium eiusdem monasterii, in domum sancti Phantini, et misericordiam efflagitasse, ut nobis condonaretur quinta super bona quae possidemus ex sancta vestra ecclesia, pro quibus con-

ἁγίαν ἐκκλησίαν ὑμῶν. ἐξ ὧν εἰώθαμεν τέλλειν ἐτησίως πενταμερίας· ἥντινα βαρυνθέντες καὶ ἀπορήσαντες, ἐδεήθημεν τῇ ἁγίᾳ εκκλησια καὶ τῇ ὑμετέρα ὁσιώτητι, καὶ ἐσυμβηβάσθημεν, τοῦ ἀπὸ τοῦ νῦν παρέχειν ἀπὸ πάντων τῶν πραγμάτων ὧνπερ κατέχομεν ἀμπελίων καὶ χωραφίων κύπων καὶ λοιπῶν ἡμεροδενδρίων καὶ πάσης διαφορᾶς κατέτος μούστου λαγηνας δεκατέσσαρα· ἅτινα ὁμολογοῦμεν παρέχειν κατέτος ἐν εἰρήνη καὶ χωρὶς πάσης προφάσεως· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ποτὲ καιρῷ φανῶμεν ἀρναύμενοι αὐτὸ ἢ κωλύοντες ἐξ αὐτοῦ· ἵνα ἐν πρώτοις ἐσόμεθα κατακριμένοι, καὶ ὑμεῖς ἵνα ἔχετε ἄδειαν· ἢ ἵνα διώκετε ἡμᾶς ἀπὸ τῶν πραγματων, ἢ ἵνα στρέφετε ἡ ἐκκλησια εἰς τὸ λαμβάνειν τὴν πεντημερίαν ὡς τὸ πρώτερον· ὑπὲρ οὗ καὶ πρὸς περισσωτεραν ἀσφάλειαν πάλιν ἡμεῖς τῇ ἁγία εκκλησία τὸ παρὸν ὁμολογοέγγραφον ποιήσαντες ἐξεδώκαμεν, ἐν μηνι καὶ ινδικτιωνι, καὶ ἔτει τοῦ προγραφέντος· ἐν παρουσία μαρτυρων.

† ευτελης γεράσιος καθειγουμενος τῆς ευβαγῆς μονῆς αγίου νικολάου μαρτυρῶ. † εὐτελῆς νικόλαος πρωτοπαπα χώρας αγριόθέρου τη παρακλήσει τὸν ανοτέρω μαρτυρων υπεγραψα. † ὁ ευτελης πρεσβύτερος κωνσταντίνος μάιδιλος τὰ ἀνώτερα μαρτυρων υπέγραψα. † ego costantinus armenius testo sum. † ἐγὼ ῥογέριος τῆς μάμμουλας τὰ ἀνώτερα μαρτυρων υπεγραψα. † καὶ ἐγὼ νικήτης ὁ εὐτελῆς νοτάριος ὁ ἀπὸ χώρας ἀγριωθέρου τὰ ἀνώτερα ἔγραψα καὶ μαρτυρῶ.

suevimus solvere quotannis quintam, quae cum nobis oneri esset, et inopia premeremur, precati sumus sanctam ecclesiam et pietatem vestram, et inter nos convenimus amodo praebere quotannis ex omnibus bonis, quae possidemus, vineis, praediis, hortis et reliquis arboribus fructiferis, et omni reditu, musti lagenas quatuordecim, quas pollicemur tradere singulis annis in pace et sine quovis praetextu. Quod si aliqua occasione id denegaverimus, vel impedimentum attulerimus, in primis damnemur, et vobis facultas sit nos expellendi ex praediis, aut ecclesia iterum accipiat quintam ut antea. Quapropter ad pleniorem securitatem parem huius declarationis chartulam conditam dedimus sanctae ecclesiae mense, indictione et anno suprascriptis, coram testibus.

† Humilis Gerasius praepositus venerabilis monasterii sancti Nicolai testor. † Humilis Nicolaus protopapa civitatis Agriotherae, rogatu suprascriptorum, testis subscripsi. † Humilis presbyter Constantinus Mandilus quae supra testans subscripsi. † Ego Rogerius de Mammula quae supra testans subscripsi. † Ego Niceta humilis notarius civitatis Agriotherae quae supra scripsi et testor.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 135.)

CCLXXXVIII.

1233 — Indict. VI — Castri Veteris.

Ioannes de Tzannela magnus Iudex Calabriae lata sententia adiudicat monasterio S. Ioannis de Alaro, posito in agro Castri Veteris, bona quae Gulielmus Pabillanus usurpaverat.

† ἔτους ἑξακισχιλιοστῶ επτακωσιοστῶ σερακοστῶ πρώτω ἰνδικτιωνος ς', κατὰ τὴν κοινηθῆσαν ἀγωγῆν, καὶ ζήτηστν κατεόπιον τοῦ ἐνδωξωτατου ἀνδρὸς κυροῦ ἰωάννου τῆς τζαννέλης, καὶ μεγάλου κρῖτοῦ καλαυρίας, ἐκ μέρους του ἀδελφου ἀνδρεου, καὶ πριούρου ἁγῖου ἰωαννου τοῦ ἀλαρου, τοῦ εκκοιμενου ἐν τη διακρατησει καστελλου υετερου, καὶ υπακωῆς μηλητου,

† Anno 6741, indictione VI. De lite et quaestione intentata coram gloriosissimo viro domino Ioanne de Tzannela magno Iudice Calabriae ex parte fratris Andreae Prioris S. Ioannis de Alaro extantis in agro Castri Veteris et ditione Mileti, actoris ex parte una, adversus dominum Gulielmum Pabillanum reum ex altera, in haec verba loquentis:

ἀκτωρεύωντος ἐκ μέρους, κατα τοῦ κυροῦ γουλιαλμου παβιλλάνου. ρέου ἐκ του ετερου, οὗτο, ἐγῶ ἀδελφος ἀνδρεας πρωτιθημι κατᾶ τοῦ κυροῦ γουλιαλμου παβιλλανου· ὅτι πραγμαν, ὅπερ η ἐκκλησια ἐδέσπωσεν αταράχως, την αὐτὴν δεσπωτεῖαν καὶ πράγμαν, τό ὄντα τοὺ ἰωάννου κορατωρας καὶ τὴς εκκλησιας βελλανου, μετα τὴν τελευτᾶν τοῦ πρωρηθηντος βελλανου, ὁ πρωλεχθὴς κυρος γουλιαλμος τη αὐτοῦ ακτωρία. επάνέστι κατα τῆς ηρημένης ὑποστασεως, καὶ αποφῶρεσε τὴν ηριμένην μονῆν, ὅθεν ἐτῶ, του καταυληθήναι αὐτον, κατὰ τὴν κέλευσιν τῶν βασιλεικῶν διαταξαιων, σῶζον, καὶ τᾶ απόλοιπα, ὁ οὖν μέγας κριτῆς ενωτῆσθῆς, τὶν τοιαὕτην προθεσιν, ὅρησε τω καστελλανω καὶ τοῖς κριταὶς· διοτι αὐτό περιεσπάτο εἰς ετέρας ανακαιας δουλαίς, ἵνα η τιαὕτη, ἔρεμνα, κατα τάξην δικαιου αποφανθῆ ενωπιον ημῶν, ἡμοῖς δὲ κατα την δωθησαν ἡμὶν ἀκτωριαν, ὁρήσαμεν τὸν κυρον γουλιαλμον, καὶ ἦλθε ἐνωπιον ἡμῶν, διὰ τό απολωγιθείναι ἐν τη ἐκτεθηση ἀγωγῆ τοῦ αδελφου ανδρεου, καὶ ὁ κυρος γουληαλμος ητισεν διωρίαν. καὶ ημοῖς επὶβουλεψάμενοι, εχωρηγίσαμεν αὐτῶ, τελευτέαν διορίαν, ημερων τριἄκοντα, καὶ εις τὴν πρωτεθήσαν διὸριαν, ὁ κυρος γουλιαλμος, ἔσφαλε, οὔτε πρωκουρατωρα, οὔτε, ἐκδηκητὴν ἤγαγε, ἡμοῖς οὖν ἰδωντες ὅτι ἐφυγω δίκειν, ἐπὶβουλεψαμενοι, δια μεσω λωγων σκέψεος, αποδωκαμεν τὴν ἐμφόρεσιν, τῶ ηρημενω ἀδελφω ανδρεα, καὶ προς τὴν μονῆν τοῦ αγιου ιωαννου, οὗτο δὲ παρελθεῖς ὁ χρονος, τῆς ηριμενης εμφορέσεως, επὶβουλευσάμενοι, εκρίναμεν τὴν αὐτὴν υπόστασιν τη εκκλησια, ὃ οὖν αδελφος ανδρεας, του ενιαὐτοῦ παροχικότος, ἐξακολουθὸν το τὴς εκκλησιας δικαιον. παραστὰς ἐνώπιον ἡμῶν ἔφη. διότης τὼ δίκαιον εχωρήγησεν τὴν εμφόρεσιν καὶ δεσπωτίαν τη ἐκκλησια. θέλωμαι υποδίξαι τὰ δικαιὅματα τῆς ἐκλησίας ὥς καθοτι, καὶ η ηδιὅκτησιν αὐτὴν διαφερει· τοῦτο οὖν ημῖς ακεικοὅταις ἠγάγωμεν ενώπιον τὸν ρηθεντα κυρον γουλιαλμον, καὶ ερεμνήσαμεν η μὲν δύνατς υποδίξε, δικαιὅματα, ἰδιοκτήσεως. ὥστις ἔσφαλε τῶν δικαιομάτων, τῆς επὶδεσπῶσεως· καὶ αυτὸς αποκριθη, ἐμφανίζον τὴν δίκην· ὅτι τὰ πράγματα, απερ ο ἀδελφὸς ανδρέας επὶζητει, εγὼ καταγνωρίζω ὅτι ὁ προλεχθῆς ἰωάννης κορατωρ καὶ βελλάνος τῆς εκκλησίας, επεκρατει αὐτὰ εκ της ἐκκλησίας καὶ αποτασσομαι, τὴν προλεχθήσαν ὑπόστασιν καὶ δεσποτίαν τῆ εκκλησια, καὶ ασφαλίζωμαι

Ego frater Andreas actionem moveo adversus dominum Gulielmum Pabillanum, quippe qui, cum ecclesia pacifice bona possideret, quae ad Ioannem curatorem et ecclesiae villanum pertinuerunt, post obitum praedicti villani auctoritate propria adortus fuerit memorata bona atque abstulerit praefato monasterio. Quapropter peto ut ex iussione imperialium constitutionum inde eiiciatur citra praeiudicium ceterorum iurium. Itaque magnus Iudex cum audivisset huiusmodi actionem, mandavit castellano et iudicibus, ut, cum antedicta bona affecta fuerint aliis necessariis servitutibus, huiusmodi (*quaestionis*) examen ex iuris norma coram nobis fieret. Nos autem de auctoritate nobis data iussimus dominum Gulielmum ad nos accedere, ut se defenderet in lite adversus se mota a fratre Andrea. Gulielmus vero petiit ut ei constitueretur dies, quo se in iudicio sisteret; et nos, inito consilio, ipsi concessimus finalem terminum dierum triginta. Attamen dominus Gulielmus intra terminum ei praestitutum non comparuit, neque procuratorem vel defensorem adduxit. Nos igitur eum ius declinare videntes, allatis rationibus expensis, (*eorumdem bonorum*) investituram tribuimus dicto fratri Andreae et monasterio S. Ioannis. Cum autem tempus huiusmodi investiturae praeteriisset, facta deliberatione, adiudicavimus ecclesiae antedicta bona. Frater igitur Andreas, anno elapso, ecclesiae ius persequens, cum se coram nobis stitisset, inquit: Quoniam ius tribuit ecclesiae investituram et dominium, volo ostendere instrumenta ecclesiae, e quibus ipsius possessio eruitur. Nos itaque cum haec audivissemus, arcessivimus coram nobis dictum dominum Gulielmum, et percontati sumus, num posset instrumenta propriae possessionis exhibere. Ipse vero huiusmodi titulis possessoriis carebat, et ius ante oculos nostros ponens, ita respondit: Bona quae frater Andreas requirit, ego non inficior praedictum dominum curatorem et villanum ecclesiae possedisse ab ecclesia; ideoque

ούτω διὰ ποινῆς, ἡ μὲν πωτε καιρω, ἐγω τε ἡ τὶς του κατ εμοῦ μερους, αναφή. ἐναντιώνη, ἢ παρενοχλῆν τὴν ανοτερω μονῆν, ἀπὸ τῶν ρηθέντων πραγματων, καταβαλλέσθω ιν τω βασιλεικὼ φήσκω αυγουσταλια δέκα, καὶ εἰς τὴν μονὴν ἕτερα αυγουσταλια δέκα. διοῦ, ὁ προλεχθῆς κυρος γουλιαλμος ἀποταξάμενος, τὴν δεσπωτίαν καὶ ιδιόκτησειν προς τὴν ἐκκλησιαν, ἡμοῖς οἱ τεταγμένοι κριταὶ, επϊβουλεψάμενοι συν τῶν ετέρων χρυσημων ανδρῶν, δεδῶκαμεν σχέψην τελευτέαν, του ἔχειν η ἐκλησία τῶσον τὴν επικράτησειν, ὦς καὶ την ιδιόκτησην, διοῦ πρὸς πιστωσην καὶ στερεόσην, επϊήσαμέν σὺ, τῶ πρωλεχθέντι ἀδελφω ἀνδρεα, καὶ πριουρω αγιου ἰωαννου αλάρου τῆς ὑπόκοῆς μηλητου, τὸ παρὸν ἔγγραφον διαμένον τε βεβεον καὶ στερρον. ἄχρι περατος κοσμου, καὶ τούτο ἐτελέσθη καὶ εκρίθη παρα τῶν επϊταχθέντων κριτων, λέγω δί κυρου νικολαου πητζήννι. καὶ καστελλανου καστελλου υετερου, καὶ κυρου γαλτεριου Ἱέρακος, καὶ κριτου, καὶ νοταριου ἰωαννου χρυσοχωοῦ καὶ κριτοῦ. καὶ βασιλειου Φραγκεπανου καὶ κριτοῦ, γραφὲν δια χειρὸς νοταριου ανδρεου πουπλικου νοταρίου καὶ ταβουλαρίου χώρας καστελλου βετερου μηη, ινδικτιωνι καὶ ετοῦς τῶν προγραφεντων, ιν παρουσια μαρτυρων.

† εγο γαλτεριος και κριτης μαρτυρ.

† ἰωαννης ο κριτης χῶρας καστέλλου βετέρου ἔγραψα καὶ μαρτυρώ τι ἰδία χηρὶ.

† ἐγῶ βασιλειος Φραγκεπάνος καὶ κατα τὴν ημέραν κριτης μαρτυρῶ.

† Ego nicolaus picernus castellanus castri veteris testis sum.

† θομας και στρατιγος τις βασιλικυς κορτης καστέλλου βετερου μαρτυρῶ.

† περεγρινος υιὸς μάγι καὶ κατα τὴν ημεραν εξουσιαστῆς καστέλλου βετερου μαρτυρῶ.

† νϊκόλαος ὁ από του σκύλλακος καὶ κατα τὴν ἡμέραν εξουσιαστης καστελλου βετερου μαρτυρῶ.

† ιυτιλῆς ανδρεας πούπληκος νοταριος καὶ ταβουλαριος χωρας καστελλου βετερου τὸ ανοτέρω δικαίομα ἔγραψα καὶ μαρτυρῶ.

ecclesiae renuncio memorata bona eorumque dominium; et poena caveo, si quando ego vel quis ex parte mea adversatus fuerit, vel molestiam intulerit antedicto monasterio de iisdem bonis, nos soluturos regio Fisco augustales decem, totidemque monasterio. Quare praefatus dominus Gulielmus, cum se dictorum bonorum dominio et possessione exuisset erga ecclesiam, nos constituti Iudices consilio inito cum aliis probis hominibus, definitivam sententiam emisimus, ut ecclesia tum dominium tum possessionem haberet. Quapropter ad fidem et robur fecimus tibi memorato fratri Andreae et praeposito sancti Ioannis de Alaro ditionis Mileti praesentem chartulam stabilem, validam et firmam usque ad finem mundi. Et haec peracta et iudicata sunt a constitutis iudicibus, id est domino Nicolao Pitzinni castellano Castri Veteris, et domino Gualterio Hieracensi iudice, et notario Ioanne Chrysochoo iudice, et Basilio Frangepano iudice. Scriptum manu notarii Andreae publici notarii et tabularii civitatis Castri Veteris, mense, indictione et anno suprascriptis. Coram testibus.

† Ego Gualterius iudex testis.

† Ioannes iudex civitatis Castri Veteris scripsi et testor propria manu.

† Ego Basilius Frangepanus pro tempore iudex testor.

† Thoma strategus regiae curiae Castri Veteris testor.

† Peregrinus filius Magi pro tempore baiulus Castri Veteris testor.

† Nicolaus de Scyllacio pro tempore baiulus Castri Veteris testor.

† Humilis Andreas publicus notarius et tabularius civitatis Castri Veteris suprascriptam sententiam exaravi, et testor.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 136.)

CCLXXXIX.

1233 — Mense Decembri — Indict. VII — Crotone.

Constantinus Cuccia et uxor eius Aluisa inter se permutant praedium et domum posita in agro Crotonensi.

† σίγνον χειρὸς κωνσταντίνου υἱοῦ λέοντος τοῦ κοῦκκία τοῦ ἀποιχομένου.

† ἐν ονόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ προγεγράμμενος κωνσταντίνος τοῦ κοῦκκία· ὁ τό σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ οἰκείοις δακτύλοις ὑπόσημηώσας. τὴν παροῦσαν ἔγγραφον καὶ ἐνύπογραφον ἁπλὴν καὶ καθαρὰν ἀνταλλαγωγὴν τίθημι καὶ ποιῶ ἑκοῦσίως, εὐγνωμόνως, οἰκείῳ θελήματι, ἐκτὸς φόνου δόλου υἱας ἀνάγκης, ἢ καὶ τοῦ οἱοῦδήποτε παρονόμου τρόπου· μάλλον δὲ σὺν πάσῃ μου προθυμία καὶ ὁλοψύχω προθέσι, ὁμολογῶ ἀνταλλάξε καθαρὸς καὶ ἐννόμως μετά σοὶ κυρὰς ἀλουεΐσας καὶ ἐμῆς σύνυίου θυγατρὸς δὲ κυροῦ. . . μουρρουνου τοῦ ἀποιχομένου καὶ διὰ σοῦ καὶ εἰς τοὶς ὑπο σὲ κληρονόμους καὶ διάδόχους· κατὰ τέλειαν νομὴν καὶ δεσπότειαν, ἀπο τοῦ χοραφίου ὅπερ ὁ κυρὸς . . . μουρρουνος καὶ ἐμός πενθερός καὶ τῆς κυρᾶς ἀλουεΐσης πατὴρ ἔγραψαν μοι αὐτὸ εἰς προίκα, ἵνα φυτεύσω σοι ἐν αὐτὸ μετὰ τῆς ἐμῆς ἐξόδου ἀμπέλων χιλιάδαν μίαν. καὶ ἀναστήσω αὐτὴν κεφαληκὴν ἀμπέλον. ὑπάρχει δὲ τὸ εἰρημένον χωράφιον ὅπερ μέλλει φυτεύσε ἐν τῇ διακρατήσει κροτώνης εἰς τὴν λαμπησιν· συνορίται δὲ οὕτως κατὰ μὲν ἀνατολὰς τὸ χωράφιον κυροῦ ράου τοῦ ληγροῦ· ἐπὶ δυσμὰς το χωράφιον κυρᾶς ἀγγρουλλίνης τοῦ κουρτήσου· ἐκ βορρὰς ὁ δρόμος· ἐπὶ μεσιμυρίας ὁ ρίαξ τὴς λαμπήσης· τούτο οὖν τὸ εἰρημένον χωράφιον ὅπερ σοι μέλλει φυτεύσε ἐν αὐτῶ τὴν εἰρημένην χιλιάδαν μίαν τοῦ ἀμπέλου τὸ παρ ἡμῶν ἀνωτέρω τετραχῶς συνορισθὲν συν εἰσόδω καὶ ἐξόδω αὐτοῦ, καὶ πάσι δικαίοις καὶ προνομίοις αὐτοῦ τραδιτεύω σοι αυτὸ νομίμως διὰ τοῦ παρόντος ἐγγράφου πρὸς σὲ τὴν εἰρημένην κυρὰν ἀλουεΐσαν καὶ ἐμὴν σύνυιὸν καὶ διὰ σου τοῖς ὑπο σοῦ κληρονόμοις καὶ διαδοχοις, διὰ τὸ ἀπολαβεῖν καὶ ἐγῶ κωνσταντίνος ἀπὸ σὴ τὴς κυρᾶς ἀλουεΐσας τῆς προειρημένης καὶ ἐμης σύνυίου λόγω ανταλλαγὴς διὰ το αὐτὸν χωράφιον, ὅπερ σοὶ μέλλει φυτεύσε ἐν αὐτῶ ἀμπέλων χιλιάδαν μίαν· το σον ἡμησι ὀσπίτιον ὅπερ ἐστὶν ἐν τῶ ἐξωπύλω

† Signum manus Constantini filii quondam Leonis Cucciae.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Constantinus de Cuccia, qui signum venerandae et salutaris crucis propriis manibus exaravi, praesens instrumentum simplicis et purae permutationis subscriptionibus munitum condo et facio libenter, bono animo, propria voluntate, absque metu, dolo, vi, necessitate, vel quolibet vetito modo; imo cum omni alacritate, et totius animi proposito declaro pure et legitime permutasse tecum domina Aluisa coniuge mea filia domini . . . Murruni defuncti, et per te tuis heredibus et successoribus in absolutam possessionem et dominium partem praedii, quod dominus. . . Murrunus et socer meus, ac dominae Aluisae pater, mihi in dotem scripsit, ut in ea meis expensis mille vites tibi plantarem, eamque optimam vinearum redderem. Huiusmodi autem praedium, quod plantari debet, extat in pertinentiis Crotonis ad Lampisim, atque ita circumscribitur: ab oriente (*est*) praedium domini Rhai de Ligro; ab occidente praedium dominae Angrullinae de Cortese; a borea via; a meridie rivus de Lampisi. Hoc igitur dictum praedium, in quo tibi plantaturus sum dictas mille vites, quadrifariam a nobis supra conterminatum, cum introitu et exitu ipsius omnibusque eius iuribus et pertinentiis, praesenti instrumento legitime tibi memoratae dominae Aluisae coniugi meae trado, et per te tuis heredibus et successoribus, ut ego Constantinus recipiam a te dicta domina Aluisa coniuge mea permutationis titulo, pro eodem praedio, in quo tibi plantare debeo mille vites, dimidiam domum tuam ex-

κροτώνης· εἰς τὴν ἐνορίαν τοῦ ἁγίου πάντελεήμονος. καὶ τὰ ἑκατὸν ἑξήκοντα ἑξ ριζία τοῦ ἀμπέλου ὅπερ ἐστὶν ἐν τῇ διακρατήσει κροτώνης εἰς τὸν κυρὸν ἀμάτου, συνορίται δὲ οὕτως τὸ εἰρημένον ἡμησι ὀσπίτιον ἐξ ἀνατολὰς ὁ δρόμος καὶ τὰ οἰκότοπα τῆς ποτὲ γυνὴς βασιλείου ματζούκου καὶ τῆς αὐτῆς ἐξαδελφης· ἐκ δυσμὰς τὸ ἕτερον ἡμησι ὀσπήτιον μαϊστορος ἰωάννου κουκκία. ἐκ βορρὰς στενὸν καὶ τὰ οἰκοτοπα τῶν παίδων νοταρίου Θεοφανίου· ἐκ μεσυμυρίας τα οἰκοτοπα τῶν παίδων κυροῦ ἰωάννου ρούσσου· τὰ δὲ ριζία τοῦ αμπέλου τὰ εἰρημένα συνορουνται οὕτως. ἐξ ανατολὰς τὰ χωράφια κυροῦ ριγκάρδου βυνέττου· ἐκ δυσμὰς τὰ χωράφια τοῦ ἁγίου μαρτίνου τοῦ σπηταλίου κροτώνης· ἐκ βορρὰς τὸ ἀμπέλιον μαιστορος ἰωάννου κουκκία· ἐκ μεσιμυρίας ὁ φραγμὸς καὶ τὰ ἀμπέλια κυροῦ σιμεῶν τοῦ παλεοκάστρου· τὸ ἅπερ ἡμησι ὀσπίτζιον καὶ τὰ εἰρημένα ρίζια τοῦ ἀμπελίου εἶχις παρ εμοῦ κωνσταντίνου τοῦ προειρημένου εἰς τὸ σηνπροίκιον γεγραμμένον ἧς ὑπόυολον καὶ θεώρετρον· καὶ διὰ τούτο ἐπίησα τὴν εἰρμένην ἀνταλλαγωγὴν, ἐγὼ κωνσταντίνος· μετὰ σου κυρας ἀλουήσας καὶ ἐμῆς συνυίου. διὰ μεγάλην ἀνάγκην ὅπερ εἶχον. καὶ ἔπρασα αὐτὸ τὸ εἰρμένον ἡμησι οσπιτζιον καὶ τὰ εἰρμένα ριζία τοῦ ἀμπελίου, τὸ ἐμὸ ἀδελφω μαίστορι ἰωάννη κουκκία· διὰ ταρία χρυτοῦ σεράκοντα καὶ δύο, καὶ ἀγῶρασα απ αυτων βοίδιον τοῦ σπέρνειν μετ αυτοῦ, ὅπως τραφόμαι μετ αυτοῦ μετὰ τῶν ἡμετέρων τέκνων· τοίγαροῦν τὸ προειρμένον χωράφιον οπερ σοὶ μέλλει φυτεύσε· στεργω ἀπὸ τοῦ παρόντος καὶ εἰς τὸ διεινεκὲς ἐγὼ ὁ σίγνον προτάξας, ἔχειν σε δὲ σὺ ἡ εἰρμένη κυρᾶ ἀλουήσα καὶ ἡ σοὶ κληρονόμοι καὶ διάδόχοι. τοῦ ἐπὶκρατεῖν αυτὸ καὶ δεσπόζειν ἀκολύτως εσαεὶ· καὶ ποιεῖν σὺ καὶ οἱ μετὰ σε ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἀμπελίου ἅπαν τὸ νουληθὲν ημῖν. ἠτι πολεῖν ἢ θέλεις δωριεῖσθαι, ἀντίκατάλλάττειν. προιξὶ δούναι, καὶ πάν ἄλλο ποιεῖν ὑμᾶς ἀπ αυτοῦ τὸ κελευόμενον ἡμῖν· οἷα κύρια καὶ αὐθεντρια, εἰα τὴν ἐξουσίαν καὶ δεσπότειαν παρ εμοῦ εἰληφῶς, καὶ ἡ μὲν ποτὲ κερὼ ἢ χρόνω, φανίει τις, ἐγὼ αὐτὸς ἢ κληρονόμος ἐμὼς καὶ διάδόχος, ἀναστρέψε θελήσει τὸ παρὸν οἰκείοθελὼς γενόμενον τῆς ἀλλαγῆς ἔγγραφον· καὶ οὐχὴ μάλλον διέκδικητὴς καὶ δεφένσωρ ἐπιτήδιος ἐσομε ἐκ παντὸς ἐναντιουμένου προσώπου, ζητηθησομένου σου ἴσως πρὸς τινος ὑπερ τούτου ἐπι πάσι δικαστηρίοις, ἀλλὰ πρὸς διάστροφὴν τίνα τραπῶ.

tantem in suburbio Crotonis, in ditione Sancti Pantelemonis; et centum sexaginta sex vites vineae positae in pertinentiis Crotonis (*in loco dicto*) ad dominum Amatum. Haec autem dimidia domus ita circumscribitur: ab oriente sunt via et domus quondam uxoris Basilii Matzuci, et neptis ipsius; ab occidente reliqua dimidia domus magistri Ioannis Cucciae; a septentrione angiportus, et domus filiorum notarii Theophanii; a meridie domus filiorum domini Ioannis Russi. Vinea autem praedicta his finibus designatur: ab oriente (*sunt*) praedia domini Riccardi Binetti; ab occidente praedia sancti Martini de Hospitali Crotonis; a septentrione vinea magistri Ioannis Cucciae; a meridie sepes et vineae domini Simeonis de Polycastro. Memoratam autem dimidiam domum et vites vineae habuisti a me praedicto Constantino in tabulis nuptialibus pro augmento dotis et theoretro; ideoque feci dictam permutationem ego Constantinus cum te domina Aluisa coniuge mea propter inopiam magnam qua premebar, et vendidi ipsam dimidiam domum et dictas vites meo fratri magistro Ioanni Cucciae aureis tarenis duobus et quadraginta, quibus emi bovem ad humum cum eo excolendam, victumque mihi ac meis filiis parandum. Dictum igitur praedium, quod tibi plantare debeo, volo ego, qui crucis signum praefixi, ut a praesenti die et in perpetuum tu memorata domina Aluisa, tuique heredes et successores sine impedimento habeatis, teneatis, ac possideatis in omne aevum, et tu tuique successores faciatis de praefata vinea quidquid volueritis, nempe vendatis, si vobis libuerit, donetis, permutetis, in dotem scribatis, et peragatis omnia quae vobis permissa sunt, tamquam domini et arbitri, qui facultatem auctoritatemque a me accepistis. Et si qua occasione vel tempore vel ego vel heres vel successor meus subvertere voluerimus praesens permutationis instrumentum propria voluntate conditum, nec potius te defenderimus ab omni contraria persona, quae tibi adversabitur, apud quodcunque tri-

ζημιοῦσθαι μὲ δὲ πρὸς σὲ καὶ παντὶ τῶ σῶ μέρει χρυσοῦ ταρία διακόσια. καὶ πρὸς τὸ δημόσιον διὰ παραβάσεως τοῦ τιμίου σταυροῦ, χρυσοῦ, ρηγατους. τριάκοντα καὶ ἓξ. καὶ ἶθ οὕτως ἔστω στερεὰ καὶ ἀρραγὶς ἡ τοιαύτη καθαρὰ καὶ ἀδόλωτος ἀνταλλαγὴ ἄχρι τερμάτων αἰώνων· ἡ της καὶ ἐγράφη ἐποὶ τῆς εὐσεβοὺς βασιλείας τοῦ κραταιοῦ καὶ αὐθέντου ἡμῶν Φραιδερίκου ρωμαίων βασιλέως ἀεὶ αὐγούστου, ἱεροῦσαλῆμ καὶ σικελίας ρηγός· χειρὶ ματθαίου μεγκαλάμου πουβλήκου νοταρίου πόλεως κροτώνης, μηνὶ δεκεμυρίω ἰνδικτιώνος ζ'. ἔτους ,ϛψμβ'. παρουσία μαρτύρων.

† Ego Marcus manduca Iudex Cotronis subscripsi.

† Ego Stephanus Iudex Cotroni subscripi.

† Ego pantaleo Neapolanus testus sum.

† νἰκολαος μετητος μαρτυρ υπεγραψα.

† ματθαῖος τοῦ μεγκαλάμου καὶ πούβληκος νοτάριος πόλεως κρωτώνης ἔγραψα καὶ βεβαιῶν ὑπέγαψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 137.)

bunal, sed (*hanc permutationem*) subvertere tentaverimus, mulctabimur tibi omnique parti tuae aureis tarenis ducentis, et Fisco ob violationem venerabilis crucis aureis regalibus sex et triginta; et nihilominus stabilis maneat atque immutabilis haec pura et sine dolo facta permutatio usque ad finem seculorum. Scripta est sub pio imperio potentis domini nostri Friderici Romanorum Imperatoris semper Augusti, Hierusalem et Siciliae regis, manu Matthaei Mencalami publici notarii civitatis Crotonis, mense decembri, indictione VII, anno 6742, coram testibus.

† Nicolaus Metitus testis subscripsi.

† Matthaeus de Mencalamo publicus notarius civitatis Crotonis scripsi et roborans subsignavi.

CCXC.

1238 — Mense Ianuario 28 — Indict. XI — Seminarae.

Ioannes Bibianus vendit Nicolao et Rogerio Chandacari domum et hortum extantia in agro Seminarae tarenis duodecim.

† σίγνον χειρὸς ἰωάννου βιβιάνου.

Ἡμεῖς οἱ προγεγραμμένοι, οἱ τὸ σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ, εἰκειωχεῖρως ποιήσαντες ἐν τωδε τῶ ὕφει, ἀναλαμβαννόμενοι καὶ πᾶσαν ὄχλησιν, ξένων τε καὶ ἰδίων προσῶπων, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον, τιθεμεθα καὶ ποιῶμεν αὐτὴν, ἐκουσία ἡμῶν βουλῆ καὶ καλῆ θελῆσι, ἁπλὴν, εὐχάριστον, αμετάτρεπτον, καὶ τελίαν διάπρασιν, μετα καὶ δυφεσίονος, καὶ ἐκτὸς πᾶσης ἀπηγορευμένης αἰτίας, τὸν ἡμέτερον οἶκον καὶ κύπον σὺν καὶ τῶν ἐκεῖσε οἰμεροδενδρίων. ὅπερ ἔχωμεν ἀγορὰν ἐκ τὸν κουμπάνιαν καππελλέριν, ὄντα καὶ κήμενα εἰς τὴν χῶραν σεμιναρίου. καὶ αὐτὰ τελικὰ ἐκ τὸν ναὸν τῶν ἁγίων σαράκωντα. περιόρύζωνται δὲ οὕτως, ἀπὸ μεν ἀνατολᾶς, ἡ ὁδὸς ἡ εισοδοέξοδος τῆς χῶρας σεμιναρίου, δύσεως καὶ μεσυμβρίας, χωράφιον τοῦ πολέμι, ἄκτρου, χωράφιον τοῦ αὐτοῦ πολέμι, καὶ τὰ ὀσπήτια τῶν παίδων βιβιάνου, καὶ συνκλύει, τούτο τοῖνυν τὸν εἰρημένον

† Signum manus Ioannis Bibiani.

Nos suprascripti, qui signum honorabilis et vivificae crucis propria manu in hoc instrumento exaravimus, ac in nos suscipientes quamcunque molestiam quae ab extraneis vel propinquis nostris inferri possit, spontanea nostra voluntate et bona deliberatione condimus et facimus praesentem chartulam simplicis, gratiosae, immutabilis et perfectae venditionis, cum defensione, et absque quacunque vetita causa, nostrae domus et viridiarii cum arboribus fructiferis in eo extantibus, quae emimus ex Cumpannia Cappellero, sita et posita in civitate Seminarae, et tributaria templi Sanctorum Quadraginta. Confines vero ipsorum sunt huiusmodi: ab oriente extat via ingressus et egressus civitatis Seminarae; ab occidente et meridie praedium Polemi; a septentrione praedium ipsius Polemi, et domus filiorum Bibiani, et clauduntur. Hanc igitur

ἡμέτερον οἶκον, κύπον, καὶ οἰμερωδένδρεα, καθότι καὶ περιόρύζωνται ἀνωτέρως, συν τῶν αυτοῦ εἰσόδων τε καὶ ἐξόδων, καὶ πάντων αὐτῶν τῶν δικαιόμάτων, φενόμεθα αὐτὰ πιπράσκοντες, πρὸς ὑμᾶς τοῦς ἄμφωμέμωνας, κυρον νικόλαον χανδακάριν, καὶ κυρον ρωγέριον, καὶ εἰς τοῦς ὑμῶν κληρονόμους καὶ διάδῶχους αἷς αεῖ, διὰ χρυσοῦν, ταρία δώδεκα, καὶ ταῦτα πιπράσκωμεν ὑμὶν, σωζομένου τοῦ τέλους τοῦ ναοῦ τῶν αγίων σαράκωντα, κατ ενιαυτον, ανα κόκκους πεντε, καὶ ταύτα τὰ δώδεκα ταρία, λαβώτες ἀπὸ χειρῶν σας, πρὸς τὰς ἡμετέρας χεῖρας σῶα καὶ ἀνελυπες. ὑπεταξαμεν του ἐγγράφως σοῖ, πουτο γενέσθαι, καὶ ἐπιδωθείναι ὑμὶν τὴν παροῦσαν πρᾶσιν ἰσχὶν τὴν δέουσαν ἔχουσαν, καὶ μὴδαμοῦ ποτὲ καιρῶ ὀφίλουσαν παρατραπίναι, οὐ παρ ημῶν ἢ παρα τῶν ἡμετέρων ἰδίων ἢ κληρονόμων. ἀλλ' ἢ καὶ Φοραθῆ τίς κύνησιν ἀγωγὴν ὑφεξέρειν εἰς τούτο, ἵνα μὴ εἰσάκουέτω, ἀλλ ἵνα εἰσθάναι ἡμὰς διἐκδικὰν καὶ δυφεντεύειν ὑμὶν αυτὰ ἀπὸ παντὸς προσώπου, ἡ δέ γε καὶ οὐκ διἐκδικήτωμεν ὑμὶν αὐτὰ ἀλλ' εἰς διάστροφὴν ἔλθωμεν, ὁμολογοῦμεν, στέργωμεν, καὶ ὑπόκλύνομεν ἑαὐτοῦς. ἔσεσθαι ζημιόμενοι ποινὴν εἰς τὴν βασιλικὴν κόρτην, αὐγουστάλια δέκα, καὶ πρὸς ὑμὰς τὸ ρηθὲν τίμιμα ἐπι τοῦ δυπλοῦ, καὶ εἴτι κόπους καὶ ἐξόδους ἐν τρειπλῶ, καὶ ειθ οὕτως στέργειν καὶ ἐμμένειν ταύτην τὴν παρ ημῶν καλοθελῶς γεναμένην καθαρὰν πράσιν, στεραιὰν, βεβαίαν, καὶ ἀμετάτρεπτον, αἰῶνίως, δι οὗ καὶ τὸ παρὰν τῆς παροῦσης πράσεως, ἐποίήσαμέν σοι γεγραμμένον παρα τοῦ νοταριου νικολαου πούπλικου σεμιναρίου, καὶ μεμαρτυρημένον παρα τῶν κριτῶν σεμιναρίου, λεγω δεῖ, κυρου ιωαννου κυρου χοῦ, καὶ νοταριου νἷκολαου ἱἔρακος, καὶ ετέρων καλῶν ανθρώπων τῆς αὐτῆς, οἵτιναις ρητῶς διὰ ἡμετέρας παρακλησεως τὰ προγραφεντα, ὁ καθεῖς αὐτῶν κατωτέρως ὑπεγράψαντο. ὅθεν καὶ ἐπεδώκαμεν ὑμὶν αὐτὸ, μηνὶ, ἰαννουαρίω, εἰς τας κη' ινδικτιωνι ια', τοῦ ετους ϛψμϛ'.

† ο του ἱἔρακος νικολάος καὶ του σιμιναριου κρητης μαρτυρ.

† νικόλαος εὐτελῆς νοτάριος υἱὸς βασιλείου χαλκαίου μαρτυρὼν ὑπέγραψα.

† ιωαννης του κυροῦ χου κριτης σιμιναριου μαρτυρ.

† νἷκώλαος εὐτελὴς ἱἔρεύς τη ἐποἰνομία τοῦ χρυσαφίου καὶ ἱἔρωργου τῶν ἁγίων μ' μαρτύρων τὰ

memoratam nostram domum, viridiarium et arbores fructiferas, uti supra circumscribuntur, cum ipsorum introitibus et exitibus omnibusque iuribus vendimus vobis domino Nicolao Chandacari et domino Rogerio, ac vestris heredibus et successoribus in omne tempus, tarenis aureis duodecim; et haec vobis vendimus excepto censu granorum quinque quotannis debito templo Sanctorum Quadraginta. Quos tarenos duodecim cum acceperimus a tuis in nostras manus integros et nihil imminutos, effecimus ut haec chartula venditionis vobis conderetur et traderetur, necessariam habens vim, et nunquam quacunque occasione subvertenda, nec a nobis neque a nostris propinquis et heredibus. Nam si quis litem vel actionem moverit de huiusmodi venditione, ne exaudiatur, et nos teneamur antestare, vobisque ipsam defendere a quacunque persona. Quod nisi eam vobis defenderimus, sed subvertere voluerimus, declaramus, confirmamus et assentimur solvere, poenae nomine, regiae curiae augustales decem, et vobis duplum antedicti pretii, et triplum laborum et expensarum, si quas pertuleritis. Attamen haec a nobis bona voluntate facta pura venditio firma, stabilis, inconcussa et immutabilis in perpetuum maneat. Quapropter hoc praesens venditionis instrumentum vobis fecimus, scriptum a notario publico Seminarae Nicolao, et roboratum testimonio iudicum Seminarae, id est domino Ioanne domini Hugonis filio, et notario Nicolao Hieracensi, et aliis probis hominibus ipsius civitatis, qui expresse, rogatu nostro, singuli se subscripserunt; quare tradidimus vobis (*hanc chartulam*) mense ianuario, die XXVIII, indictione XI, anno 6746.

† Nicolaus Hieracensis Seminarae iudex testis.

† Nicolaus humilis notarius filius Basilii Ferrarii testis subscripsi.

† Ioannes domini Hugonis filius iudex Seminarae testis.

† Nicolaus humilis sacerdos cognominatus de Chrysaphio, et presbyter Quadraginta Sanctorum

ἀνώτερα μαρτυρῶ καὶ στέργω.

† Ego Notarius Nicolaus de Seminara subscripsi.

† νικόλαος τι ἐπινομία τοῦ γρασσου, βασιλικὸς πούπλικος νοταριος χῶρας σεμιναριου, παρακληθεῖς παρα τῶν προγραφεντων σίγνογράφων τὴν παροῦσαν πράσιν ἔγραψα καὶ ὑπέγραψα, μῆνι, ινδικτιώνι, καὶ ετει τοῖς προγραφησι.

Martyrum, quae supra, testor et confirmo.

† Nicolaus cognominatus de Grasso regius publicus notarius civitatis Seminarae, rogatus a suprascriptis, qui crucis signum effinxerunt, praesentem venditionem scripsi et subscripsi mense, indictione et anno supradictis.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 138.)

CCXCI.

1239 — Mense Septembri — Indict. XIII — Seminarae.

Frater Nicolaus et Rogerius Chandacari donant monasterio S. Stephani Eremitarum de Nemore domum et hortum, quorum mentio est in proxime superiori membrana.

† σιγνον χειρὸς νικολαου χανδακαρι † σίγνον χειρος ρωγερίου χανδακάρι ἀδελφοῦ αυτου.

† Ἐν ονόματι τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἀεὶ σωτήρος ἡμῶν ιησοῦ χριστοῦ ἀμὴν. σεπτεμβρίω μηνὶ ἰνδικτιωνι ιγ', τοῦ ἔτους ϛψμη', ἀπὸ δὲ τῆς ἐνανθρωπίσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν ιησοῦ χριστοῦ, ἔτους ,ασμ', βασιλεύοντος τοῦ κυρίου ἡμῶν φρηδερίγου θεῶ χάριτι ῥωμαίων βασιλεως αεὶ αὐγούστου, ἱερουσαλὴμ καὶ σικελίας ρηγός. ἡμεῖς οἱ ἄμφω αὐτάδελφοι, ὅτε νικόλαος χανδακάρις καὶ ρωγέριος, οἱ ἀνωτέρως ὑ προγραφέντες δια τοῦ οἰκίου ἡμῶν σίγνου τοῦ σταυροῦ καὶ γραμμάτων, ὁμολογοῦμεν δια τοῦ παρόντος ἐγγράφου, ὡς ὅτι τὸν ἡμέτερον οἶκον καὶ κύπον σὺν τῶν εἰμεροδενδρίων ὅπερ ἔχωμεν εἰς χῶραν σεμιναρίου, καὶ αυτὰ ἀγοράν ἐκ τὸν ἰωάννην βηβιάνον, καθὰ συνίσταται και περιόρύζεται, ἀπὸ μὲν ανατολῆς ἡ ὁδὸς η εισοδοέξοδος χῶρας σημιναρίου, δύσεως δὲ καὶ μεσυμβρίας χωραφιον τοῦ πολέμι, ἄκτρου χωράφιον τοῦ αὐτοῦ πολέμι καὶ τὰ ὀσπήτια τῶν παίδων βηβιάνου τοῦ πέτρου καὶ λέωντος, καὶ συγκλύει. τούτο τοῖνυν τὸν ἡμέτερον οἶκον καθότι καὶ περιόρυσται ἀνωτέρως ἅμα συν τοῦ ἐκεῖσε κύπου καὶ εἰμερωδενδρίων, ἰδιώβούλως ἡμῶν καλωθελῶς, διδῶμεν και ἀφιέρῶμεν αὐτὰ μετα παντὸς δικαιδματος αυτοῦ καὶ πᾶσης συνεισφορὰς, πρὸς τὴν ἁγίαν μονὴν τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος στεφάνου τοῦ ὄρους τὴν ἐπὶκαλουμένην κατὰ γρέκους τῶν ερεμίτων, τοῦ ἔχην αὐτὰ ἡ αὐτῆ ἁγία μονῆ αἷς ἀεὶ ὑπερ λύτρου καὶ ἀφέσεως ἡμετέρων ἁμαρτιῶν καὶ τῶν ἡμετέρων γεννητόρων, σωζομένου τούτου ἵνα ὀφίλει τέλλειν, ἡ αὐτῆ ἁγία

† Signum manus Nicolai Chandacari. † Signum manus Rogerii Chandacari fratris ipsius.

† In nomine Domini et Dei semper Salvatoris nostri Iesu Christi. Amen. Mense septembri, indictione XIII, anno 6748, et ab incarnatione domini nostri Iesu Christi anno 1240; regnante domino nostro Friderico, Dei gratia, Romanorum imperatore semper augusto, Hierusalem et Siciliae rege. Nos ambo fratres germani, Nicolaus et Rogerius Chandacari, qui nostrum proprium crucis signum et nomina superius exaravimus, declaramus praesenti chartula domum et viridiarium cum arboribus fructiferis possidere in civitate Seminarae extantia, quae emimus a Ioanne Bibiano ita circumscripta, id est, ad orientem a via ingressus et egressus civitatis Seminarae; ad occidentem et meridiem a praedio Polemi; ad septentrionem a praedio eiusdem Polemi et domibus filiorum Bibiani Petri et Leonis, et clauduntur. Hanc inquam nostram domum, uti supra circumscripta est, cum viridiario inibi posito et arboribus fructiferis, nostro consilio et bona voluntate donamus et offerimus cum omnibus eius iuribus omnique reditu sancto monasterio sancti Protomartyris Stephani de Nemore, vocato apud Graecos Eremitarum, ut ea in perpetuum habeat ipsum sanctum monasterium pro redemptione et remissione peccatorum nostrorum, nostrorumque parentum, hoc pacto, ut memoratum sanctum monasterium solvere debeat ecclesiae Quadraginta Sanctorum Martyrum, positae

μονῆ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τῶν αγίων σαρακωντα μαρτύρων τὴν ἐν τὴ χώρα σεμιναρίου ενὶ ἑκάστω χρόνω ἐν τῆ πανυγύρει ἁγίου ἡλιοῦ τοῦ σπήλητότου κόκκους πέντε καὶ πλέον οὐδὲν κατα τὴν δίλωσιν τοῦ ἀγοραίου ἡμῶν χαρτίου, διοῦ καὶ διδῶμεν τὰ νῦν τῆ αὐτῆ αγία μονῆ τοῦ αγίου στεφάνου τοῦ αὐτοῦ οἴκου καὶ κύπου, καὶ εἰμεροδενδρίων πᾶσαν δεσποτίαν καὶ κυριότητα διἀφέρουσαν ἡμὶν ἐν τοῖς αὐτοῖς πραγμασιν, και πληρεστάτην ἐμφώρεσιν, τῶ μηδέποτε καιρῶ ἢ χρόνω ταύτην τὴν παρ ημῶν καλοθελῶς γεναμένην ἀφιέρωσιν μετατρέψαι βουληθῶμεν οὐ παρ ημῶν ἢ παρα τῶν ἡμετέρων ἰδίων ἢ κληρονόμων, ἀλλ' ἢ καὶ φοραθῆ τίς ἐκ τοῦ καθ ημῶν μέρους ἢ ἴδιος ἢ κληρονόμος, ὡς βουλόμενος τούτο μετατρέψαι, οὐ μόνον ἵνα μὴ εἰσἀκούεται, ἀλλ' ἵνα ἔσεται ζημιοῦμενος ποινῆ εἰς τὴν βασιλικὴν κόρτην αὐγουστάλια κ', οὐ μόνον τούτο, ἀλλὰ μάλλον σχύει τὸ ἀναθεμα τῶ δωθῆν παρα τῶν αγίων τιη' αγίων θεόφόρων πατέρων, καὶ πᾶσας ἀρὰς γενήσεται μέτοχος. διοῦ καὶ τὸ παρὸν ἀφιέρωτικον ἔγγραφον ἐποίῆσαμεν πρὸς την αὐτὴν ἁγίαν μονῆν, καὶ εἰς τὸν ἐνεστῶτα νῦν καθηγούμενον τῆς αὐτῆς ἁγίας μονῆς, κυρον ἀνδρέαν καὶ εἰς τὴν ἐν χριστῶ αὐτοῦ ἀδελφότητα, γεγραμμένον παρα τοῦ νοταρίου νικολάου πούπλικου χῶρας σεμιναρίου, καὶ μεμαρτυρημένον παρα τῶν κριτῶν χῶρας τῆς αὐτῆς καὶ ἑτέρων καλῶν ἀνθρώπων, οἵτιναις ρητῶς κατωτερως διὰ παρακλήσεως ἡμετέρας ὁ καθεῖς αυτῶν ὑπεγράψαντο, καὶ ἐπεδώκαμεν αυτὸν πρὸς την αὐτὴν αγιαν μονῆν τοῦ αγιου πρώτομάρτυρος στεφάνου, μηνι, ἰνδικτιώνι καὶ ἔτει τοῖς προγραφῆσι.

† Ego Stephanus Iudex Seminare testis.

† ιωαννης του κιρου χου κριτης σημιναριου μαρτυρ.

† γουλιέλμος ευτελης νοτάριος οὐ τὶ επινομία τοῦ αλῆμβέρτου μαρτυρῶ.

† κώστας καλοβρίτος μαρτυρ.

† εὐτελὴς λέον ἱερευς του αλημβέρτου μαρτυρ.

† ἀμμιρίκος μαρτυρ.

† ἐγῶ νικόλαος τῆ επινομία τοῦ γράσσου, βασιλικὸς πούπλικος νοταριος χῶρας σεμιναρίου τὴν παροῦσαν ἔγγραφον τῆς αφιερωσεως, ἔγραψα καὶ ὑπέγραψα.

† εις τᾶς ιᾳ' σεπτεμβριου ινδικτιῶνος ιγ', ἐλαβαμεν ἐμφώρεσιν λογω τῆς αγιας ημῶν μονῆς ἐκ τὸ προγραφὲν πρᾶγμαν εγῶ ὁ ἀδελφὸς στέφανος μοναχος

in civitate Seminarae, quotannis in festo sancti Eliae Speleotae, grana quinque, et nihil amplius, uti patet ex chartula nostrae emptionis. Quapropter amodo concedimus venerabili monasterio S. Stephani praedicta omnia cum iure et dominio in memoratam domum et viridiarium et arbores fructiferas, quae ad nos pertinent in his praediis, et plenissimam possessionem. Neque vero quacumque occasione vel tempore nobis liceat hanc donationem, quam sponte fecimus, subvertere neque nobis, neque nostris propinquis vel heredibus; sed si quis nostro nomine, sive propinquus sive heres, voluerit haec infringere, non modo ne exaudiatur, sed mulctetur regiae Curiae augustalibus viginti, et anathemate feriatur octo et decem tercentorum sanctorum divinorumque Patrum, et omnibus maledictionibus subiiciatur. Quare praesentem donationis chartulam fecimus memorato sancto monasterio et pro tempore ipsius praeposito domino Andreae, et eiusdem in Christo fratribus, scriptam a Nicolao notario publico civitatis Seminarae, et testimoniis roboratam iudicum eiusdem civitatis, aliorumque honestorum hominum, qui singuli expresse rogatu nostro inferius se subscripserunt, et eam tradidimus ipsi venerabili monasterio sancti Protomartyris Stephani mense, indictione et anno suprascriptis.

† Ioannes domini Hugonis filius iudex Seminarae testis.

† Gulielmus humilis notarius cognominatus de Alimberto testis.

† Consta Calobritus testis.

† Leo de Alimberto humilis presbyter testis.

† Ammiricus testis.

† Ego Nicolaus cognominatus de Grasso regius publicus notarius civitatis Seminarae praesentem chartulam donationis scripsi et subscripsi.

† Die 17 mensis septembris, indictione XIII, ego frater Stephanus monachus venerabilis monasterii S. Stephani accepi possessionem supradi-

τῆς αγιας μονῆς αγιου στεφάνου, προβλεψει, κυρου ιωαννου κυρου χου κριτου σεμιναριου, καὶ κυρου στεφανου κριτου της αὐτῆς χῶρας, κυρου κωνστα καλοβριτου, μαίστορος ἀμιρίγου, πετρου νορετοῦ, καὶ νοταριου νικολάου πούπλικου σεμιναρίου, διακονου ἱλάριος, τὴν πίαν ἐμφωρεσιν ἔδωσεν ἡμὶν ὁ κυρος ρωγεριος χανδακαρις εκ μέρος αὐτοῦ καὶ τοῦ αδελφου αὐτοῦ κυρου νικολαου χανδακάρι.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 139.)

ctorum bonorum, nomine nostri sancti monasterii, praesentibus domino Ioanne domini Hugonis filio iudice Seminarae, et domino Stephano iudice ipsius civitatis, domino Consta Calobrito, magistro Ammirico, Petro Noreto, et Nicolao publico notario Seminarae, diacono Hilario; quam possessionem nobis dedit dominus Rogerius Chandacari nomine et parte sui ipsius et fratris domini Nicolai Chandacari.

CCXCII.

1242 — Mense Septembri — Indict. I — Scyllacii.

Gratia praepositus monasterii SS. Deiparae Scyllacensis in permutationem accipit a Gerasimo praeposito monasterii S. Gregorii Thaumaturgi praedium positum in agro Stalacti loco dicto Cropani, eique tradit aliud praedium situm in agro Mentauri, loco nuncupato de Franco.

† Σηγνον χειρὸς χαριτος ἱερομονάζοντος. καὶ καθηγουμένου μονῆς τῆς ὑπεράγίας θεοτοκου πολεως σκκυλλακος. † Σήγνον χειρὸς αθανασιου μοναχοῦ τῆς αυτῆς μονῆς. † Σήγνον χειρὸς ἰωάννηκιου μοναχοῦ τῆς αὐτῆς μονῆς.

ημῆς υ προγραφέντες οι τα σῖγνα του τιμιου καὶ ζωοποιου σταυρου. ειδίαις ημῶν χερσὶν. εν τωδε νόμω χαράξαντες τὴ ημετέρα βουλη καὶ θελήσυ αναλαμβαννὅμεθα πάντας τοὺς ημετέρους αδελφους τοὺς εν τῆ ημετερα μονὶ τόσον τοὺς οντας τόσον τοὺς μέλλοντας εἶνε εν αυτη προτεύειν καὶ κηνοβίαν καὶ απλως υπὶν εις παντα ἄνθρωπον αχὴν καὶ εξουσιαν. δι οις ομολογουμεν δια του παροντος πουπληκου εγγραφου. αλλαγὴν επιῆσαμεν. μετα τοῦ κυρου γερασίμου. ιερομονάζον καὶ καθιγουμενον μονης αγιου γρηγοριου του θαυματούργου καὶ κυνοβιου τῆς αυτῆς. οτι ελαβαμεν αφ υμων. λόγω της ιριμένης ημετερας μονῆς τυνα χωράφιον εν ω υπηρχε τῆς μονης αγιου γρηγοριου το οντα χωράφιον εις τὴν τοποθεσιαν σταλακτης εις τοπον λεγόμενον κροπαννν. οπερ συνοριται τω αυτον χωραφιον τετραχῶς. κατα τὴν διλωσιν του εγγραφου. ην πρὸς τὴν ημετεραν μονὴν επιήσατο. καὶ επέδωκατο ομιως εδωσατο ημὶν δῦο δενδρα ελέας τα οντα εις τιν τοποθεσιαν κομης μενταβρίου. τω εν δενδρὸν ηχαμεν. ψυχικως εκ του κολοφόσση. καὶ τὴν ετεραν εκ του λαμπακου. αντ αυτων δὲ ημὶς εδώσαμεν πρὸς σας λόγω τῆς μονης αγιου γρηγορίου τυνα

† Signum manus Gratiae monachi et praepositi monasterii sanctissimae Deiparae civitatis Scyllacii. † Signum manus Athanasii monachi ipsius monasterii. † Signum manus Ioannicii monachi ipsius monasterii.

Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivificae crucis propriis nostris manibus in hoc instrumento exaravimus, nostro consilio et voluntate, nomine quoque omnium fratrum nostrorum in nostro monasterio degentium, tam praesentium, quam futurorum praepositorum ac coenobitarum, et uno verbo cuiuscumque hominis, magistratus ac officialis, declaramus praesenti publica scriptura permutationem facere cum domino Gerasimo monacho et praeposito monasterii sancti Gregorii Thaumaturgi ipsoque coenobio, quia a vobis accepimus, nomine memorati nostri monasterii, quoddam praedium pertinens ad monasterium sancti Gregorii, quod extat in tenimento Stalacti, in loco dicto Cropani. Ex quatuor vero lateribus dictum praedium circumscribitur, uti chartula ostendit, quae nostro monasterio condita et tradita fuit. Item et datae nobis fuerunt duae arbores oleae, quae sunt in tenimento pagi Mentauri, quarum unam habuimus pro spirituali salute a Colofossa, et alteram a Lampaco. Nos autem pro his dedimus vobis, nomine monasterii sancti Gregorii, quoddam praedium nostri monasterii sanctae Deipa-

χωραφιον της ημετερας μονης αγιας θεοτοκου το ὀντα χωραφιον ης τιν τοποθεσιαν κομης μενταβριου εις τόπον λεγομενον του φράγκου συν τὼν εκύσε δενδρων. ημερων τε καὶ αγρικων. σινόρίται το αυτον χωραφιον ούτως εξ ανατολης χωραφιον των παῖδων νικολαου γούνναρη δύσεως χωραφιον νικολαου κλήμη. καὶ πετρου γερακάρη. ἀκτρου χωραφιον των παιδων νικολαου γούνναρη. μεσημβριας του νικολαου κλημῆ. καὶ οποτα μεν του φραγκου. και συνκλῆ. ταυτο πρ διλωθεντα χοραφιον συν τῶν δένδρων οσὸν καὶ εστιν. μετα παντων αυτοὺ δικαιοματον. εστερξαμεν σὰς εχην αυτο. ι ρηθησα μωνη αγιου γρηγορίου αλλαγὶν ος ἐφημεν. εχην πληρεστάτην αδιαν. τοσὸν· υμὶς τόσον. η εν αυτη μελλοντα προτεύειν καὶ κυνοβιαν πιηι εξ αυτου του χωραφιου καὶ δενδρων εις επικέρδιον της μονης ει τὴ καὶ βουληθήτω αἰς ἀεῖ. μη κοληομενη η εμποδιζωμενη παρά τινος. καὶ η μεν ποτε κερο φανι τῖς ενοχλὸν σας εξ αυτων. ἵνα στικομεν εκδικάν σὰς αυτα εκ παντος εναντιουμένου προσόπου. ει δε ου δηεκδικυσαμεν σας αυτᾶ. ος βουλομενη μετατρεύσε την παρ ημων καλοθελως γυνομεντν. αλλαγὴν μη εισακουάμεθα μητε παρα του θιου νομου βοιθειαν σχώμεν. ου μόνον τούτω. αλλ υπερ παραβάσεως του τιμιου σταυρου ζημιουστο. ημετερα μονη. εν τω βασιλικω φύσκω αγουσταλια ηκωσυ. καὶ πρὸς τὴν μονὴν αγιου γρηγοριου. το αξιουμενον του πραγματος επι του διπλουν· καὶ ιθ ουτω στεργνν. καὶ εμμενειν υ παρούσα στερξις τῆς αλλαγῆς πρὸς τὴν αγίαν μονὴν στεραια βαυαία. καὶ απαρασαλευτος αχρη τερμάτων αιώνων εν παρουσια μαρτυρων.

† Ego Nicolaus de Cusentia Iudex Squillacii testor. † Nicolaos Sasuni iudex squillacii testor. † Ego rao adrano iudex squillacii testor. † ανδρεας υιός πρεσβυτερου βασιλειω ο τοῦ ταβερνίτου καὶ σκευόφιλαξ τῆς ἐπὶσκωπῆς ἀσύλων παρακληθε ; μαρτυρ υπεγραψα ηκεια χειρι. † ego Alexander de calatagro testor. † κωσταντινος· νοταριος ὁ του μορρου υπεγραψα. † ego rogerius de contomolini testor. † ἐγο σέργιος μακρὴς παρακληθεις μαρτυρ υπεγραψα.

† εγράφη υπεγράφη καὶ εκυρώθη το παρὸν ἔγραφον χειρὶ καμου περεγρίου σαμωνὰ πουπληκου νοταρίου χωρας σκύλλακος μηνὶ σεπτεμβριω ινδικτιωνι α' ἐτοῦς ϛψνα'.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 140.)

rae, quod extat in tenimento pagi Mentauri, loco dicto de Franco, cum arboribus fructiferis et agrestibus inibi positis. Hi vero sunt fines huiusmodi praedii: ad orientem praedium filiorum Nicolai Gunnari; ad occidentem praedium Nicolai Clemi et Petri Geracari ; ad septentrionem praedium filiorum Nicolai Gunnari ; ad meridiem (*praedium*) Nicolai Clemi , et olim Franci , et clauditur. Dictum praedium cum arboribus quantum est et cum omnibus ipsius iuribus voluimus ut habeat memoratum monasterium sancti Gregorii permutationis loco , uti dictum est , et ut tum vos , tum futuri praepositi et monachi facultatem habeatis faciendi de ipso praedio et arboribus quidquid volueritis pro utilitate monasterii in perpetuum , neque impedimentum vel molestia vobis a quovis afferatur. Si vero quocumque tempore quis molestiam vobis intulerit quoad dictum praedium, nos tuebimur vobis ipsum a quacumque contraria persona. Quod nisi id praestiterimus, sed voluerimus subvertere hanc permutationem a nobis bona voluntate factam, ne exaudiamur, et nedum a divina lege subsidium habeamus , sed pro violatione honorabilis crucis mulctetur nostrum monasterium regio Fisco augustalibus viginti , et monasterio sancti Gregorii duplo pretio. Et nihilominus praesens permutatio facta sancto monasterio firma, valida, stabilis et inconcussa maneat usque ad finem seculorum. Coram testibus.

† Andreas filius presbyteri Basilii filii Taberniti et sacrista episcopii Asylorum rogatus testis subscripsi propria manu.

† Constantinus notarius de Morro subscripsi.

† Ego Sergius Macris rogatus testis subscripsi.

† Scripta , subscripta et roborata est praesens chartula manu mei Peregrini Samonae, publici notarii civitatis Scyllacii mense septembri , indictione I, anno 6751.

CCXCIII.

1243 — Mense Iunio — Indict. I — Scyllacii.

Conventio inita inter monasteria S. Gregorii Thaumaturgi et S. Stephani de Nemore Eremitarum, qua eadem monasteria inter se permutant nonnulla praedia in agris Scyllacensi et Mentaurensi posita.

† Εν ονόματι τοῦ κυριου ἀμῆν. ἔτους τοῦ παρατρέχοντος τῆς τοῦ κυρίου ὑμῶν σαρκώσεως χυλιοστῷ. διακοσιοστῷ. σαρακοστῷ τρίτω. μηνὶ ιουνίω τῆς ενισταμενης ινδικτιωνος α' εν τῷ ριθεντι κερῷ καὶ ινδικτιωνι. βασιλεύοντος τοῦ ευσεβοῦς καὶ αυτῶκρατορος ὑμῶν Φρεδερικοῦ βασιλέως. εις ανάμνισιν τῶν γυνομενων πραγμάτων υπᾶρχει ικονομιμένον προθεοριτικος ελευθερως. οτι τα γινόμενα ἔνδον τῶν τεθνεοτῶν μη παθὸν ζήμιον λυθαργησεως δια μακροτητα κερου διάδωχὴν εἰς αναμνισιν γραφὴν τα πια αναμνίσκοῦν τὰ παρεληληθότα καὶ τα ενεστώτα αναδίχνυν. οθεν ημῆς γεράσιμος ιερομονᾶζον καὶ τῷ θεῷ χαρητι. καθιγούμενος καὶ το κυνόβιον αγιου γρηγορίου του θαυματούργου. διὰ του παρόντος πουπληκου εγγραφου ομολογουμεν τόσὸν τῶν ενεστῶτων τοτον τῶν μιλλόντων εξὸν εστὶν ὅτι υ πρό ἡμῶν ἦχον δίκην συν τοῦ ποτι καθιγουμενου ἁγιου στεφάνου τοῦ ορους ἰγοῦν κυροῦ πέτρου καὶ κυνοβίου αυτοῦ. ενόπιον τῶν ευλαβεστατων επισκόπων του καταντζαριου καὶ του γινεκοκάστρου κριτῶν απεσταλμένων εκ τὴν αποστολυκὴν καθέδραν. επάνω τυνῶν δικαιωμάτων τυνῶν χωραφίων εις τὶν κράτεσιν σκυλλακος τα λεγόμενα τῶν αγραριων ἅτινα η οιμέτερα μόνὶ εδέσποτον ἰκια αυτῆς, πρινὴ δὲ αυτὴ δικὴ μετα σκευσεως περεώθη. κυνιθεντων κυνῶν αμφοτερῶν οιμων φύλων δια αγαθὸν τῆς ιρίνις εις τιαύτην καταθεσιν. καὶ εις αγαπητικὴν σύνεσιν ηοῦλθασιν ὅτι κατετοῦσιον να εδίδεν το ημέτερον μοναστίριον αγιου γρηγοριου πρὸς τὴν μονὴν αγιου στέφανου τοῦ ὅρους. σιταρίν ρούβες επτὰ καὶ κριθήρου ρούβες ἑπτὰ. καὶ διατὴ εν-τὴ αποφλύσι του ριθέντος καρποῦ. πλῆστας φῶρὰς συνέτρεχεν αμφιβόλως μέσων τῶν μέρων. εν τιοὐτῇ καταθέσυ εσυνενέθημεν. οτι σὺ ὁ κυρὸς ἀνδραίας θεῷ χάρητι καθιγούμενος καὶ το κυνόβιον αγιου στεφάνου του ὅρους. εκ μέρους του ριθεντος μοναστιρίου σας αγιου στεφάνου. εἰς ονομα αλλαγὶς. απεταξᾶτε εωνιως. πρὸς ημὰς. καὶ τοὺ ονομασμένου ημετέρου μοναστιρίου αγιου γρηγοριου πᾶσαν αγωγὴν

† In nomine Domini. Amen. Decurrente anno Incarnationis Domini nostri millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mense iunio, praesenti indictione I; imperante in praefato anno et indictione pio nostro imperatore et rege Friderico. Ad memoriam rerum quae aguntur sapiens ac liberale consilium initum est, ne a maioribus gesta damnum oblivionis a temporis diuturnitate patiantur, ea litteris consignari, quae anteacta recordentur, et praesentia ante oculos ponant. Quapropter nos Gerasimus monachus, et Dei gratia praepositus, ac coenobium S. Gregorii Thaumaturgi, praesenti publico instrumento declaramus, quoad fieri potest, tum praesentibus, tum futuris, praecessores nostros litem habuisse cum olim praeposito S. Stephani de Nemore, id est domino Petro eiusque coenobio, coram potentissimis episcopis Catacii et Gynecocastri, iudicibus ex apostolica sede missis, de nonnullis iuribus quorumdam praediorum in pertinentiis Scyllacii, quae dicuntur de Agrariis, quaeque nostrum monasterium possedit utpote ad ipsum pertinentia. Prius vero quam huiusmodi lis disceptando proregoretur, cum utrimque nostri se amici interposuissent, pro bono pacis ad hanc deliberationem et benevolam conventionem deventum est, ut nostrum monasterium S. Gregogii quotannis solveret monasterio S. Stephani de Nemore frumenti rubos septem, et hordei tantundem. Et quoniam de pensitatione dictarum frugum saepenumero inter partes oborta fuit controversia, hac conventione statuimus, ut tu dominus Andreas, Dei gratia praepositus, et coenobium S. Stephani de Nemore, ex parte memorati monasterii S. Stephani, cedatis in perpetuum, permutationis nomine, nobis et memorato nostro monasterio S. Gregorii omnem actionem, quae olim pertinuit et in posterum omne tempus pertinebit ad te, tuumque monasterium; item cedatis nobis quodvis ius, domi-

τὴν πίαν ποτε εδιάφερινεν καὶ μέλλον διαφέρνυν πρὸς σὰς καὶ τοῦ μοναστιρίου σας εωνίως. ομιως αποτάξατε πρὸς ημὰς πάσαν σίστασιν δεσποτιαν. καὶ πασα δίκαιον τα πια λαγχάνοντα. καὶ δίνονται λάχην τοῦ αυτου μοναστιρίου αγιου στεφάνου. εκ τα χωραφια τῶν αγραριων αποταξαμενη δε· εις πασαν βοίθιαν διέριον καὶ δικαιεματων. τόσον κανονικων τόσον χρηματικων. κατα τὴν δήλωσιν του εγγράφου ὴν πρὸς ημὰς επιήσατε. εκ τα χωράφια του αγραρίου τα ὄντα χωραφια. εις τὴν τοποθεσιαν στάλακτης. τα ἅπερ συνορούνται καὶ περιορίζονται. κατα τὴν δίλωσιν τοῦ ἐγγράφου του γυνομενου εκς υμων πρὸς ημὰς. ονομαζονται δε τα αυτα χωράφια οὕτως. τα χωράφια του καμβου. το χωραφιον του σαμβατάκη. το χωραφιον τῆς κροπανῆς. το χωραφιον το λεγόμενον αγιου λουκα. καὶ το χωραφιον το ονομαζομενον εις τὴν σκάλαν. δια τὴν αὐτὴν ἱριμενὴν απόταξιν. ὴν επιήσατε εδωσαμεν. καὶ επαρεδώκαμεν υμὴς πρὸς υμὰς λόγου τοῦ ριθεντος μοναστιρίου αγιου στεφάνου του ὅρους. απο τῆς στάσεως του ημετέρου μοναστιρίου, τὴν οὖσαν στασιν. εν τοποθεσία κόμης μενταβριου το ἓν πετζὴν ις τόπον λεγόμενον του φράγκου τῷ πίὴν αλλαγὴν εσχήκαμεν. εκ τοὺς παιδας του απεχαμενου πρεσβυτερου λέοντος βαρβαράς το πλησίον τῆς οδοῦ. καὶ τοῦ ιωάννου γερακάρη τω ἕτερον πετζὴν. χωραφιου ης τοπον λεγόμενον αγριλλεάνον· πλήσιον του χωραφίου του σκεπίστοῦ. καὶ τοῦ λέου γοὔνναρη. ἕτερον πετζὴν χωράφιον εις τόπον λεγομενον του φραγκου. τῷ ἅπερ ηχαμεν αλλαγήν. εκ τὴν μονὴν τῆς θεοτοκού του παλεού σκυλλακός. συν τῶν εκὖσε δέδρων ημέρον τε καὶ αγριων. τω πλησίον τῶν χωραφιων. τῶν παίδων ιωάνου γαύνναρι. καὶ νικολάου κλίμη. ταυτὴν τὴν ριθεισαν στάσιν, ὁς ονόμαστε καθότι αὐτὴν πρὸς σὰς εστέρξαμεν. ἔχὴν το μοναστίριον αγιου στεφάνου τοῦ ὅρου ομιως εδώσαμεν πρὸς σὰς· καὶ τα ἔγγραφα τα ἅπερ εξ αυτης τῆς στάσεως ἡχαμεν. διδωμενης δε καὶ παρεδωμενης αφ ημων πρὸς σὰς. ι ριθησα στάσις. ἔχὴν σας πληρεστάτὴν ἀδιαν. ικονομίσετε. καὶ πιησετε εξ αυτῶν. ὁς εκς ικία πράγματα τῆς μωνης αγιου στεφάνου. ιιδὲν εναντιοννοντα. ουδεμιαν εναντίοσιν. εκς ημῶν. ητε εκ των ἵπιτα διαδωχων. ημετερων αλλ ηστάθα. εκδικᾶν σὰς αυτὰ εκ παντος ἐναντιουμένου προσόπου, διδωμεν δε ὑμὴς. εκ το μέρος του ριθέντος. ημετέρου μοναστιρίου. σύστασιν πᾶσαν. καὶ δεσποτίαν.

nium et auctoritatem, quae ad ipsum monasterium S. Stephani spectant et spectare possint de praediis Agrariorum, et quodvis subsidium renuncietis decisionum et sententiarum tam canonicarum, quam civilium, prout patet ex chartula quam nobis condidistis quoad praedia Agrarii, quae sita sunt in tenimento Stalacti, et ita circumscribuntur, ut eruitur ex chartula nobis per vos facta. Haec vero praedia ita vocantur: praedia Campi, praedium Sambataci, praedium Cropanae, praedium dictum Sancti Lucae, et praedium dictum ad Scalam. Pro memorata cessione, quam fecistis, nos dedimus et tradidimus vobis, nomine dicti monasterii S. Stephani de Nemore, nonnulla ex bonis nostri monasterii quae sita sunt in tenimento pagi Mentauri, quorum una petia extat in loco dicto de Franco, quam in permutationem accepimus a filiis demortui presbyteri Leonis Barbarae, prope viam et Ioannem Geracarim; altera terrae petia extat in loco dicto Agrilleano prope praedium Scepesti et Leonis Gunnari; alia terrae petia in loco dicto de Franco, quam in permutationem accepimus a monasterio Deiparae veteris Scyllacii, cum arboribus fructiferis et silvestribus inibi positis, prope praedia filiorum Ioannis Gunnari et Nicolai Climi. Quae quidem bona, uti superius nominantur, vobis firmiter tradidimus, ut ea habeat monasterium S. Stephani de Nemore. Item et dedimus vobis chartulas, quae de ipsis apud nos erant. Dedimus vero et tradidimus vobis huiusmodi bona eo quidem pacto, ut plenissimam potestatem habeatis ea administrandi, et ipsis utendi tamquam bonis propriis monasterii S. Stephani. Neque quis nostrum vel nostrorum successorum vobis adversari poterit; quin imo vobis defendere ac tueri eadem bona teneamur a quacumque contraria persona. Praeterea vobis cedimus, nomine dicti nostri monasterii, totam possessionem et dominium et quodcumque ius, quod monasterium S. Gregorii habeat et habere

καὶ πάσα δίκαιον. τα πια λαγχάνονται. καὶ δύνονται λαχῆν του μοναστιριου αγιου γρηγορίου εκ τα ρηθεντα χωραφια. ην πρὸς σὰς επεδώσαμεν. αποταξαμενοι εἰς πάσαν βοΐθιαν. καὶ διέριον. καὶ δικαιὶματων. τόσον κανονικῶν τοσὸν χρηματικων. ης υμας καὶ του μοναστιριου διαφέρνονται· καὶ δυνονται διαφέριν. εξ εναντίας της ριθησις αλλαγὶς. καὶ αποτάξεως αιωνίως. καὶ εὰν ημεῖς. ἦτε ει διαδωχοι. ἡμῶν εγγίσομεν. ελθὶναι εξ εναντιας τὴς ριθησις αλλαγὶς. καὶ αποταξεως αιωνίως. συνδεσμούμεν. ἴγοῦν οπληκευόμεθα. ημεῖς. καὶ το ημέτερον μοναστίριον. πρὸς σὰς. καὶ τοῦ μοναστιρίου αγίου στεφάνου. εις πυνην αγουσταλια πεντήκωντα. ΐ αλλαγι δὲ. καὶ ι αποτάξης εωνιως εν της αυτῆς δυνάμεως εμμένοντα στερεὰ. οθεν εις ασφάλιαν. καὶ στερρότιτα. του ριθέντος μοναστιρίου εωνιως χρυσιμεύοντα το παρὸν ασφαλιστικον ἐγγραφον γενέστω πεπιήκαμεν. χειρΐ. νοταρίου περεγρίνου σαμωνὰ πουπληκου νοταρίου χωρας σκυλλακος. παρουσία τῶν κριτῶν σκύλλακος ἴγοῦν του κυρου νικολαου σανσούνου. κυροῦ νικολάου τῆς κουσεντίας καὶ κυρου ραου αδριανου. εις πιους. ὁς ἡς ημῶν κριτῶν εσινστέρξαμεν καὶ ετέρων χρυσίμων ανδρῶν. επι τουτο· καὶ εις τούτο ιδικὼς φωνιθέντων. καὶ παρεκληθεντων. ὀχειρόμενον παρ εμου του ριθέντος γερασίμου καθιγουμενου. καὶ κυνοβιου ημετερου. καὶ ιρμενων κριτῶν καὶ μαρτυρων στερεωμενον.

† Ego Nicolaus de Cusencia Iudex Squillacii testor. † Nicolaos sasuni iudex squillacii testor. † Ego rao adriano iudex squillacii testor. † εγω βαρθολομαιος ιερομοναζὸν τα ανωτερα μαρτυρω καὶ στεργω. † εγω ανικος ειερομοναζον τα ανοτερα μαρτυρω και στεργω. † εγῶ λεὸντιος ιερομονάζον τα ανότερα στέργω καὶ μαρτυρῶ. † ἐγὼ θεοδουλος μοναχος τα ανοτερα μαρτυρῶ καὶ στεργω. † ἐγὼ πάνμφνουτος καὶ μῶναχὸς μαρτυρώ καὶ στέργω. † ἐγω σεργιος μακρίσης παρακληθεις μαρτυρ υπεγραψα. † εγω γερασιμος ἐιερομοναζον καὶ καθιγουμενος μωνοις του αγιου γρηγοριου τοῦ θαυματουργοὺ στεργω καὶ επικυρῶ.

† εγραφη υπεγράφη καὶ εκυρωθη το παρὸν ἔγγραφον χειρὶ καμοῦ περεγρίνου σαμωνὰ πουπληκοῦ νοταρίου χωρας σκύλλακος μηνὶ ινδικτιωνι καὶ ἔτους του προγραφέντος.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 141.)

possit in memoratis praediis, quae vobis tradidimus, in perpetuum renunciantes omne subsidium decisionum tam canonicarum quam civilium, quae ad nos et memoratum monasterium pertinent et pertinere possint pro dicta permutatione et perenni cessione. Quod si nos vel successores nostri tentaverimus adversari dictae permutationi et perpetuae cessioni, obstringamur semper et teneamur nos et nostrum monasterium solvere vobis et monasterio S. Stephani poenae nomine augustales quinquaginta; permutatio vero et cessio eadem vi munitae firmiter permaneant in omne aevum. Quamobrem ad securitatem et confirmationem ipsius monasterii praesentem securitatis chartulam ei semper profuturam condidimus manu notarii Peregrini Samonae publici notarii civitatis Scyllacii, coram Scyllacensibus iudicibus, idest domino Nicolao Sansuno, domino Nicolao de Cusentia, et domino Rhao Hadriano, quibuscum ut nostris iudicibus, et cum aliis probis hominibus, ad hoc et in hoc peculiariter vocatis et arcessitis, eam firmavimus, roboratam a dicto Gerasimo praeposito, et ab eius coenobio, et a dictis iudicibus ac testibus.

† Ego Bartholomaeus monachus quae supra testor et firmo. † Ego Anicius monachus quae supra testor et firmo. † Ego Leontius monachus quae supra firmo et testor. † Ego Theodulus monachus quae supra testor et firmo. † Ego Pafnutius monachus testor et firmo. † Ego Sergius Macrises vocatus testis subscripsi. † Ego Gerasimus monachus et praepositus monasterii S. Gregorii Thaumaturgi firmo et roboro.

† Scripta, subscripta et roborata est praesens chartula manu mei Peregrini Samonae publici notarii civitatis Scyllacii mense, indictione et anno supradictis.

CCXCIV.

1244 — Mense Maio — Indict. II. — Scyllacii.

Sententia lata a Gulielmo de Panormo Stratego Scyllacensi et Iudicibus de vinea posita in agro Stalacti, de qua Rogerius Ranus et Nicetas Papilliuni inter se contendebant.

† Οὐδενί γαρ τω θεώ εὐαπόδεκτον. ὃς επι δικαίο κρῖσίς. κατα γᾶρ τόν μαίον μήνα τῆς ινδικτιωνος β' τοῦ ετους ἐξ αρχῆς ϛψνβ'. βασιλέβοντος τοῦ ευσεβοῦς καὶ αυτοκράτορος ομῶν φρεδερικου βασιλέως στρατηγούντος κάμοῦ γουλιάλμου της πανόρμου. εν τη χώρα σκύλλακος καὶ δὴ καθεζομένου μου. εν τω συνιθεῖ κριτηρίω. μετά τινων χρυσίμων ανδρῶν. καὶ μετὰ τῶν ομοτων κριτῶν σκύλλακος λέγω δὴ κυροῦ νικολάου σανσούνου καὶ κυροῦ ράου αδριανου. αυτῶν καὶ τῶν κατοτερω υπογραφεντων. επι τούτου ἰδικός ιμφανιστέντων. ενώπιον ημῶν ελθόν ρογέριος ράνος. καὶ αγωγὴν κινίσας κατὰ τοῦ νικήτου παπυλλιαύνι ημεις δε ο ριθεὶς εξουσιαστής καὶ ιριμένοι κριταὶ. επιήσαμεν κυτον ελθειν. ενωπιον ημών. ακούσε τα κάτ αυτου εναγώμενα. παρησταμένων τῶν δυὸ μερῶν ενωπιον κριτηρίου. ο ρηθὴς ρογέριος ἤρξατο λέγην τὴν αγωγὴν ὁς κατοτέρω περιεχῆ. γνοῦς δὲ τὴν αυτὴν αγωγὴν ο ριθεις νικητας. ἔτησεν διορίαν τοῦ αποκριθήναι καὶ δηχθίνκι αυτοῦ τωτε αγωγὴ αμπέλου. εδωθη αυτου διορία ημερων οκτῶ. και εδηχθὴ αυτὼ παρὰ τοῦ ἄκτορος τω αμπέλιων. τῆς διωριας ελθούσις τα δηῶ μέρη ενώπιον κριτηρίου παρηστάμενα. ο ριθεις νικήτης απεκρίθη οὕτως. εκ τῶ αμπέλιον ην κατηγορημένος υπάρχει. εκδικητην εξ αυτοῦ ἔχω τόν εμόν πενθερόν κυρον νικολάον βουκιαν. οτι παρ' αυτοῦ ἔλαβα αυτον εις δῶτες λογω τῆς εμῆς συνβίου κυρας ιρίνης. καὶ αυτὸς ζῶσυφώνος ὑπάρχη. ετω αυτόν εκδικητὴν τοῦ αυτοῦ αμπελώνος. παλὴν εδωθη αυτοῦ ευχερία. καὶ αγαγῶν ενώπιον κριτηρίου. τόν ιριμένον αυτοῦ εκδικητὴν. εξετήσαμεν αυτον ημῖς εὰν εκδικητης υπάρχει τοῦ αυτου μαϊστορος νικήτα εκ τῶ αμπέλιον τῆς αγωγῆς. αυτος καθ' εαυτός ἔφη. εκδικητῖς αυτοῦ υπάρχω εκ τῶ αυτὸ αμπέλιον. ὁτι αυτοῦ αυτῶ εις δωτες ἔδωσα. τῶ μερός ρογεριου ἔφη. κατὰ τοῦ κρατοῦντος τω αμπελιον εναγῶ τη ουδὲν κατὰ τοῦ εκδικητού. ημῆς δὲ οι κριταὶ ηβουλήθημεν ἵνε ο εκδικητῆς. μετὰ τοῦ κατέχοντος τό πράγμα. παρῖνι εις

† Nihil quidem est Deo acceptius, quam iudicium iustitiae consentaneum. Mense maio, indictione II, anno ab orbe condito 6752, regnante pio nostro imperatore et rege Friderico. Cum ego Gulielmus de Panormo in civitate Scyllacii Strategi munere fungerer, et pro consueto tribunali sederem cum quibusdam probis viris et iuratis iudicibus Scyllacii, id est domino Nicolao Sansuno, et domino Rhao Hadriano, et iis qui infra subscripti sunt, et huic rei expresse interfuerunt, coram nobis venit Rogerius Ranus, et actionem intendit contra Nicetam Papilliuni. Nos autem dictus Magistratus et memorati Iudices, ut coram nobis se sisteret, mandavimus, ad audiendum quaenam in ipsum actio intentaretur. Cum autem utraque pars ad tribunal accessisset, dictus Rogerius adgressus est actionem exponere, ut infra continetur. Quam cum cognovisset dictus Nicetas, petiit terminum ut responderet, et sibi probaretur actio de vinea. Datus ipsi fuit terminus dierum octo, et probata ei fuit (*actio*) de vinea. Elapso autem termino, utraque pars se ad tribunal stitit, et dictus Nicetas ita respondit: Quoad vineam, de qua lis mihi intenditur, defensorem habeo socerum meum, dominum Nicolaum Buciam, eo quod ipsam ab eo pro dote accepi coniugis meae dominae Irenes; et cum viva sit adhuc eius vox, peto ut ipse mihi asserat eamdem vineam. Facta igitur fuit ei copia (*advocandi socerum*); et cum ad tribunal adduxisset dictum suum defensorem, nos illum interrogavimus, num defensor esset eiusdem magistri Nicetae quoad vineam, de qua agebatur. Ille autem seorsim dixit: Reapse illius defensor sum quoad ipsam vineam, quam ei pro dote constitui. Ex altera vero parte Rogerius inquit: Contra possessorem vineae actionem intendo, minime contra defensorem. Nos autem iudices deliberavimus, ut defensor et praedii possessor se sisterent ad tribunal, ac responderent, et ius omnino

κριτήριον αποκριθήναι. καὶ τα τοῦ δικαίου εκπληρῶσαι. αυτός δε ὁ κυρος νικόλαος. ὁς εκδικητῆς στέρξας τοῦτο. ουτός δε τὴν αγωγὴν εγγραφος επιδώσας το μέρος ρογερίου λέγων. ενίγη ρογέριος ρᾶνος εις τὶν βασιλικὴν κόρτην εξεναντίας κυροῦ νικολάου βουκία εκδικητοῦ νικήτα παπυλλιούνου γαμβροῦ αυτου. ὅτι ἑ προοῦ αυτου του ρογερίου νικόλαος σουρράκας· πρεκονάτωρας πάππος αυτου. καὶ δωμίνικος υιος αυτοῦ θίος τοῦ ἄκτωρος. υπῆρχοῦν πρεκονάτωρες σκύλλακος. εξ αυτῶν αυτός ο ρογέριος διάδωχός αυτὸν επιτὰ ἴνὲ καὶ πρεκονῖζον· αυτὸς ὁ νικήτας κρατεῖ τυνα αμπελον. κατοτέρως συνοριασμένον ὁς ονομάζη εξ αυτῶν. ρογέριου δικαιομάτων πρεκονίων διαφέρνὶ. ὅτι ε ηριμένη προου αυτοῦ δικαιόματα πρεκονίου βέλκάσυ. κρατόντα καὶ εχόντα. οθὲν ετὴ αυτού τω ἴρμένον κριθείναι αμπέλιον καὶ μετα επικαρπιῶν καὶ παντος πράγματος. τω αμπελιον υπάρχει εν τη τωποθεσία σπαλάκτης· οπερ ονομάζεται νικόλαος σουρράκα. τα σίνορα αυτοῦ εισὶν ταυτά. πλήσιον αμπελου λεου βουκία καὶ αμπέλου το κρατοίμενον παρὰ του ρεναλδου σκαγκέρου. καὶ αμπέλου νικολάου τῆς αναστάσιας. τῶ μέρος κυροῦ νικολάου βουκια εκδικητού. καὶ νικήτου παπυλλιούνου. απεκρίθη οὕτως. ομολόγησαν κρατὶν καὶ δεσπόζην τῶ αμπέλιον τῆς αγωγῆς. καὶ τα ληπὰ προτυθέμενα. του λημβέλλου αρνίθησαν σοζομενης της αισεψιωνας καὶ παραγραφῆς αυτοῦ. εδωθην τρηλοκητωρία. καταστήναι ο ρογέριος τὴν ἄρνισιν του ρέου. αὕτος δὲ στέρξας καταστῆναι μετὰ εγγράφων καὶ μαρτύρων. εσὼ δε δυὸ ἡμερῶν επεδωσεν ημὴν μάρτυρας τοὺς κατοτέρους υπογραμμένους. ομίως καὶ τὸ μέρος τοῦ ρέου επέδωσεν απψετζιῶναν. καὶ παραγραφὴν λέγον. ὁτι το αυτὸν αμπελιον εν ικία δεσποτια δεσπόσας αυτῶ αιοχλήτως εν προσόπω. καὶ παροψία. των προοῦ τοῦ ακτορος καὶ αυτοῦ. επαρήλθον ενιαυτη τριάκωντα. καὶ πλέον καὶ εαν τὴ δικαιον κατα τοῦ αυτοῦ αμπελου ὁ ἄκτώρ ἤχεν η ἕχη εκ τοὺς προου αυτοῦ· ειτε αυτοῦ. δια τὴν μακρότητα τοῦ κεροῦ τῆς παραγραφῆς επαρεγράφη. καὶ μάρτυρας επέδωσεν καταστήναι τὴν αυτην αισετζίωναν καὶ παραγραφὴν. τοὺς κατοτέρους δηλουμένους. το μερός του ἄκτορος επέδωσε τοὺς αυτου μάρτυρας ενομου καὶ ἅπαξ. τον τε βασίλειον κουκωτζὴν. λεον καννάτον. γέροντα λεόν πυληλὴν. καὶ γέροντα νικόλαον ἰουδὰ ετινὲς ενωπιῶν τῶν δυὸ μερῶν ορκῶ ομόσασιν. εἰς καὶ εἰς. καὶ εξ ημῶν

demonstrarent, ipse vero dominus Nicolaus, uti defensor, haec confirmaret. Hic autem actionem protulit ex parte Rogerii in haec verba scriptam: Rogerius Ranus apud regiam curiam litem instituit adversus dominum Nicolaum Buciam defensorem Nicetae Papilliuni generi eius, quod ante ipsum Rogerium Nicolaus Surracas praeco avus ipsius, et Dominicus eius filius, patruus actoris, fuerunt praecones Scyllacii, quorum ipse Rogerius est successor, et etiam praeconis officio fungitur, ipse Niceta possidet quamdam vineam inferius descriptam, quam ex Rogerii instrumentis eruitur ad praecones pertinere; nam ex praedictis titulis elicitur praeconem Belcasum eorumdem possessorum praecessorem in sua potestate habuisse. Quapropter petit (*Rogerius*) adiudicari sibi dictam vineam una cum omnibus fructibus et pertinentiis. Vinea autem extat in agro Stalacti, ubi dicitur Nicolaus Surraca, et fines sunt hi: prope vineam Leonis Buciae, et vineam quam possidet Renaldus Scangerus, et vineam Nicolai de Anastasia. Ex parte autem domini Nicolai Buciae defensoris, et Nicetae Papilliuni, ita responsum fuit: Fatemur habere et possidere vineam, de qua controversia est, et reliqua proposita in libello reiicimus, nobis reservantes praescriptionis exceptionem. Data fuit Rogerio comperendinatio ad refellenda quae reus asserebat, et ad petitionem suam probandam scripturis et testibus. Intra biduum exhibuit nobis testes inferius subscriptos. Item ex parte rei proposita fuit praescriptionis exceptio, quod memoratam vineam pacifice et personaliter in suo dominio habuit, et ob negligentiam tum actoris, tum eius praecessorum decurrerant anni triginta et amplius: et si quid iuris in eamdem vineam actor habuerit, vel habeat ex praecessoribus suis, vel ex semetipso, propter temporis diuturnitatem praescriptione amisit; et ad dictam praescriptionis exceptionem confirmandam testes produxit inferius denotandos. Actor ex sua parte suos attulit testes simul et semel, Basilium Cucotzam, Leonem Cannatum, senem Leonem Pililin, et senem Nicolaum Iudam, qui singuli coram utraque parte iusiurandum dixerunt, et a nobis iudicibus de re interrogati fuerunt, ad declarandam controversiam; et

τῶν κριτῶν ἐξετάστησαν περὶ τοῦ πράγματος. κατὰ τὴν διλωσίν τῆς αγωγής. καὶ κανης ἐξ αυτῶν τῶν μαρτυρῶν· ουκ ἔφη. ὅτι τὸ αμπελιον τῆς αγωγῆς εγύνοσκεν το υπήρχεν. νικολάου σούρρακα πάππου τον αυτοῦ ρογερίου. οὔτε τοῦ θίου αυτοῦ δομινίκου. οὔτε τη ηχασιν αυτῷ δικαιόματι τοῦ πρεκονίου. ουτε ετέρω τυνι δικαιόματι. οὔτε αυτὸν τὸν ρογέριον. ἵνε διαδωχὸν αυτον ος εν τω λημβελλω διλὴ. τω μέρος δὲ τὸ ρέου εδωσε μάρτυρας· τὸν γέροντα ανδρέαν μανδδιλὰν. γέροντα νικόλαον ηράκλην. γέροντα ανδρέαν καρτουλάριν. καὶ ετερους τινὰς. ἥτινες μετ ορκου ομώσαν. ενωπιον τῶν δυο μερῶν. καὶ παρ' ημῶν τῶν κριτῶν εξετάστησαν. εἰς. καὶ εἰς πάντες ἰσυνενέσατιν εν τοῖς ρήματιν. υπὸν οὕτως. οτὶ τὸ ἄμπελιον τῆς αγωγής δεσπόμενον καὶ κρατούμενον υπήρχε. καὶ υπάρχει. εν ικία κυριῶτιτι. καὶ δεσποτία τοῦ αυτοῦ κυροῦ νικολάου βούκια. καὶ πάλιν τοῦ αυτοῦ νικήτα. αιοχλήτος. καὶ ανεμποδίστος. εν προσώπω τῶν πρόου του ἄκτορος. καὶ αυτοῦ. επαρήλθον ενιαὐτὴ τριάκωντα. καὶ πλέον. εξεταςμενι περὶ πράγματος γνοσιως. εἰς καὶ εἰς. ἔφησαν ἰγύνοσκον τοῦτο ος πλήσιον γύτοιες. επὶ τοὺτο τα μέρη εδιωρίθησαν απλοθήναι ενώπιον αυτῶν τα ρήματα τῶν μαρτυρων. εν τῇ διωρία ενώπιον τοῦ κριτοὺ τα δυὸ μέρη παρησταμένη. εξεταστισαν παρ' ημῶν τῶν κριτῶν. εαν τα δικαιόματα μαρτύρων ητε ἔγγραφα εχοῦν επιδουναι. αυτη επεκρίθησαν. ουκ ἔχομεν πλέον. τη. μαρτυρίαν επιδουναι. μαλλὸν ο ρογεριος ἄκτορας. απεταξατο οτι κανὶν ἐγγραφον δικαίομα του αυτου αμπέλωνος ουκ ἔχη. οὔτε αυτου οὔτε τὸν προου αυτοῦ. ουτως δε αποταξαμένων των μερῶν. τα ρήματα των μαρτυρων απλόθησαν· καὶ τὰ μέρη ενώπιον κριτηρίου ετίσασιν ευχερίαν. ηπὶν κατὰ των ριμάτων τῶν μαρτύρων. εδώθησαν δὲ αυτων. καὶ ἔφησαν κατὰ τῶν ριμάτων ητη η βουλήθησαν. πάλιν αποταξαμένων τῶν μερῶν εἰς ἅπαν δίκαιον τῶν προτιθεμένων απ αυτῶν καὶ μετα τὴ αποτάξη ετίσασιν τὴν σκεύσιν. ημὴς δε οἱ κριταὶ ἔχοντα· βουλὴν ιρινικὴν μετα τιιον νομικων καὶ χρυσιμων ανδρῶν. καὶ τῶν κατοτερών υπογραφέντων. κατὰ της αγωγης απολογίας. ριμάτων τῶν μαρτύρων αλληγοριῶν. παντὸς δικαίματος τῶν υπόντων καὶ αποταξεων. επατη δικαιόματη τα μέρη. διότις ο ρογεριος ἄκτωρας. τὸ ουδὲν εκατάστησαν εκ τα προτιθέμενα αυτοῦ. καὶ το μέρος τω ρεον εκατάστηταν. ος ανοτέρω διλεὶ· τὴν παραγραφὴν των

nemo ex ipsis testibus ait sibi compertum esse vineam controversam fuisse Nicolai Surracae avi eiusdem Rogerii, vel patrui eius Dominici, aut habuisse ex titulo praeconis, aut quovis alio, vel ipsum Rogerium praedictis maioribus successisse, uti scriptum est in libello. Reus vero ex parte sua testes protulit senem Andream Mandilam, senem Nicolaum Herculem, senem Andream Chartularim, et quosdam alios, qui iusiurandum dixerunt coram utraque parte, et a nobis iudicibus singuli interrogati fuerunt, et omnes concordes dixerunt, vineam controversam suo iure et potestate habuisse et possedisse ipsum dominum Nicolaum Buciam, et postea ipsum Nicetam, libere, sine impedimento et personaliter, et iam inde ab actore et eius maioribus elapsi fuerant triginta anni et amplius. Interrogati autem quid de (*controverso*) praedio cognitum haberent, singuli responderunt se vineam nosse, utpote qui ei propinqui essent. Tum partibus datum fuit tempus, quo inter se de testium verbis dissererent. Constituto tempore, utraque pars cum ad tribunal accessisset, a nobis iudicibus interrogata fuit, num alia instrumenta, testes vel scripturas haberet quas produceret; responderunt: Nihil amplius habemus quod testimoniis addamus. Magis vero Rogerius actor negavit se aliam scripturam vel suam, vel maiorum suorum de eadem vinea habere. Cum autem ita partes respondissent, testium verba declarata fuerunt, ipsaeque partes petierunt ut sibi copia fieret dicendi apud tribunal de testium verbis; qua eis data, quidquid voluerunt adversus testium depositiones dixerunt. Deinde cum partes renunciassent cuilibet iuri quoad ab iis exposita, post huiusmodi renunciationem petierunt ut sententia ferretur. Nos autem iudices pacificum consilium ineuntes cum quibusdam legisperitis et probis viris, et cum inferius subscriptis de actione, defensione, testium depositionibus, allegoriis cuiusvis chartulae, partium verbis, et earum renunciationibus quoad exhibitionem aliarum scripturarum; quoniam Rogerius actor nihil aliud protulit praeter ea quae proposuerat, et reus ex parte sua produxit, ut supra patet, praescriptionem an-

τριάκωντα ετῶν καὶ πλέον μετὰ αποφαντικὴς σκεύσεως. κατακρένοντες τὸν ἄκτωρα. εν τὴ ἰριμενη ετῖσυ καὶ προτεθέσυ του αυτοῦ λημβέλλου. εκρίναμεν τω ἰριμενον ἀμπελιον τῆς αγωγῆς του ριθέντος νικητα παπιλλιοῦνη. καὶ τῶν κληρονομων αυτου. τα δυσὶν μέρη τὴν σκευσὶν ακαίσαντα. καὶ μηδὲν εν αυτη εκληρτεύοντα. ο ριθεις νικήτας πάπιλλιουνος δεσπότης του πράγματος. ετισεν ημὴν εχὴν δικαῖομα ἔγγραφον τῆς τιαυτὴς δίκης ημὴς δὲ ο ριθεὶς εξουσιαστής καὶ ιριμένη κριταὶ. εις σιοπὴν συγὴν καὶ πρόκρημενα ρογέρίου ράνου ακτορος. τῶν κληρονόμων αυτου καὶ διαδύχων. επιησαμεν γενέστε τὸ παρὸν δικαῖομα ἔγγραφον. του νικήτα παπυλλιούνη. δεσπότου του πράγματος. των κληρονόμων αυτοῦ καὶ διαδωχῶν. εις στερρὰν αυτοι ερχαμενην εωνίαν ανάμνισιν καὶ αποδούναι. καθότι παρ ημῶν εκρίθη. επιήσαμεν δε αυτῶ γραφηναι χειρὶ νοταρίου περεγρινου σαμονα πουπλικου νοταρίου σκύλλακος. εστερεώθη δὲ παρ ημῶν. καὶ υπεγράφη. καὶ προς σὲ τον ιριμένον νικήταν παπυλλιούνιν. επέδωθη εν μηνὶ ινδικτιωνι. ετους του προγραφέντος.

† Nicolaos sosuni iudex squillacii testor † Ego rao adrano iudex squillacii testor. † κωνσταντινος νοτάριος ὅ του μουρμερου μάρτυρ ὑπέγραψα. † κωνσταντινος υιος του ἀπεχομενου νοταριου πετρου φαντινου μαρτυρ ὑπεγραψα † ἐγὼ νικολαος τι ἐπονιμια του μιτζοὺ. μαρτυρ δια του σταυρου. † Ego Iohannes de Natali testor. † Ἐγὼ γουλιάλμος τῆς πανόρμου ηριμένος καὶ εξουσιαστής σκύλλακος τα ανοτέρω εκύρωσα. † Ego Silvester striverius testor † Ego Iohannes Rumbulus testor.

† ἐγράφη υπεγράφη καὶ εκυρώθη τὸ παρὸν ἔγγραφον χειρὶ καμοῦ περεγρίνου σαμονὰ πουπλικοῦ νοταρίου σκύλλακος μηνὶ ινδικτίωνι· καὶ ἔτους του προγραφέντος.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 142.)

norum triginta et amplius, post accuratam disceptationem, condemnantes actorem quoad praedictam postulationem et propositionem ipsius libelli, adiudicavimus memoratam vineam controversam praedicto Nicetae Papilliuni, suisque heredibus. Quam sententiam cum utraque pars audivisset, et nihil contra eam excepisset, dictus Nicetas Papilliuni dominus praedii petiit a nobis ut haberet documentum scriptum huiusmodi iudicii. Nos igitur dictus Magistratus et memorati Iudices, ad silentium, taciturnitatem et praeiudicium Rogerii Rani actoris, eiusque heredum ac successorum mandavimus, ut praesens sententia scripta traderetur Nicetae Papilliuni domino praedii, et heredibus ac successoribus suis, ad firmam et perpetuam futuri temporis memoriam, uti a nobis iudicatum fuit. Eam vero exarari iussimus manu Peregrini Samonae publici notarii Scyllacii. Roborata autem et subscripta a nobis tibi memorato Nicetae tradita fuit mense, indictione et anno suprascriptis.

†Constantinus notarius de Murmero testis subscripsi. † Constantinus filius defuncti notarii Petri Phantini testis subscripsi. † Ego Nicolaus cognomento de Mitzo testis per crucem.

† Ego supradictus Gulielmus de Panormo baiulus Scyllacii superiora confirmavi.

† Scriptum, subscriptum et roboratum est praesens iudicatum manu mei Peregrini Samonae publici notarii Scyllacii, mense, indictione et anno supradictis.

CCXCV.

1245 — Mense Februario — Indict. III. — Briatici.

Virga Ballavia eiusque vir Gulielmus vendunt Ioanni Rabtae praedium positum in agro Briatici loco dicto S. Marco.

† Σίγνον χειρὸς βείργας θυγατρὸς τοῦ ἀποιχωμένου ρογερίου βαλλάβεια. † Σίγνον χειρὸς γουλέλμοῦ ἄνῆρ αὔτεῖς.

Ἡμεῖς ἡ ἀνότεροι ὅμοζυγοι. ἢ τα σίγνα του τίμιοῦ καὶ ζωόποιοῦ σταυροῦ ἡκεῖα ημων χειρὶ ποιήταντες. ἐν τοδὲ το ἤφει ηκείαις ημῶν χερσὶ γράψαντες. αναλαμβαινόμενοι. αδἔλφοῦς. ἤδϊαύς τέκνα. καὶ κληρονόμους. καὶ πασαν ὄχλῆσιν. ἡδϊῶν ται καὶ ξένον, τὴν παρούσαν ἐγγραφον. ἀπλὴν. ἀποχῆν αμετάτρευτον. καθαρᾶν. τέλην. καὶ πληρεστάτην. δϊἄπρασιν. τηθέμεθα. καὶ ποιοῦμεν. προς σὲ ιωάννῃ ραύτην. καὶ εις τους σοὺς κληρονόμους. επι τη βουλῆ καὶ σύνεσϊ τοῦ ἡμετέρου. ημων ανήρ. ὅντινᾶ κάτεστήσαμεν ημέτερον προκούρατωρα καὶ μουνδουαλδον. καὶ ἑκουσια ημῶν βουλῆ καὶ θελησει. καὶ οὐκ αἰκ τινος· το παραπαν ανάγκης. ἢ βείας. εἰ χλεύεις ἢ ραδϊοὔργιας. ἢ οσα τεῖς θείοις νόμοις. ἤτυν αποιγωρευμένα. ἀλλὰ μάλλον μεν οὖν σὺν πασῃ προθείμια. καὶ ὅλωψύχω· προθεσει. δι ης θάι. εν αλήθεια. ὅμολογουμεν. διὰ τοῦ παρόντος ἐγγράφου. ὅτϊ ἐνόποιον κωνσταντίνου σοφοῦ. κριτοῦ. χώρας ευρηατικοῦ. ιωάννου χελιδωνισου. βασϊλικοὺ πουβλίκου νοταριου. τῆς αὔτεῖς. καὶ ετερων χρηϊμων. ανδρῶν. τον κατοτερων. ὄνομασθέντων. καὶ προσκληθέντα. εἰς βεναιὔσϊν μάρτυρας. ἐπρασαμεν προς σὲ τὸν προγραφέντα. το ημετερον. χωράφιον υιον εκταμεθα ἐκ πατρικεῖς μου κληρονομίας εἰς κράτησιν αστεὸς ευρηατικοῦ. εἰς χωριον αγίου μαρκου. περιορϊζεται. δὲ οὔτο. κατα μὲν ἀνατολᾶς. ὁ κύπος τοῦ αὔτοῦ αγωραστοῦ. δϊσέος τὸ χώραφιον νϊκολάου πρασύνακου. ἄρκτρου. ὅμιος. τὸ χωράφιον. νϊκολάου πρασύνακου. μεσϊμβρία. ὁ ναος τῆς ὑπὲραγιας θεὔτοκου· αγίου μάρκου. καὶ σὺνκλη ὅσῶν καὶ υἷον εστῆν. τοὔτο πεπράκαμεν. προς σὲ τὸν προγραφέντα. εν τϊ ηρϊνηκοῖ κατασασει τοῦ κυρου ἡμων ὑπερλαμπρου βασιλέος. εἰς συναρισθύσαν. ημων. ἡμῆν. αὔτοῦ ληφθῆναι χρησοὺν ταρια ευτᾶ. ἀτηνᾶ τα εἴριμμένα. ταρια ευτᾶ. ἀνάλαβαμεν. ἀπὸ χεῖρὸν

† Signum manus Virgae filiae defuncti Rogerii Ballaviae † Signum manus Gulielmi viri ipsius.

Nos suprascripti coniuges, qui signa honorabilis et vivificae crucis propria nostra manu exaravimus in hoc instrumento, nomine quoque nostrorum fratrum, propinquorum, filiorum et heredum, ac suscipientes in nos quamcumque molestiam propinquorum et extraneorum, praesentem chartulam simplicis acceptilationis, immutabilis, purae, perfectae et plenissimae venditionis facimus et condimus tibi Ioanni Rabtae et tuis heredibus, voluntate et consensu nostri viri, quem constituimus procuratorem et mundualdum nostrum, spontaneo nostro consilio et voluntate, nullaque omnino necessitate, vel vi, vel fraude, vel malitia, vel quavis ratione a divinis legibus vetita, quin imo cum omni alacritate et totius animi proposito. Quo (*instrumento*) vere declaramus nos, coram Constantino Sopho iudice civitatis Briatici, Ioanne Chelidonisi regio publico notario ipsius civitatis, et aliis honestis hominibus infra nominatis et rogatis, testibus ad contractum roborandum, vendidisse tibi suprascripto praedium nostrum, quod possidemus ex paterna nostra hereditate in agro civitatis Briatici loco dicto Sancto Marco. Confines vero sunt hi: ab oriente hortus ipsius emptoris, ab occidente praedium Nicolai Prasinaci, a septentrione item praedium Nicolai Prasinaci, a meridie templum sanctissimae Deiparae Sancti Marci, et clauditur. Hoc igitur, quantum et quale est, vendidimus tibi suprascripto iuxta pacificam constitutionem illustrissimi nostri Imperatoris, pretio inter nos convento tarenorum aureorum septem; quos cum acceperimus a tuis in nostras manus, aureos, non imminutos, generalis ponderis, coram dicto iudice,

σου. εἰς τας ημέτερας χείρας χρησᾶ. καὶ ἡκαιῶς. ἀπόφλημένα. εις το γενηκόν ζυγῶν. κατὲιόποιον του ηρϊιμμένου κριτοῦ νοταριου. καὶ ετερων χρυσιμων. ἄνδρῶν. καὶ ημείσϊ ἔπαρεδόκαμεν το προριθεν χωραφιον. καθαρὸς. καὶ ἔνφανὸς· ποιῆν απ αυτοῦ. ἥτινα καὶ βουλιθὴ. πουλῖν χαϊζην. ἄτταλλαττη. εἰς προικα τεκνον σου καταγράφην καὶ πάντα. ποιῆν. ὅσα εἴ θείη νόμοι. τῆς ηδίης δεσπώταις. δϊἀκαϊλεύουσϊ. ος το κύρος. καὶ τὴν εξουσίαν. παρ ιμων. ἤλειφῶς. μίται ἡμεῖς. μίται τινᾶ· ἀπὸ τον ημετερων κληρονομων σχοῖ ἀδιαν. ενἀντϊόσεως ἧς αυτὸ. ἀλλ ὅστις φωραθῆ ζητησιν ἢ οχλησιν ποιηπε σοι. ηστάμεθα. καὶ δϊεκδϊκούμεν αὔτὸ προς σὲ. ἀπὸ παντὸς· προσώπου· ἢ δὲ ουκ εισταμεθα. αλλ εἰς. δϊἀστροφῆν ἔπανέλθωμεν. ὁμολόγουμεν ζημϊοῦσθαι μας. εις το βασϊλικόν. φηπκον ἄγουσταλια δ'. καὶ προς σὲ. το τήμϊμα επὶ τοῦ δϊπλοῦ. ἢ δὲ παρούσα δϊάπρασις. διαμένοι στεραιὰ καὶ απαρασάλευτος. αἴσαεῖ. εγράφι χειρὶ ιωάννου χελιδώνισου. βασιλικοῦ ποίβλικου νοταρίου χώρας ευρηατίκου μηνι Φεβρουαριο. ἴνδικτιωνι γ' ιν ετει ϛψνγ'. τῆς βασίλιας οὖν του κυριου ημων υπερλάμπρου βασίλεος. Φρέδερίκου τῶν ρομεον αει αὔγουστου. ετους κε'. καὶ τοῦ ριγατου ιερούσαλῆμ ετοὺς κ'. του δὲ θεὔφρουρίτου ριγατου αὔτοῦ σϊκαϊλίας ετοὺς μη'. ευτυχῶς ἄμην. παρούσία μαρτύρων.

† κῶνσταντίνος σοφος καὶ κριτης χωρας ευριατικου μαρτυρ † εγω γιδος βαλλαβήας μάρτυρ. † εγο νϊκόλαος πρασυνάκος μάρτυρ † εγὼ γουλέλμος ἀλταβήλλας μαρτυρ.

† ἰωάννης χελίδονίσις βασιλικὸς πουβλικὸς νοταριος χόρας ευριατικοὺ εἰκία χειρὶ υπεγραψά.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 143.)

notario et aliis honestis hominibus, tradidimus memoratum praedium pure et manifeste, ut facias de eo quidquid volueris, vendas, dones, permutes, pro dote filiarum constituas, et facias omnia quae divinae leges propriis dominis permittunt, utpote qui dominium et facultatem a nobis accepisti; neque nos, neque quisquam nostrorum heredum potestatem habeat tibi in ipso adversari. Sed quisquis molestiam tibi inferat vel actionem intendat, nos antestabimus, tibique ipsum (*praedium*) vindicabimus ab omni persona. Quod nisi antestabimus, sed (*huiusmodi stipulationem*) subvertere tentabimus, mulctari assentimur regio Fisco augustalibus quatuor, et tibi duplo pretio. Praesens vero venditio maneat perpetuo firma et inconcussa. Scripta est manu Ioannis Chelidonisis publici regii notarii civitatis Briatici, mense februario, indictione III, anno 6753; imperii illustrissimi domini nostri Friderici imperatoris Romanorum semper augusti anno XXV, et regni Hierusalem anno XX, et regni ipsius Siciliae a Deo defensi anno XLVIII, feliciter amen, coram testibus.

† Constantinus Sophus iudex civitatis Briatici testis. † Ego Gidus Ballavia testis. † Ego Nicolaus Prasinacus testis. † Ego Gulielmus Altavilla testis.

† Ioannes Chelidonisis regius publicus notarius civitatis Briatici propria manu subscripsi.

CCXCVI.

1248 — Mense Augusto — Indict. VI. — Burelli.

Matthaeus Lathadarus cum uxore Irene et filio Basilio vendit Adeodato praedium positum Belbassani in pertinentiis Burelli tarenis octo et quadraginta.

† σύγνον χειρὸς ματθαίου λαθαδάρη: † σύγνον χεὶρος εἰρήνης γυνῆς αυτου: † σύγνον χειρος βασιλείου υἱοῦ αὔτοῦ.

Ἀναλαμβάνομεν τοὺς ἰδίους ἡμῶν καὶ ξένους καὶ πᾶσαν πρόφασιν καὶ τέκνα μετέποιτα γενησόμενα.

† Signum manus Matthaei Lathadari. † Signum manus Irenes uxoris ipsius. † Signum manus Basilii filii ipsius.

Nos suprascripti, qui nomine propinquorum nostrorum, extraneorum, et filiorum qui nascentur

ἡμεῖς οἱ ἀνωτέρω προγεγραμμένοι. οἱ τὰ σύγνα τοῦ τιμίου σταυροῦ ἰδιωχείρως ποιήσαντες ἐκουσία ἡμῶν τῇ βουλῇ καὶ ἀρεσκια. καὶ οὐκ ἐκ τεινος τὸ παράπαν ἀνάγκης. ἢ δόλου ἢ φάκτου ἀγνοίας ἢ χλεύης ἢ ῥαδιουργίας, ἢ τοίας οὖν περιστασεως, ἀλλὰ ὁλοψύχω καρδία καὶ ἀληθεινῇ γνώμη. δίχα πάσης ἡμῶν ἀνάκειμένης ποτὲ παραγραφῆς: ὁμολογοῦμεν ὅτι ἐπράσαμεν πρὸς σὲ τὸν κυρον δαιωδοτον υἱὸν τοῦ κυροῦ ἰωαχειμου. τὸ ἡμέτερον χωράφην. ὅπερ ἔχωμεν πατρικὸν μὰς ἰδιῶν ειχεν ἐκ παλαιὰς κληρονομίας ὁ πατὴρ ἡμῶν· μὴ ὂν ἐκ δεμοσιακὸν τέλος. τὸ ὄντι καὶ διακείμενον εἰς τὸ κράτος βελβασάνου, τῆς περιχώρου βουρελλου. ἔστιν δὲ ὁ περιορισμὸς τοῦ τοιούτου χωραφίου. κατὰ μὲν ανατολὰς τὰ χωραφια τῆς μαρίας κουμέρκενας. καὶ ἀπὸ δυσμὰς. τὸ σύνορον τῶν χωραφίων τῆς αὐτῆς μαρίας λεγόμενα τῶν κεντρίων. καὶ ἀποδίδει εἰς τὸ σύνορον τῶν χωραφιων τῆς γραίας ἐρήνης. ἀπὸ δὲ βορινοῦ. ἡ κάταρξης τοὺ πηγάδου βελβασάνου. καὶ τὰ χωραφια κυρᾶς ῥωμβέρτης φάζαλης. ἐκ δὲ τοῦ νωτίου μέρους. τὸ σύνορον τῶν χωραφιων τοῦ βασιλέως καὶ συνκλή. τούτο τοίνυν ὡς εἴρηται τὸ ρηθὲν χωράφιον ὅσον καὶ οἷον ἐστὶν ἔσω τοῦ ῥηθέντος περιορισμοῦ. ἐπράσαμέν σοι αὐτῶ διὰ ταρία σεράκοντα ὀκτῶ. καὶ ταύτα τὰ σεράκοντα ὀκτῶ ταρία λαβόντες ἀπὸ σοῦ εἰς τὰς ἡμετέρας χείρας. σῶα δίκαια καὶ ἀνελλληπῆ. ἐδώσαμεν πρὸς σει σαύτῶ σωματικὴν φόρεσιν. ἐνώπιον ματθαίου υόθου. καὶ νικολάου τοῦ κυροῦ ἰωσφραὶ, ἐπὶ των συναλλάγματων κριτῶν τῆς χώρας βουρέλλου. καὶ νικολάου νοταρίου βασιλικοῦ πόβλικου τῆς αὐτῆς, συν ετέρων καλῶν ἀνθρώπων. οἵτινες κατωτέρω εἰς μαρτυρας κληθέντες. καὶ πεποιήκαμέν σοι ἐν τὼ ἁγίω εὐαγγελίω μετὰ ὅρκου ταύτην τὴν τέλειαν καὶ πληρεστάτην διάπρασιν, τοὺ ἔχειν σε αὐτῶ αἷς ἀεὶ ἀφ' ἡμῶν, πουλεὶν χαρίζειν, ἀνταλλαττειν. καὶ εἰς προίκα τέκνων γράφην. καὶ ποιεῖν ἐξ αὐτου ὅσα νουλη. ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἡμὼν ἠληφῶς. μὴ κωλιώμενος παρά τινος, μήτε παρ' ἡμων μήτε παρὰ ἰδίου ἡμὼν τινός. ὡς κύριον εἰς αὐτῶ σὲ ποιήσαντα. ἰκιούμεθα δὲ καὶ τὴν νομικὴν διεκδίκησιν. καὶ ἡ μεν φοραθὴ ποτε καιρῶ ἐξ ἡμῶν τίς. ἢ ἀπὸ ἀλλοτρίου τινὸς ὀχλήσε σε· ἱσταμεθα καὶ διεκδικὰν σοι αὐτῶ ἐνωποιον παντὸς προσώπου. ξένων τε καὶ ἰδίων. εἰ δὲ καὶ εἰς ἀπότροπὴν ἐπανέλθωμεν, καὶ ζητήσομεν ἢ μὴ ἐκδικήσωμεν. μὴ εἰσακουσθῆναι ἡμᾶς. ἀλλ

suscipientes in nos quemcumque praetextum, signa honorabilis crucis propria manu exaravimus, spontaneo nostro consilio, et voluntate, nullaque omnino necessitate, vel dolo, vel facti ignorantia, vel fraude, vel malitia, vel quacumque circumventione, sed sincero corde et vera deliberatione, nulla a nobis ipsis exceptione interposita, declaramus vendidisse tibi domino Adeodato, filio domini Ioachimi, praedium nostrum, quod habemus ex paterna hereditate, noster vero pater ex vetere hereditate, quodque immune est a publico tributo, situm et positum in ditione Belbasani, in pertinentiis Burelli. Fines autem huiusmodi praedii sunt hi: ad orientem praedia Mariae Cumercenae; ad occidentem confinium praediorum eiusdem Mariae, quae vocantur de Centriis, et pervenit ad fines praediorum quae ad vetulam Irenem pertinent; ad septentrionem initium rivi Belbasani, et praedia dominae Robertae Fazalae; ad meridiem confinium extat praediorum regis; et clauditur. Hoc igitur memoratum praedium quantum et quale est, dictis circumscriptum finibus, tibi vendidimus tarenis octo et quadraginta; quos quidem tarenos octo et quadraginta cum a tuis in nostras manus acceperimus integros, iustos et non imminutos, tibi dedimus corporalem (*praedii*) possessionem coram Matthaeo Botho, et Nicolao domini Iosfredi filio, et iudicibus ad contractus civitatis Burelli, et Nicolao regio publico notario ipsius, cumque aliis honestis hominibus, qui infra testes rogati sunt. Et iureiurantes super sanctum evangelium, tibi fecimus hanc perfectam et plenissimam venditionem, ut memoratum praedium habeas a nobis in perpetuum, vendas, dones, permutes, pro dote filiarum inscribas, et facias de eo quaecumque volueris, utpote qui dominium et facultatem a nobis accepisti, neque molestia tibi inferatur sive a nobis, sive ab aliquo propinquorum nostrorum, quia (*ipsius praedii*) te dominum fecimus. Promittimus autem legitimam quoque defensionem; et si quacumque occasione vel tempore quisquam nostrum vel extraneus molestiam tibi intulerit, nos obstabimus, et tibi ipsum praedium vindicabimus a quavis persona tum extra-

ἐπίορκοὶ ἐσώμεθα καὶ κατάκριται· καὶ ὁμολογοῦμεν ζημιοῦσθαι ἡμᾶς εἰς τὸν βασιλικον φίσκον ὑπερ παραβάσεως τοῦ σταυροῦ αὐγουστάλια λϛ' καὶ πρὸς σὲ τὸν κῦρον δαιωδοτον καὶ πρὸς τους σοὺς κληρονόμους· δυπλὴν τὴν ποσώτητα. καὶ πασας δικαίας ἐξόδους ἃς ἐπιδήξης : ἔχειν σε καὶ τὸ ῥηθὲν χωραφιον καθάτι αὐτῶ παρ' ἡμῶν ὀνικας. ἡ δ οὕτω στέργει καὶ ἐμμενει βεβαια η τοιαύτη δικαία πράσεις ὀχυρὰ καὶ ἀπαρασάλευτος. ἄχρι τερμάτων αἰῶνων: γραφὲν χειρὶ νικολαου νοταριου βασιλικου πόβλικου χῶρας βουρελλου, τῆ παρακλήσει τὼν ἀνωτέρων πράτων. ἐν εἰκοστῶ ἐγδώω τῆς βασιλειας τοὺ κυρίου ἡμων φραιδερίκου βασιλέως ρωμαίων, τοὺ δὲ τὴς ἱερουσαλὴμ ῥηγάτου ἀεὶ κατέχωμενου. εἰκοστὼ τρίτω, καὶ τοῦ τῆς συκελίας γῆς, εν ετει πεντικονστῶ πρώτω. ἐπὶ ἔτους ϛψνϛ', ἐν μηνὶ αὐγούστω τὴς ἰνδικτιωνος ἕκτης : παρὰ τὼν προλεχθέντων μαρτυρηθεντων.

† εγω νικολαος του κουρου ιωσφραί κριτὴς τὸν εγγραφο χωρας βουρελλου τα ανοτερα μαρτηρο.

† ego matteus botronio ex cuntrati burrelli testor.

† Ego Riccardus de castro veteri supra dicta testor.

† ego iahannes de cusenca supradictis testor.

† ἐγὼ μαρία κουμερκενα, ἡ τοὺ ρηθέντος χωραφιου συνόρου πλησιεστέρα τὰ ἀνωτέρω μαρτυρῶ. † ἐγὼ παγάνος τοὺ σωλινοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐξουσιαστης χώρας σωματος βουρέλλου τὰ ἀνωτέρω μαρτυρῶ.

† νικόλαος νοτάριος ταβουλάριος πόβλικος χωρας βουρέλλου πρὸς πίστωσιν ἰδιωχείρως ἔγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 144.)

nea, tum propinqua. Si vero (*hanc venditionem*) subvertere tentaverimus, vel non defenderimus, ne exaudiamur, sed uti periuri et damnati habeamur; et assentimur regio Fisco mulctari propter violationem crucis augustalibus sex et triginta, tibique domino Adeodato, tuisque heredibus duplo pretio et iustis expensis, quas nobis ostenderis; atque habeas memoratum praedium prout a nobis emeris. Et nihilominus haec iusta venditio stabilis, firma et inconcussa sit ac permaneat usque ad finem seculorum; quae scripta est manu Nicolai regii publici notarii civitatis Burelli, qui rogatus a suprascriptis venditoribus hoc instrumentum confeci anno vicesimo octavo imperii nostri domini Friderici imperatoris Romanorum, et vicesimo tertio regni Hierusalem semper possessi, et Siciliae quinquagesimo primo, anno 6756, mense augusto, indictione VII, coram praedictis testibus.

† Ego Nicolaus domini Iosfredi filius, iudex ad contractus civitatis Burelli, quae supra roboro.

† Ego Maria Cumercena, quae proxima sum confinio memorati praedii, quae supra testor. † Ego Paganus de Solino pro tempore baiulus civitatis Burelli, quae supra testor.

† Nicolaus notarius, tabularius publicus civitatis Burelli ad fidem propria manu scripsi.

CCXCVII.

1251 — Mense Augusto 21 — Indict. IX — Catacii.

Ioannes Meliotus canonicus Catacensis et Riccardus filius Nicolai inter se permutant quaedam praedia posita in agro Catacii.

† Ego Iohannes Meliotus catacensis canonicus subscripta concedo et confirmo.

Ἐν ονόματι τοῦ πατρός καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ αγίου πνευματος· ῥιγεύοντος τοῦ ἐνδῶξωτάτου καὶ θεῶτϊμιτοῦ ἡμῶν ῥιγός κυρου κῶρράδου ετους πρωτου ευτυχῶς ἀμὴν. ἡμοῖς ιωαννης μιλῆωτης. οἱ το

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Regnante gloriosissimo et pientissimo rege nostro domino Conrado, anno primo, feliciter amen. Ego Ioannes Meliotes, qui signum honorabilis et vivifi-

σῖγνον τοῦ τιμίου καὶ ζῶόπιου σταυροῦ· καὶ το ἐμόν ὄνομα τη ἰδία μου χειρὶ δἴα γραμματα λατινα ανωτερω καθηπῶγραψας. δἴ ἧς ὁμολογω καθαρὸς καὶ ὁλοψυχῶς δἴα τοῦ παροντος ομολογἴτοικοῦ καὶ ἀσφαλεισθικοῦ ποῦπλοικου ἐγγραφου. ὁς ὁτι ἐνῶπιον ἐμοῦ ἠσἐληληθες· σὺ κυρος ρἴγκἄρδος· υἱὸς κυρου νἴκολάου τοῦ κυρου βαλδουἴνου. καὶ ετήθης μοι τοῦ επιδοῦναι σοι ἧς ανταλλαγην. δύο πἔτζῶπουλλα χῶραφιων. σὺν των ἐκεἴσαι ὥντων δενδρῶν καρποἴμων καὶ ἀκάρπων. ἠγουν δαινδρῶν ἐλαιας μιὰς· εἶα χῶραφια ἐσχων αὐτὰ εἰς βενεφἴκειον· ἀπο τῆς μεγἄλης ἐκκλησιας επισκοπῆς κάταντζαριου. ἀτοινα εισἴν· εἰς το επἴκατω μἔρος. τῆς χώρας κάταντζαριου. επἰκἄτω τοῦ τοῦβουλου. σύνῶροῦνται μἔν ουτος. το ἐν πετζώπουλλον τοῦ χῶραφιου· ὑπάρχει πλησιον χῶραφιου· παπᾶ πἔτρου κῶκεἴνου. καὶ πλησιον χῶραφιου. τῶν παἴδων παπᾶ βασιλεἴου ἀγαποιτοῦ. καὶ πλησιον χῶραφιου ἐρῆνης γρουδαινας. το δ' αλλὸ πετζἦν τοῦ χῶραφιου. σὺν τῆς ἐιρμἐνης ἐκεἴσαι δενδρῶ ἐλαἴας. ὑπάρχει καὶ αὐτῶ πλησιον χῶραφιου τοῦ ριθεντος παπᾶ πἔτρου κῶκεινου· καὶ πλησἴον της βασιλεικῆς οδοῦ· καὶ πλησιον χῶραφιου σοῦ τοῦ ριθεντος κυρου ρἴγκάρδου. καὶ πλησιον χωραφιου κυρου λἴκεἴφερου. καὶ σὺνγκλυοῦν. ἐγὼ δὲ ὁς επι τοὔτο ἀκεικωὸς. τὴν σὺν παράκλησιν. ετει δὲ γνοῦς πρὸσφἔρην ἧς αὔξησιν τα πράγματα τα του ριθεντος ημετερου βενἔφἴκιου, ἐσχων βουλἦν μετα τοῦ ἡμετερου θεῶτἴμιτοῦ επῶψἴφιου κυρου φῶρτοῦνατου ἐπἴσκοπου καταντζαριου· καὶ μετα τοῦ θεωσιλλἔκτου αὐτοῦ καποἴτουλου. καὶ μετα ηκεἴου ἡμων θἔλματος· θἔλωμεν καὶ στἔργωμεν καὶ επιδἴδώμεν συ αὐτὰ τα πρῶλεχθεντα χῶραφια· ὥσα καὶ εἶα εισἴν· συν τῆς ἐκὔσαι ὥντος δἔἴδρου ἐλαἴας. ὡς ανωτἔρω ἐἴριται καὶ περἴῶρισθαι. προς σὲ τὸν ειρμενον κυρον ρἴγκἄρδον· ἐξῶν καὶ διῶτι ἀπῶλάβαμεν καὶ ἡμοἴς παρα σοῦ ἀνταλλαγγμαν. τα σὰ δυὸ πετζῶπουλλα τῶν χῶραφιων. σὺν της ἐκὔσαι ωντος δενδρου ἐλαἴας. ἀτοινα εισἔἴν εις τἦν κράτησιν κάταντζαριου· το ἐν πετζἦν ὑπάρχει πλησιον χῶραφιου κυρου ιωαινου τοῦ κυροῦ ούβου καὶ πλησιον χῶραφιου της κὄρτης. καὶ πλησιον αμπἔλου βαρθωλομαιου κοῦβερνου. ὑπάρχει το ριθεν χῶραφιον εἰς τον αγιον ανανιαν. το δ ἄλλο πετζῶπουλλον του χῶραφιου. ὑπάρχει εἰς την βουνἦν τοῦ καλὲ. πλησιον χῶραφιου. κυρου βενεδἴττου τοῦ κυροῦ μαλγερἴου. καὶ πλησιον χῶραφιου. ιωαννου υἱοῦ γριγὄριου ἴἔρα-

cae crucis, meumque nomen mea propria manu latinis litteris supra exaravi, pure et toto corde palam facio praesenti declarationis et securitatis publico instrumento coram me venisse te dominum Riccardum, filium domini Nicolai, filii domini Balduini, et petiisse a me ut in permutationem darem tibi duas portiones terrae cum arboribus inibi extantibus tum silvestribus, tum fructiferis, nempe olea una, quae praedia in beneficium habui a maiori ecclesia episcopii Catacensis, et extant in inferiori parte civitatis Catacii infra Tubulum. Hos vero habent fines: portio una terrae sita est prope praedium presbyteri Petri Cocini, et praedium filiorum presbyteri Basilii Agapiti, et praedium Irenes Grudenae; altera vero portio terrae cum dicta olea posita etiam est prope praedium dicti presbyteri Petri Cocini et regiam viam, et prope praedium quod ad te dictum dominum Riccardum pertinet, et prope praedium domini Licipheri, et clauduntur. Ego autem cum petitioni tuae obsecundassem, et cognovissem id conferre ad incrementum bonorum dicti nostri beneficii, consilium inivi cum nostro piissimo domino Fortunato electo episcopo Catacii, et eius capitulo Deo adiuvante convocato, et propria mea voluntate assentior, confirmo et trado tibi memorata praedia quanta et qualia sunt cum olea inibi extante, uti supra dictum est, et cum descriptis confiniis, tibi inquam praefato domino Riccardo; nam et ego accepi a te in permutationem duas portiones ad te spectantes cum olea ibidem consita, quae positae sunt in agro Catacii, videlicet una portio ad sanctum Ananiam prope praedium domini Ioannis filii domini Hugonis et praedium curiae, et vineam Bartholomaei Cuberni; altera vero portio terrae extat ad collem Cali, prope praedium domini Benedicti filii domini Malgerii, et praedium Ioannis filii Gregorii Hieracensis, et viam, ac clauditur. Item mihi dedisti in dictam permutationem oleam unam, quam tibi donavit Basilius filius domini Sergii Ma-

κος. καὶ πλησίον τῆς ὁδοῦ. καὶ σύνγκλυει. ὁσαύτως ἐδῶσες πρὸς ἡμᾶς εις την ειριμενην ανταλλαγῆν. δένδρον ελαίαν μίαν. ἅπερ σὺ εδωσε ὁ βασίλειος υἱὸς κυροῦ σεργίου μακρὶ. κεῖται δὲ ἡ ρίθησα δενδρῶ ἐλαῖα. ἴσω εις τὸ χῶραφιον του ἐλαιωνου τοῦ ριθεντος βασιλεῖου· εἴων χῶραφιον ὑπάρχει εις την ἁγίαν κυριακεῖν· εν ὦ ὑπήρχε βαλδουῖνου τοῦ ταβουλαριου. τοῖγαροῦν τα πρῶλεχθέντα δυὸ πετζῶπουλλα τῶν χῶραφιων· ὦσα καὶ εἶα εισεὶν. συν της ἐκύσαι ωντος δένδρου ἐλαῖας. καὶ εταῖρων αγροίων δενδρων. επιδίδῶμεν καὶ τραδιτεύωμεν αυτᾶ εις ανταλλαγῆν· πρὸς σὲ τὸν εἰριμένον κυρον ρϊγκάρδον· του ἔχυν αὐτᾶ σὺ καὶ ει σὺ κλειρῶνομοι καὶ δϊάδωχοι· εἰς τὴν σὺν εξουσῖαν καὶ κυριώτητα· πουλεῖν αυτᾶ χαρῖζειν· ανταλλᾶττειν. καὶ εἰς προῖκα τέκνων γραφεῖν· ὁς το κύρος καὶ τῆν εξουσίαν παρ ημῶν ἠληφῶς· εἰ μὲν ποτὲ κερῶ ἡ χρώνω φανῆ ζύτησης κύνισεις· εἶα της γενυτο παρ ἰοῦ δϊποτε προσώπου· τοῦ σταναι ἡμοῖς· καὶ εἰ επιτα μετ εμοῦ μέλλωντες προὲδρεύειν καὶ κυριευειν το ριθὲν βενεφικειον· καὶ δϊεκδϊκᾶν συ αυτᾶ ἐκ παντὸς ἐναντϊουμένου προσῶπου· εἰ καὶ αὐτοῖ ἡμοῖς· μεταμέλοι γύνᾶμεθα· καὶ δϊάστρεψαι ταυτα βουλειθῶμεν· του μι ϊσακουεσθῶμεν, μίτε παρά του θεῖου νόμου ἰσχὺν λαμβανωμεν. ἀλλ εσωμεθα κρκτιμῆνοι εκ σὺμφῶνου καὶ λὸγου εἰς ποινὴν αὐγουσταλια δώδεκα· το ἡμισὺ εἰς τῆν βασιλεικῆν κορτὴν. το δ ἄλλο ημισὺ εἰς τὸ μὲρος. καὶ οὗτος μενέτω τὸ παρὸν ἐνγραφον τῆς εἰρημένης ανταλλαγῆς. προς σὲ τὸν εἰριμένον κυρον ρϊγκᾶρδον· καὶ προς τοὺς σοὺς κλειρῶνῶμους καὶ δϊάδῶχους· στερεὸν βεβαιον. καὶ ἀπαρασάλευτον μὲχρι τερμάτων αἰώνων. ὁθεν πρὸς περϊσσοτεραν πίστωσιν· καὶ βεβαιαν ἀσφαλειαν. επειεισαμὲν σας ποιειθῆναι το παρὸν ποῦπλεικον ενγραφον· τη ἐμὴ χειρὶ ανωτερω κυρωμένου. καὶ ὑπῶ του ἡμετερου υπωψϊφιου κυρου φῶρτοῦνατου ἐπισκοπου κᾶταιζαριου κατεικυρωμενον· καὶ μετα τοῦ θεῶσϊλλεκτοῦ αυτοῦ καπεῖτουλου σὺνμαρτυριμένον. καὶ δϊα χειρὸς νοταριου ιωαννου. υἱοῦ πρεσβυτερου πετρου νοταριου μαυρικοῦ. τετυπῶμενου υπὸ της βασιλεικης μεγαλειώτητος ποῦπλεικου νοταριου πὸλεως καταντζαριου τη ἡμετερα παρᾶκλήσει γεγραμμῆνον· τοῦ ετους· ϛψνθ' ινδικτιῶνος θ'. αὐγουστου μηνος εις τας κα'. εν παρουσια μαρτυρων.

† Nos fortunatus catacensis ecclesiae Electus subscribimus.

cri, quaeque posita est in oliveto dicti Basilii; quod olivetum iacet ad Sanctam Cyriacen, et fuit Balduini tabularii. Has igitur praedictas duas portiones terrae, quantae et quales sunt, cum olea ibidem consita, et aliis silvestribus arboribus, do et trado in permutationem tibi dicto domino Riccardo, ut eas habeatis tu tuique heredes et successores in vestra potestate et dominio, vendatis, donetis, permutetis, et in dotem filiarum constituatis, utpote qui dominium et potestatem a me accepistis. Si qua vero occasione vel tempore lis vel actio a quovis intendatur, ego et successores mei, qui idem beneficium possessuri erunt, obstare teneamur, et tibi ipsas (*terras*) vindicare ab omni contraria persona. Quod si poenitentia ductus (*huiusmodi stipulationem*) subvertere voluero, ne exaudiar, nec divinae legis praesidium habeam, sed, prout conventum est, mulcter duodecim augustalibus, quorum dimidium cedat regiae curiae, et alterum dimidium parti. Et nihilominus maneat praesens scriptura dictae permutationis tibi praefato domino Riccardo tuisque heredibus et successoribus valida, stabilis et inconcussa usque ad finem seculorum. Quapropter ad maiorem fidem et firmam securitatem feci tibi praesens publicum instrumentum mea manu superius roboratum, et inferius a domino Fortunato nostro electo episcopo Catacii confirmatum, et ipsius Deo adiuvante convocati capituli testimonio comprobatum, et conditum manu notarii Ioannis filii presbyteri Petri notarii Maurici publici regia munificentia notarii civitatis Catacii, ad requisitionem meam scriptum anno 6759, indictione IX, mense augusto, die XXI, coram testibus.

† Ego Iohannes de policastro catacensis Archidiaconus testor.

† Ego neocastrus catacensis cantor testor.

† Ego bartholomaeus Maturanensis decanus et catacensis canonicus testor.

† Ego Ioanes erancietus catancensis canonicus testor.

† Ego ioannes vallensis catacensis canonicus rogatus subscripsi.

† Ego Gualterius de Rocca falluccio Catacensis Canonicus testor.

† Ego Rogerius Catacensis Canonicus testor.

† Ego Guillelmus thesaurarius et canonicus catacensis ecclesiae testor.

† Ego andreas catacensis canonicus predicta concedo.

† ἐγράφη το παρόν ἐνγραφον τῆς εἰριμένης ανταλλαγῆς. χειρὶ ἐμοῦ νοταρίου ιωάννου. υἱὸς πρεσβυτέρου πέτρου νοταρίου μαυρικοῦ· τετυπωμένου υπὸ τῆς βασιλικῆς μεγαλειώτητος ποῦπλείκου νοταριου πολεως κάταντζαριου· του ετους· μηνῆ καὶ ινδικτιῶνι τῆς ἀνωτερω.

† Scripta est praesens chartula dictae permutationis manu mei notarii Ioannis, filii presbyteri Petri notarii Maurici, publici regia munificentia notarii civitatis Catacii, anno, mense et indictione suprascriptis.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 145.)

CCXCVIII.

1256 — Mense Ianuario 12 — Indict. XIV — Catacii.

Archontissa vidua Nicolai Scumbari, eiusque filia Garrera vendunt Mariae Pentenitae domum positam in civitate Catacii aureis tarenis quindecim.

† σίγνον χειρὸς αρχοντισσας· ἡποτε γυνῆ νϊκολαου σκοῦμβαρι· καὶ ἀνεψειά παπᾶ μαυρίκου. † σίγνον χειρὸς γαρρέρας θυγατρός αυτῆς. Εν ονόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος· ρϊγεύοντος τοῦ ἐνδῶξωτάτου καὶ θεοτϊμιτοῦ ημῶν ριγος κυροῦ κῶρραδου δευτερου. ετους τροιτου ευτοιχως ἀμῆν. εἰμοῖς ἡ ανωτερω γεγραμμένοι οἱ το σίγνον τοῦ τϊμῖου σταυροῦ. ἡκειοις ἡμῶν δακτύλοις ανωτέρω καθηπῶγραψαντες. την παροῦσαν ἐνγραφον ἀποχῆν απῶταγῆν· τέλειαν καὶ πλειρεστᾶτην πρᾶσιν. ἐκοῦσία ἡμῶν τη γνῶμη. ἡκεία τη πρῶῆρεσει· καὶ οὐκ ἐκ τεινος δόλου. ἡ φῶβου ἡ απάτης τινὸς· ἀλλα σῦν πρῶθυμῖα ημῶν πᾶση καὶ ὁλοψύχω προθέσει· ιᾶλλον δὲ μετ αρχῆς καὶ εξουσίας τοῦ εἰμῶν μοῖν-

† Signum manus Archontissae uxoris quondam Nicolai Scumbari et consobrinae presbyteri Maurici. † Signum manus Garrerae filiae ipsius. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, regnante gloriosissimo et pientissimo rege nostro domino Conrado II, anno tertio, feliciter amen. Nos suprascripti, qui signum honorabilis crucis propria nostra manu supra exaravimus, praesentem scripturam acceptilationis, cessionis, perfectae et plenissimae venditionis spontaneo consilio, propria deliberatione, nulloque dolo, metu vel fraude, sed cum omni alacritate et totius animi proposito, quin imo cum beneplacito et auctoritate nostri mundualdi magistri Marci Piloplasti propinqui nostri, item cum bene-

δουάλδου· μαϊστορος μαρκου πιλωπλαστου. ἡμετέρου ἰδίου· ὁσαῦτως καὶ μετα αρχῆς και εξουσίας τοῦ εἰμῶν προκοῦρατόρος νἰκολαοῦ καλῶκτένιστου· τυθῶμεθα. καῖ ποῦλουμεν προς σὲ μαρίαν. ἡποτὲ θῦγάτηρ παπᾶ ἄνδρεου πἔντενίτη· ἐν κλησμἔνον οσπῖτιον· ὁσον καὶ εἰον εστῆν· εν ὦ ὑπάρχει ἡμέτερα αγῶρᾶ. καθώτι και το ἔνγραφον δἰλῆ· ἐν ὠ ἐδῶσαμεν ἦς τᾶς χεῖρας σου· εἰὸν οσπῖτιον ὑπάρχει εσῶ εν τῆ πὸλει κάταντζαριου· ἐν τη ενορία τοῦ ὁσίου πατρος ημων νἰκολᾶου του ουστοῦγκει περἰῶρίται μἔν ουτος· ἐξ ανατολῆς αυτοῦ εστῆν· το οσπῖτιον· σοῦ της ἀγῶρασάσης· ἄρκτου· καῖ δησεως αυτου εστῆν· ἦ οδὸς· κατα δὲ μεσημβρῖας αυτοῦ εστῆν ἡ κῦνἰ μεσαρτη· εν ὦ εστῆν· μετα τοῦ οσπιτῖου· νἰκολᾶου τῆς μαβῆληας· καὶ σῦνκλῶει· τουτο οὖν το τετραχος και περἰῶρισθεν οσπιτιον· συνγγιον· κτησμἔνον· σκεπομενον· σῦν ξῦλω· σανιδοις. σὺν ἰσωδου. καῖ ἐξῶδω. καῖ πασι δικαίοις· καῖ προνομίοις αυτοῦ δἰκαῖωσύνἰς· πέπρακαμἔν σι αυτῶ ὡς δἰά χρυσοῦν ταρῖα δέκα πεντἔ· ὡς δὲ ἐλάβαμεν αὐτά τα οῖριμένα χρυσουν ταρια δἔκαπεντε· εἰς τᾶς ἡμετἔρας χεῖρας· ἀπό χειρῶν σοῦ της ἀγὼραστης· καὶ ἐκ παντὸς απῶφλημεν ἡμᾶς ἀπ αυτοῦ καὶ μιδἔν απῶχρεόστουμενοι τὶ πρός ἡμὰς· επἰεισαμἔν σι τελῆαν καῖ πληρεστᾶτην πρασιν. τοῦ εχῦν σε αυτὸ το προλεχθεν οσπῖτιον. ὁς ανωτερω εἰριται καὶ περἰῶρισθαι· σῦ καὶ ει σῦ κλειρονῶμοι καὶ δἰάδωχοι· καὶ τραδἰτεύωμἔν σῦ αυτὸ ἀπο τοῦ νῦν· ἦς την σῦν εξουσίαν καὶ κυρἰώτητα. πουλεῖν αυτὸ χαρίζην· ανταλλᾶττειν. καὶ ἦς πρῆκα τέκνων γραφειν· ὁς το κύρος· και τῆν εξουσίαν πάρ ημῶν ἡληφῶς· καὶ ἀπο τοῦ νῦν ἀπώτάσσῶμεθα. καὶ ἐνκαταλῦμπάννωμεν πᾶσαν ἡμῶν δικαἰωσυνἰν. ἦν ἐχωμεν καὶ μελλη ἡμῶν δἰαφἔριν ης το ριθεν οσπιτιον. ἐὰν ὑπαρχομεν λαθώμενοι ἐν λυπῶ παρα τοῦ ἡμισὶ δἰκαίου τἰμίματος ἀπο της ηριμενης πρασεως. ὁμιως αποτασσῶμεθα. σύνἰθηον πάραγραφην. δύναμιν. καὶ ἰσχῦν του νόμου δεκρετώντος και τῶν θηῶν βασιλικων διάταξαιων καὶ του . . . . νόμου καὶ πάσαν εταῖραν βῶήθηαν. τῆν ῶφἰλωμἔνην ειμεῖν βῶηθειν· ἦ βοῦληθωμεν· ἐξ εναντηας ελθῆν ἀπο της αυτης πρασεως· καῖ ει μἔν ποτε· κερῶ ἡ χρῶνω φάνη ζήτησις κύνἰσις. εἰα της σύ γενιτο πάρ ἰοῦδἰποτε προσωπου· του στασθαι ειμοῖς καὶ δἰἔκδἰκᾶν σι αυτο ἐκ παντος εναντιουμενου πρόσῶπου. ει καὶ μεταμελοι γύνῶμεθα καὶ δἰἀστρεψαι ταῦτα βοῦληθῶμεν· τοῦ μὶ ἰσακοῦε-

placito et auctoritate procuratoris nostri Nicolai Caloctenisti, condimus; qua vendimus tibi Mariae, filiae quondam presbyteri Andreae Penteniti clausam domum, quanta et qualis est, quae a nobis empta fuit, prout ex instrumento patet, quod in tuas manus tradidimus. Dicta domus posita est in civitate Catacii in ditione sancti patris nostri Nicolai Ustunci, et hos habet fines: ab oriente est domus tui emptricis; a septentrione et occidente est via; a meridie est communis Mesarte simul cum domu Nicolai Mabiliae; et clauditur. Hanc igitur quadrifariam circumscriptam domum humo conditam, et materie asseribusque coopertam, cum introitu et exitu, omnibusque iuribus et quavis re ad ipsam legitime spectante, vendidimus tibi aureis tarenis quindecim; quos cum acceperimus in nostras manus a manibus tui emptricis, et cum omnino satisfactum nobis sit, nihilque aliud persolvendum supersit, facimus tibi perfectam et plenissimam venditionem, ut tu tuique heredes et successores habeatis memoratam domum, uti supra dictum est, cum praefatis confiniis, et tradimus tibi ipsam amodo in tuam potestatem et dominium, (*cum facultate*) vendendi, donandi, permutandi, et in dotem filiarum constituendi, utpote quae ius et auctoritatem a nobis accepisti; et a praesenti die recedimus et nos exuimus quovis iure quod ad nos spectat vel in posterum spectare possit in dictam domum. Quod si temporis progressu acciderit ut palam fiat venditionem ultra dimidium iusti pretii factam fuisse, pariter renunciamus consuetae praescriptioni, auctoritati et robori legis scriptae, divinis regiisque constitutionibus, et. . . . legi, et cuivis alii subsidio nobis debito. Sin autem huiusmodi venditioni nos adversari voluerimus, et si quacunque occasione vel tempore quaestio vel actio intendatur a quavis persona, obstare debeamus, tibique antedictam (*domum*) vindicare ab omni contraria persona. Quod si nos

σθῶμεν· μητε πάρα τοῦ θῆου νόμου ἰσχῦν λαμβᾶνωμεν· αλλ εσῶμεθα κρατημένοι ἐκ σῦμφῶνου καὶ λογω εις ποινην. εν τη κορτη τοῦ ριγος αυγουσταλια οκτῶ· καὶ προς σὲ τῆν αγῶραστῆν· καὶ εἶς τοῦς σοῦς κλειρονώμους καὶ διαδώχους. στρῆψαι εἰς το τρειπλήν τήν τημῆν· ειτα ἐμμενῖν σε ἐν τοῦτο αμα κλειρονώμοις. καὶ σῦνκλειρονώμοις. καὶ σῦς διαδωχοις στερρῶς καὶ ἀτρεπτος μέχρι τερμᾶτων αιῶνων· γραφεν τη ἡμετέρα παρακλησει χηρὶ νοταριου ιωαννου νοταριου μαυρῖκου· πουπληκου νοταρῖου πολεως κατἀντζαριου· του ἑτους ϛψξδ'. ινδικτιωνος ἰδ' ἰαννουαρῖω μηνη εις τας ιβ'· ἐν παρουσῖα μαρτυρων.

† ἐγω μαῖστωρ μᾶρκος πἰλῶπλαστῶς τα ἀνωτέρω μουνδοῦἀλδος· μαρτυρῶ διἀ τοῦ ἐμου σταυροῦ.

† ἐγῶ νἰκόλαος καλῶκτένιστης τα ἀνωτέρω προκοῦρατωρ· μαρτυρῶ δια τοῦ ἐμοῦ σταυροῦ.

† Ego maurus iudex· catacii rogatus subscripsi.

† ἐγῶ πρεσβυτερος περεγρῖνος θαμβῶς· παρακληθεῖς μαρτυρῶ διἀ τοῦ ἐμοῦ σταυροῦ.

† ἐγῶ αλἐξανδρος χρὑσαφις παρακληθεῖς μαρτυρῶ δια τοῦ ἐμοῦ σταυροῦ.

† εγω πετρος ἀνήψηος νοταριου ιωαννου παρακληθεις υπεγραψα.

† ego presbyter fuscus testor.

† ἐγρᾶφη το παρῶν ενγραφον χειρὶ ἐμοῦ νοταρῖου ιωᾶννου νοταριου μαυρῖκου· ποῦπληκου νοταρῖου πῶλεως· κατἀντζαριου· τοῦ ετους· μηνῶς και ινδικτιῶνος τῆς ἀνωτέρω.

poenituerit, et subvertere hanc venditionem voluerimus, ne exaudiamur, neque a divina lege praesidium habeamus, sed ex conventione damnemur, et pro poena solvamus regiae curiae augustales octo, et tibi emptrici, tuisque heredibus et successoribus triplum pretium. Et deinceps tibi, heredibus, heredibus et successoribus tuis maneat haec (*venditio*) firma et immutabilis usque ad finem seculorum. Scriptum rogatu nostro manu notarii Ioannis filii notarii Maurici publici notarii civitatis Catacii anno 6764, indictione XIV, mense ianuario, die XII, in praesentia testium.

† Ego magister Marcus Piloplastus, ut supra mundualdus, testor per meam crucem.

† Ego Nicolaus Caloctenistes, ut supra procurator, testor per meam crucem.

† Ego presbyter Peregrinus Thambus rogatus testor per meam crucem.

† Ego Alexander Chrysaphis rogatus testor per meam crucem.

† Ego Petrus consobrinus notarii Ioannis, rogatus subscripsi.

† Scriptum est praesens instrumentum manu mei notarii Ioannis filii notarii Maurici publici notarii civitatis Catacii, anno, mense et indictione suprascriptis.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 146.)

CCXCIX.

1257 — Mense Novembri 26 — Indict. I — Rhegii.

Petrus, Georgius et Bartholomaeus fratres germani vendunt Basilio Calabro duas portiones cuiusdam domus ad eos spectantis positae in agro Mesorum aureis tarenis centum.

† ἐν ὀνόματι κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἀμήν· Ἐν τῶ ϛσνζ'. ἔτει, τῆς αὑτοῦ σωτηριῶδους σαρκώσεως. μηνῖ νοεμυρίω κϛ'. ινδικτιῶνος πρώτης. δεσπόζοντος του κυρίου ἡμων κονράδου δευτέρου θεοῦ χάριτῖ, ἱεροσολύμων καὶ σικελίας ῥηγὸς καὶ δουκὸς σουαυίας. τεταρτω ἔτει τοῦ αμφοτέρου αὑτοῦ κράτους. ἐπἰτροπεύοντος αὑτοῦ γενἰκῶς ἐν τῶ κράτει σικελίας, τοῦ κυρίου ἡμῶν μᾶνφρέδου υἱοῦ τοῦ ποτὲ

† In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Anno a salutari eiusdem Incarnatione 1257, die XXVI mensis novembris, indictione I, regnante domino nostro Conrado II, Dei gratia Hierusalem et Siciliae rege, et duce Sueviae, dominationum eius utrarumque anno quarto, Vicario eius generali in regno Siciliae domino nostro Manfredo filio quondam domini nostri Friderici Romanorum imperatoris.

κυρίου ἡμῶν Φεδερίκου βασιλέως ῥωμαίων θεοῦ χάριτι πρίγκιπος ταρέντου καὶ τῆς τιμῆς τοῦ βουνοῦ τοῦ ἁγίου ἀγγέλου κυρίου, εὐτυχῶς ἀμήν. Ἐνώπιον ἡμῶν ἰωαννου λεάνδρου κριτοῦ πόλεως ῥηγίου, μαίστρου νικάνδρου πουυλίκου νοταρίου τῆς αυτῆς καὶ μαρτύρων τῶν ὑπογεγραμμένων εἰς τοῦτο κεκλημένων καὶ ἠξιωμένων. Οἱ αὐτάδελφοι πέτρος, γεώργιος καὶ βᾶρθολομαῖος, υἱοὶ τοῦ ποτὲ γρηγορίου, λαγωδάρη, κάτοικοι χωρίου λαγωδαρῶν διακρατήσεως μεσῶν, οἰκεία αὐτῶν καὶ ἐλευθέρα τῇ θελήσει, μὴ βιαζόμενοι, ἢ ὀχλούμενοι παρα τινος. ἀναλαμυάνοντες ἐπ' αὐτοὺς πᾶσαν ὄχλησιν ξένων τε καὶ ἰδίων, πεπράκασι, παρεδώκασι καὶ παρουσιαστικῶς ἐφόρεσαν μετά τινος ξύλου, τῷ βᾶσιλείω υἱῷ νικολάου καλαυρου, τὸ δίμοιρον αὐτῶν μέρος ὃ ἐκέκτηντο ἐν τῷ ὑπογραφησομένῳ αὐτῶν οἴκῳ, ὃ ὡμολόγησαν κεκτῆσθαι εἰς τὴν τοποθεσίαν χωρίου ἐρασιῶν, κοινῶς καὶ ἀμοιράστως μετὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλείου, ὅστις τὸ ἕτερον τρίτον οἴκου του εἰρημένου, ἐκέκτητο ἀδιαχωρίστως μετ' αὐτῶν ὡς ἔφη ἐκ δικαίου ἀνταλλαγῆς ποιηθείσης περὶ αὐτοὺς ἤδη καιροῦ συχνοῦ παρωχηκότος, μετὰ παντὸς αὐτοῦ τοῦ διμοίρου μέρους, δικαιώματος εἰσοδοεξόδου, περιοχῆς καὶ δικκρατήσεως, ὁλόκληρον καὶ διόλου ἐλεύθερον, διὰ χρυσοῦ ταρία ἑκατόν. τοῦ γενικοῦ ζυγοῦ· ἅτινα ἑκατὸν ταρία, οἱ εἰρημένοι αὐτάδελφοι, ὡμολόγησαν ἀνειληφέναι καὶ δέξασθαι παρὰ τοῦ εἰρημένου βᾶσιλείου ἐπὶ χεῖρας αὐτῶν τέλεια, καὶ καλῶς ἐζυγιασμένα, ὑπὲρ δικαίου καὶ τελείου τιμήματος διμοίρου αὐτῶν οἴκου τοῦ εἰρημένου. καὶ ἀποξενώσαντες αὐτοὺς καὶ τοὺς αὐτῶν κληρονόμους ἀπὸ τοῦ εἰρημένου οἴκου διόλου, πρὸς τὸν εἰρημένον ἀγοραστὴν, καὶ τοὺς αὐτοῦ κληρονόμους τοῦτον μετέφερον. καὶ ἐξουσίαν αὐτῷ ἔδωκαν, τοῦ κρατεῖν αὐτὸν τοῦτον ἔχειν καὶ νέμεσθαι ἔνθεν διηνεκῶς, εἰς ἰδίαν ἐξουσίαν καὶ κυριότητα, καὶ ἐξεῖναι αὐτῷ πωλεῖν τοῦτον καὶ ποιεῖν ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ τὸ ἴδιον βούλημα. καὶ ἀποτάσσομενοι τῇ περὶ ἀναργυρίας ἀζυγίας, δόλου καὶ πλάνης παραγραφῇ. καὶ βοηθεία παντὸς νόμου καὶ συνήθως δυναμένη ἀντιθέσθαι, κατὰ τοῦ παρόντος ἐγγράφου καὶ πράσεως· ἐκ συμφώνου καὶ ἐπερωτήσεως ἰσόλιδουμ ἐν ὑποθήκῃ τῶν αὐτῶν ἀγαθῶν, ἔστερξαν καὶ ὑπέσχοντο αὐτῷ τὴν τούτου νόμιμον διεκδίκησιν, ἀπὸ παντὸς προσώπου. καὶ ὑπεξαίρειν ἀπὸ πάσης ἀγωγῆς καὶ βάρους, καὶ ἵνα διηνεκῶς τὴν παροῦσαν

Dei gratia principis Tarenti, et honoris Montis sancti Angeli domini feliciter amen. Constituti in praesentia nostri Ioannis Leandri iudicis civitatis Rhegii, magistri Nicandri publici eiusdem civitatis notarii, et testium subscriptorum, qui ad hoc rogati sunt et interfuerunt, Petrus, Georgius et Bartholomaeus fratres germani filii quondam Gregorii Lagodari (*incolae*) terrae Lagodarorum in pertinentiis Mesorum, de propria et libera voluntate, non vi nec metu a quoquam coacti, immo in se ipsos omnem molestiam suscipientes extraneorum et propriorum, vendiderunt, tradiderunt, et personaliter dederunt per fustem Basilio filio Nicolai Calabri duas portiones quas habent in infrascribenda ipsorum domo, quam dixerunt possidere in terra Erasiorum in communi et indivisim cum eodem Basilio, qui aliam tertiam dictae domus partem possidebat indivisim cum illis, ut dixit, permutatam ex iusta conventione cum ipsis facta multis abhinc annis, et cum duabus illis domus partibus ius ingressus et egressus, aedium ambitum et tenimentum, integra omnia et omnino libera, pretio aureorum tarenorum centum generalis ponderis. Quos tarenos centum dicti fratres germani asseruerunt sumpsisse et recepisse a praedicto Basilio in proprias manus integros et bene ponderatos pro iusto et definito pretio earumdem duarum portionum praefatae domus. Et dicta domo se prorsus abdicantes tam ipsi quam eorum heredes, eam memorato emptori omnino tradiderunt, eique potestatem dederunt tenendi, habendi et possidendi abhinc et in perpetuum in eius potestate et dominio, ut ei liceat vendere et facere in ipsa et de ipsa quidquid voluerit. Et renunciantes exceptioni non numeratae pecuniae, doli, et fraudis, praescriptioni, et beneficio cuiuscumque iuris et consuetudinis, quod opponi possit praesenti instrumento venditionis, de consensu et in solidum stipulationi et obligationi propriorum bonorum assensi sunt, et promiserunt se legitime eum defensuros a quacumque persona et immunem praestituros ab omni lito ac

πράσιν στερεὰν ἔξουσι καὶ ἀσφαλῆ, ὑπὸ ποίνης αὐγουσταλίων ὀκτὼ, τῆς ποίνης ἀποφληθείσης ἢ οὔ, τῶν εἰρημένων μενόντων ἀεὶ ἀρραγῶν καὶ παγίων. περιορίζεσθαι δ' ἔφησαν τὸν εἰρημενον οἶκον, οὕτως. ἐξ ἀνατολῆς, οἶκος καὶ κήποι νοταρίου βασιλείου δυσκόμητος. δυσμῶν οἶκος μαρίας τοῦ παχαι. βορρᾶς οἶκος περεγρίνου μηχαλίτζη. καὶ νότου κήπος τῶν εἰρημένων ἀδελφῶν. Ὅθεν εἰς ὑπόμνησιν μέλλουσαν, καὶ διηνεκῆ ἀσφάλειαν τοῦ εἰρημένου ἀγοραστοῦ. αἰτησάντων πρατῶν τῶν εἰρημένων, καὶ συναινεσάντων πρὸς ἡμᾶς τοὺς εἰρημένους κριτὴν καὶ νοτάριον, ὡς εἰς οἰκείους αὐτῶν, ἐν τῷ γνῶναι μὴ εἶναι οἰκείους αὐτῶν κριτὴν καὶ νοτάριον, ἐποιήσαμεν αὐτοῖς ἔνθεν τὸ παρὸν ἔγγραφον, διὰ χειρῶν ἐμοῦ τοῦ εἰρημένου μαίστρου νικάνδρου πουυλίκου νοταρίου ῥηγίου. ὑπογραφὲν παρ' ἡμῶν ἰδιοχειρως. Ἐγράφη εἰς τὸ ῥήγιον, μηνὶ καὶ ἰνδικτιῶνι, τοῖς εἰρημένοις. ἔτει τοῦ κοσμου ϛψξϛ'.

† ιωαννης λεανδρου κριτης ρηγιου υπεγραψα.

† νικολαος υἱὸς ο τοῦ βαλδινερβίνου μαρτυρ.

† καὶ εγὼ θεοδωρος του γερμανίτου μαρτυρ ιδιοχειρός.

† καὶ ἐγὼ βασιλειος του μαβρικου. μαρτυρ υπεγραψα ἰδιοχειρὸς ὑπεγραψα.

† καὶ εγῶ νικολαος του θεοπριπου, ἰδιοχειρος μαρτυρ.

† καὶ ἐγῶ γεώργιος τοῦ ξυροῦ παρακληθεὶς ὑπεγραψα ἰδιοχειρός.

† καὶ ὁ προσημανθεὶς μαίστρος νικάνδρος πούυλικος νοταριος ῥηγίου ἔγραψα καὶ ὑπέγραψα.

molestia; et ut ratam firmamque habeant in perpetuum praesentem venditionem, poenae loco daturos augustales octo, et sive mulctati fuerint, sive non, maneant praedicta semper rata et firma. Hos vero dixerunt esse terminos praedictae domus: ad orientem domus et horti notarii Basilii Vicecomitis; ad occidentem domus Mariae Pachae; ad septentrionem domus Peregrini Michalitzi; ad meridiem hortus praedictorum fratrum. Quapropter ad futuram memoriam et perpetuam securitatem memorati emptoris, cum de consensu praedicti venditores rogassent (nos) supradictos iudicem et notarium tamquam eorum proprios, licet ipsi scirent nos non esse proprios eorum iudicem et notarium, ideo fecimus ipsis praesens instrumentum scriptum manu mei praedicti magistri Nicandri publici notarii Rhegini, et propria manu subscriptum a nobis. Scriptum Rhegii mense et indictione praedictis, anno ab orbe condito 6766.

† Ioannes Leander iudex Rheginus subscripsi.

† Nicolaus filius Baldinervini testis.

† Et ego Theodorus de Germanito testis propria manu.

† Et ego Basilius de Maurico testis propria manu subscripsi.

† Et ego Nicolaus de Theoprepo propria manu testis.

† Et ego Georgius de Xyro rogatus subscripsi propria manu.

† Et ego praenotatus Magister Nicander publicus notarius Rheginus scripsi et subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 93.)

CCC.

1265 — Mense Martio — Indict. VIII — Aëtae.

Andreas Agattileo cum uxore et filiis vendit Nicolao Comiti praedium, positum in agro Melissaroni in pertinentiis Aëtae, tarenis aureis decem.

(† σιγνον ἰδιοχείρως ἀνδρέου ἀγαττηλέοντος. † σίγνον) ἰδιωχείρος δομήνικας· συμβίου αὐτοῦ. † σίγνον ἰδιωχείρως ιωαννου υιου αυτου. † σιγνον ἰδιωχειρος νικολάου ετέρου υιου αὐτοῦ. † σιγνον ἰδιωχειρος ρωγεριου ετέρου υἱοῦ αὐτῶν.

† Signum propriae manus Andreae Agattileonis. † Signum propriae manus Dominicae uxoris eius. † Signum propriae manus Ioannis filii eius. † Signum propriae manus Nicolai alterius filii eius. † Signum propriae manus Rogerii alterius filii eorum.

(Ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμ)ῶν ἀμὴν. χρόνω τῆς θείας. σαρκώσεως. κυριου ἡμῶν ιησοῦ χριστοῦ· χιλιωστῶ. διακοσι(οστῶ ἑξηκοστῶ πέμπτω) κυριεύοντος. τοῦ ὑπερλάμπρου κυρίου ἡμῶν ρηγὸς μανφρέδου· θεοῦ χάριτι ρηξ συκελίας· αὐτοῦ (κυριώτητος εὐδόμω ἔτει. ἐπὶ ἔτους) ἑξακισχίλια ιυπτακόσια· ιυδομηκοντα τρία· μηνῆ μαρτίω τῆς ινδικτιωνος ὀγδόης. προ(λήψει. . . . . κριτῶν χώρας ἀετοῦ. καὶ νικολαου νοταριου ποβλυκου τῆς αὐτῆς χώρας· καὶ ἑτερων (καλῶν ἀνθρώπων παρακληθέντων κεκλη)θέντων κατωτερω εἰς μαρτυρας. εὐτύχους ἀμὴν, ἀναλάμυάνωμεν· τοὺς ἰδίους (ἡμῶν καὶ ξένους καὶ πάσαν πρόφασιν ἡμεῖς οἱ) ἀνωτέρω γεγραμμένοι. ανδρεας ἀγατιτηλεων· δομήνυκας· ἡμέτερα σύνζυγος. καὶ τὰ ρηθεντα προγραφέντα. ἀνωτέρω (οἱ τὰ σίγνα τοῦ τιμίου σταυροῦ) ἰδιωχειρως ποιήσαντες. ἑκουσία ἡμῶν τῆ βουλή καὶ ἀρεσκία. καὶ οὐκ ἐκ τινος· τῶ παράπαν ἀνάγκης· (ἢ βίας ἢ τῆς οἱασοῦν περιστάσεως· ἀλλὰ ὁλοψύ)χω καρδία. καὶ ἀληθινή γνώση· ἐκτὸς πασης ἀπυγῶρευμένης ετείας και παραγραφῆς. ὁμολωγουμεν (σωματικῶς ὅτι ἐπράσαμεν πρὸς σὲ) τὸν λέον κομιτα καὶ εἰς τοὺς σοὺς κληρονόμους. τῶ ἡμέτερον χωράφιον. ὀν κτώμεθα . . . . . ὄντα) καὶ διακήμενον. εἰς το κράτος χωρίου μελισσάρονου· περιχωρου αετοῦ. εἰς τοπον λεγώμενον παππ . . . . (περιοριζόμενον δὲ οὕτως ἀπὸ) ἀνατολας. καὶ δισμᾶς. ἀμπέλιον ρηθέντος ἀγωραστοῦ· αρκτου. ἀμπέλιον βασιλείου κομιτος. νοτίου. . . . . (τοῦτο τινυν) τῶ ρηθὲν χωράφιον, ὅσον καὶ οἷον ἐστὶ, ἔσω τοῦ ρηθέντος περιορισμοῦ, ὡς (εἴρηται ἐπράσαμέν σοι τῶ ρηθέντι λέοντι καὶ τοῖς σοῖς) κληρονόμοις δια χρυσούν ταρία δέκα· καὶ ταῦτα· τὰ ἠριμένα ταρία δὲκα (λαβόντες αὐτὰ ἀπὸ σοῦ εἰς) τὰς ἡμετέρας χείρας σώα δίκαια. καὶ ἀνέλληπη· ἐν δικαίω σταθμῶ· καὶ ἐδωσαμέν σει. εἰς τὸ (ρηθὲν χωράφιον σωματικὴν φώρεσιν καὶ) πεπιῆκαμέν σει· σωματικὸν ὅρκον. εἰς ταύτην τὴν τελείαν· καὶ πληρεστάτην (διάπρασιν τοῦ ἔχειν σε τὸ ρηθὲν χωρα)φιον μετὰ τῶν σῶν κληρονόμων. αἷς αεὶ εξ ημῶν· πουλειν· χαρίζην· ἀνταλλάττειν (καὶ εἰς προίκα τέκνων σου γράφειν καὶ ποιεῖν) ἐξ αὐτῶ· καὶ ἐν αὐτῶ ὅσον νούλη· ἀποτασσώμενος δε εγῶ ὁ προγραφῆς ανδρέας αγατιτηλεων (ἀπὸ τοῦ ρηθέντος χωραφίου πάση παραγραφῆ) καὶ ἀρωγῆ συνηθείων τε καὶ νόμου· καὶ τῶ βεληγειάνιον δόγμα· παντὸς κανονηκοῦ· καὶ πολητικοῦ (δι-

In nomine Domini nostri. Amen. Anno divinae Incarnationis Domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo sexagesimo quinto. Regnante illustrissimo domino nostro rege Manfredo, Dei gratia rege Siciliae, regni eius anno septimo, (*ab orbe condito*) sexmillesimo septingentesimo septuagesimo tertio, mense martio, indictione octava. Coram. . . . . iudicibus civitatis Aëtae, et Nicolao publico notario eiusdem civitatis, et aliis probis hominibus vocatis et rogatis testibus subscriptis feliciter amen. Nos supradicti Andreas Agattileo et Dominica coniux nostra et alii suprascripti, qui nomine propinquorum nostrorum et extraneorum in nos omnem praetextum suscipientes, superius signa honorabilis crucis propria manu exaravimus, spontanea nostra voluntate et consensu, nullaque omnino necessitate, vel vi, vel quavis circumventione, sed sincero animo, et certa scientia, absque ulla vetita causa et exceptione, personaliter declaramus vendidisse tibi Leoni Comiti tuisque heredibus praedium nostrum, quod habemus . . . . . situm et positum in agro Melissaroni, in pertinentiis Aëtae, loco qui dicitur Papp . . . ita circumscriptum: ab oriente et occidente est vinea memorati emptoris; a septentrione vinea Basilii Comitis; a meridie . . . . Hoc igitur praedium quantum et quale est, cum his confiniis, uti dictum est, vendidimus tibi memorato Leoni et tuis heredibus aureis tarenis decem; quos cum acceperimus a tuis in nostras manus integros, iustos, et non imminutos, ac legitimum pondus habentes, dedimus tibi dicti praedii corporalem possessionem, et personale iuramentum tibi praestitimus de hac perfecta et plenissima venditione, ut habeas memoratum praedium a nobis in perpetuum cum tuis heredibus, vendas, dones, permutes, in dotem filiorum scribas, et facias de eo et in eo quidquid volueris. Ego vero suprascriptus Andreas Agattileo renuncio quoad antedictum praedium cuivis exceptioni et subsidio consuetudinis et legis, nec non legi Velleianae et iuri canonico ac civili, quae

καίου τοῦ δυναμένου ἡμὶν βωηθήσειν εἰς) ἀκύρωσειν· ἀπὸκατάστασιν· ἡ μετάτραπὶν τῆς παρουσης πράσαιος· ὁς τὸ κύρος καὶ (τὴν ἐξουσίαν παρ' ἡμῶν λαβῶν μὴ κολυόμενος παρά τινος·) εγγιοὐμεθα δὲ καὶ τὴν νομηκὴν δεφενσιὼνα. καὶ ἡ μὲν φωραθεί (ποτε καιρῶ ἐξ ἡμῶν τις ἢ ἀπὸ ἀλλοτρίου τινος εἰς αὐτό) σε· οἱ τοὺς σοὺς κληρονομους ενοχλησαι βουληθει. μη (εἰσακουέσθω ἀλλ' ἡμεῖς καὶ οἱ ἡμῶν κληρόναμοι) στάμεθα. καὶ διεκδικὰν υμὰς αὐτῶ. ἐκ παντὸς προσώπου· ξένων τε (καὶ ἰδίων· εἰ δὲ καὶ εἰς ἀποτροπὴν ἐπκνέλθωμεν) ἵνε ἡμᾶς εἰς τῶ τῆς επιὸρκοίας ποινὴν· καὶ ὁμολογούμεν ζημιοὔσθω (μας ἐν τῶ ρηγικῶ φίσκω αὐγουστάλια εἴκοσι·) καὶ προς σὲ τὸν ρηθένθα ἀγωραστὴν καὶ σει κληρονόμους· τετραπλοῦν τὴν ρηθεισαν (ποσότητα τοῦ τιμήματος καὶ πάσας τὰς δικαίας) ἐξώδους· οὐχ ἐλαττον. εχειν σε. καὶ τῶ ρηθὲν χωράφιον. μετὰ τῶν σῶν κληρονόμων (καθότι αὐτὸ παρ' ἡμῶν ὤνηκας·) ἵ δ οὕτω στέργει καὶ ἐμμενει βεβαία. ἡ τιαὔτη δικαία πράσεις. ὀχυρὰ. καὶ ἀπαρα(σάλευτος ἄχρι στασεως κόσμου πρὸς σὲ) λέοντα κομιτα καὶ εις τοὺς σοῦς κληρονόμους. διῶ καὶ επϊγραφὲν. τῆ ἡμῶν παρακλησει. χειρὶ νι(κολάου νοταρίου πόβλικου ἀνωτέρω παρὰ τῶν προλεχθέντων κρι)τῶν. καὶ ετέρων καλῶν ἀνθρωπων μαρτυρωθὲν. ἐν ἔτει. μηνῆ καὶ ινδικτιωνι τῶν ἀνωτερω.

. . . . . τα ανωτερα μαρτυρω

. . . . . .

(*Testium nomina desunt in mutila membrana.*)

nobis prodesse poterunt ad infirmandam, dissolvendam vel subvertendam praesentem venditionem; nam tu dominium et potestatem a nobis accepisti sine cuiuslibet impedimento. Promittimus autem legitimam quoque defensionem; et si quacumque occasione quis apparuerit e parte nostra, vel e persona extranea, qui de antedicto praedio tibi, vel tuis heredibus molestiam inferre voluerit, ne exaudiatur; sed potius nos nostrique heredes obstabimus, ipsumque vobis defendemus ab omni persona extranea vel propinqua. Quod si hanc venditionem subvertere tentaverimus, incurramus in periurii poenam, et assentimur mulctari regio Fisco augustalibus viginti, tibique memorato emptori ac tuis heredibus quadruplo dictae quantitatis pretio, et omnibus iustis expensis. Atque nihilominus habeas suprascriptum praedium cum tuis heredibus prout a nobis emisti, et deinceps firma, stabilis, valida et inconcussa usque ad finem mundi permaneat tibi Leoni Comiti tuisque heredibus haec iusta venditio. Quare scripta est rogatu nostro manu Nicolai praedicti publici notarii, et aliorum proborum hominum testimonio roborata anno, mense et indictione suprascriptis.

. . . . . quae supra testor

. . . . . .

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 147.)

CCCI.

1265 — Mense Augusto — Indict. VIII.

Testamentum Lombardi Russi.

Ἐν ονόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ αγῖου πνευματος· καὶ δὶ κατᾶ τὸν αὐγούστον μήναν τῆς ενϊσταμένης ινδικτιωνος ἡ' εν τῶ ϛψογ'· ετει ρϊγέβοντος τοῦ ἐνδῶξωτάτου καὶ θεοτϊμιτοῦ ημῶν ριγος. κυροῦ μῶνφρείδου· θεου χάριτος σίκέλειας ριγος· ἔτως ευδώμου ευτοιχῶς ἀμῆν· επϊδιπερ ἀδιλον το τοῦ θανατου πέρας. τοῖς πασιν ανθρωποις καθεστηκει. καῖ οὔδ ἀσφαλῆς επίστατε τῆν ὥραν ἡ τῆν ἡ-

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Mense augusto, praesenti indictione VIII, anno 6773, regnante gloriosissimo et piissimo rege nostro domino Manfredo, Dei gratia Siciliae rege, anno septimo, feliciter amen. Quum incertus mortis adventus cunctis hominibus statutus sit, eosque lateat hora vel dies ipsorum obitus, ego Lombardus Russus cum in gravissimum morbum inciderim, mortis falcem

μεραν τῆς εαυτοῦ τελευτῆς. ὁθεν καγὼ λοῖμβαρδος ρουσσος, νῶσο βαριτατω περιπεσῶν· καὶ πτωούμενος τὴν τοῦ θανάτου δρεπανον· εἰῶς ὥτε τον νοῦν καὶ τᾶς φρένας ἐρρωμένας ἐχω. καὶ τὸ τοῦ θανάτου ἄορον τέλος πτῶουμενος· θέλω διαταξασθαι τα κατ εμε οὕτως. ἐν πρῶτοις τυπῶμαι καὶ πιῶ ἐμὸν κλειρονώμον· τὴν ἐμῆν θυγατέρα κυρυραν κλημεντζειαν· καῖ τα τέκνα αὐτῆς, εἰς ἅπασαν τὴν ἐμὴν στάσιν· τῆν ἐκ πατρικεῖς. καὶ μητρικείς μου κλήρονῶμίας. καὶ εἰς τας ἐμὲ ἀγωράς· καὶ ἐμὰ κερδήματα· καὶ εἰς ἅπαντα· τα ἐφαρμῶζωντα ἐμα δικαὶωματα· ἅπερ εχῶ νῦν. καῖ μέλλει ημοῖν διαφέρην. ὁποῦ δ ἀν εἰσὶν καὶ ὥσά εἰσὶν· εσῶ εν τη χῶρα καταντζαριου· χῶρας σήμερι· καὶ διακρατῆσεως αὐτῶν· καὶ ἀλλαχοῦ· ἀπο τε ὡσπῖτιων· εικωτοποιων. κυπων· αμπελων· χῶραφιων· ἡμερῶδενδρων· καὶ αὐτῆ θέλω. καὶ κελεύω· τοῦ δοῦναι εἰς χεῖρας τῶν ἐμῶν επὶτρόπων· χρυσοῦν ὀνκείας πένται· καὶ αὐτα διανεμέτωσαν αυτῶν ὑπερ ψυχηκεῖς μου σωτηριας· εἰς πασαν ἐμῆν εξωδον· τὴν ἡμεραν του ενταφϊασμου μου· εἰς πρειτεννατον σεράκωστον καὶ χρώνιον· χρεοστῶ σὺ μὲν ὀρκάδιω βαμβάκω. ακωπα. λυθαρια εξηκώντα· ὀσάπτως χρεῶστήμαι· ταρία τέσσερα· εγγηητα βαρθῶλωμαίω του μιλήτου· χρεοστὴμαι· σάπατω ἰουδαιος. χρυσοῦν ὀνκίας οκτώ. εκ την εἰκείωσιν· ἐν ῶ μῖ ἔθετο πρὸς τὸν κυρον γαλτέριον φρανκείσκον· χρεοστήμαι· κῶσταντίνω υιω πρεσβυτερου βασιλειου πασχάλου. ταρία ἐξαι· ἀφιω αὐτοῦ. ἀπ αυτῶν τῶν ταριων· ταρια τέσσαρα. χρεοστήμαι μαιστορω ιωαννη φασσας. ταρία δέκα πεντε· εκ του ξύλου. ἐν ῶ ἐμελλε μι δοῦναι· στέργω καῖ επικυρῶ· τὴν δῶραιαν· ἐν ῶ ἔδωσα ἐν λόγω δῶσίματος. θεοδωτη. θυγατρι της καλῆς· καθῶς ἡ προῖξ αὐτης διλεῖ. κρένω της μιτρὸς αυτης της καλῆς. βωοίδιον ἐν. ἡτε ἄρριν· ἡτε θυλον· ἀφίω τοῦ νικολάου υἱοῦ της μαρίας μαύρεις· βῶοιδιον ἐν· εξ ῶν μι ἐδούλευσεν· κρένω καὶ αφίω τῆς ειριμένης καλεῖς. τοῦ γλϊκῶμάχρου· καὶ τοῦ ριθέντος νικολάου υιοῦ μαριας τῆς μαυρεῖς· το αμπέλιον σὺν τοῦ χῶραφιου· εν ω ἔχω αυτὸ εἰς ανταλλαγῆν· παρα τοῦ μαιστορος βασσάλλου· τοῦ μιρασιου αυτοῦ εξ ἴσος· ἐμίος ἀφίω της ειριμένης καλεῖς· το ἐμὸν κρεβαττοστρώσιον· καθῶς ὑπάρχει με σάγκον ἐν· ματαράτζον ἐν κουπέρτούρειν ἐν· καὶ ἐν ζευγαρι λεντζούλων· εἶν αμπέλιον· ὑπάρχει εἰς τὴν κράτησιν καταντζαριον· ἐν τοπω λεγωμένω σχεκω· πλησιον αμπέλου· μαίστορος

metuens, dum mentis animique compos sum, incertum mortis adventum pertimescens, volo disponere de rebus meis hoc modo. In primis instituo et facio meam heredem filiam meam dominam Clementiam, et ipsius filios in omnibus bonis meis paternae et maternae hereditatis meae, et in iis quae emi et lucratus sum, atque in omnibus iuribus quae ad me pertinent, quaeque nunc habeo, et quae habiturus sum, ubicumque ea bona extent, et quanta sint in civitate Catacii, in civitate Simeris, et in agris ipsarum, et alibi, videlicet aedificia, domus, horti, vineae, praedia, arbores fructiferae. Volo et mando ut dentur in manus meorum executorum testamentariorum aureae unciae quinque, quae ab iis erogentur ob meam spiritualem salutem pro expensis in die meae sepulturae, tricenario, quadraginta missis et anniversario. Debeo vero tibi Arcadio Bambaco lapides rudes sexaginta. Item debeo tarenos quatuor promissos Bartholomaeo de Mileto. Debeo Sabbato Iudaeo uncias aureas octo ob familiaritatem, quam mihi conciliavit cum domino Gualterio Francisco. Debeo Constantino filio presbyteri Basilii Paschalis tarenos sex, e quibus ei quatuor relinquo. Debeo magistro Ioanni Fassae tarenos quindecim propter ligna quae mihi dare debebat. Confirmo et ratum habeo munus, quod doni caussa tribui Theodotae filiae Calae, uti patet ex eius tabulis nuptialibus. Lego matri ipsius Calae bovem unum, sive masculum sive feminam. Relinquo Nicolao filio Mariae Maurae bovem unum propter servitia quae mihi impendit. Lego et relinquo dictae Calae de Glycomacro et dicto Nicolao filio Mariae Maurae vineam cum praedio, quam in permutationem accepi a magistro Vassallo, pariter inter eos dividendam. Item lego dictae Calae meum lectum, qualis est cum sacco uno, culcita cum stragulo uno, et pari uno linteorum. Vinea quidem extat in agro Catacii, in loco dicto Scheco, prope vineam magistri Nicolai Scaramangi. Relinquo dictae Calae scrofas duas, porcellum unum et asellum unum. Item confirmo et ratam habeo dispositionem, quam feci Riccardo filio Thomae de domina Alisea, uti ex instrumento pro

νικολάου σκάραμαγγου· ἀφίω της εἰριμένης καλῆς· σκρουφαις δυο. δελφάκα ἐν· ὀνοίκον ἐν. ὁμιως στέργω καὶ επικυρω τὴν κατάθεσιν· ὅπερ επίεισα του ρίγκάρδου· υἱοῦ θωμᾶ της κυρᾶς αλίσας· καθως καὶ το ἐνγραφον αυτοῦ διλεῖ· ἔχω πρῶβατων κέφαλα τετράκῶσια· κρίνω ἀπ αυτῶν· κεφαλᾶ δἰακῶσια πέντηκωντα· καὶ τα δυο μερη· ἀπό τοῦ καρποῦ καὶ μουσταρι. του πραθείτωσαν ὑπῶ τῶν ἐμῶν επιτρῶπων. καὶ το τίμιμα αυτου διανεμέτώσαν ὑπερ ψυχηκείς μου σοτηριας· τα δε εναπῶμένωντα πρῶβατα. καὶ τῶ τροιτον μέρος του καρποῦ καὶ μουσταρι. ἀφίω αυτὸ. τὴς ειριμένης κυρᾶς κλημέντζηας εμῆς θυγατρος. καὶ εμος κλειρονόμος· ἀπο δὲ των εἰριμενων πρῶβάτων κρένω της εἰριμένης καλῆς κεφαλα δέκα της θυγατρος αυτης θεοδωτης· κεφαλα δέκα· καὶ του ριθεντος νικολάου υἱου της μαριας· κεφαλα δέκα· ἀφίω βαρθωλομαίω γαμυρω της εἰριμενης καλῆς· ὀνοίκον ἐν. καὶ ἐν ὀνοίκον αφίω δἰα τὴν ἐμην ψυχην. το δ ἄλλον ὀνοίκον το καλλειον ἀφιω τις ἐμῆς θυγατρός· ἀφιω του ριθεντος νικολάου· τρακτουραν μίαν· καὶ τῆς θεοδώτης. τρακτουραν μίαν· ὁμίος αφιω αὐτης σὺν της μιτρος αυτης καλῆς ἀπο του καρπου· μοδια δέκα. το δύμιρον σιτιρου· καὶ το τρειτον κριθιρου· αφιω της εμῆς ανεψειας τῆς βλανκας. πρῶβατων κεφαλᾶ δέκα· αφιω της θυγατρος λαυδο / ἐμου ἀδελφου· κρεβαττοστρωσιον ἐν· αφιω εις τούς αδελφους μινοῦρίους κατωντζαριου· ταρία δέκα πεντε· εις τας ωπερας της επισκοπῆς ταρία δέκα· δἰα ἱερούργεῖν· χρυσῶν ὀκκεῖας τρεῖς· εις τον ναόν του ἁγίου νικολαου σἰκύλλου ταρια τέσσαρα· εις τον αγιον βασῖλειον του μούρμερου· ταρία δυο. εις τας ωπερας αγιου γεωργιου ταρὶν ἐν· εις την αγίαν θεοτοκον του καθιτζούνου ταρὶν ἐν· εις την αγιαν θεοτοκον του περἰυόλου ταρῖν ἐν· εις την μωνήν αγίου λεοναρδου ταρια τέτσαρα· εις την ωπεραν μωνῆς αγίου φιλιππου ταρια δυο· της ειρημένης καλῆς αυγουσταλιον ἐν· δἰά το μαντέλλον τοῦ υἱοῦ αυτης· καὶ ετερα ταρία τρεία· εν ω εδώσαμεν αὐτά εἰς δανον· πρεσβυτερου πετρου τζανγαριωνου ταρια δυο· πρεσβυτερου ἐνρίκου ταρια δυο· νοταριου ιωαννου νοταριου μαυρικου· ταρια δυο· καὶ μα τὴν θειαν χάρην καὶ φῶβεράν φρἰκῶδη τέλειωμα τῶ νωῖ καὶ τῶ φρῶνειματι εἴπω: ἀφίω επιτρῶπεύωντας ταύτα. τὸν κυρον βαρθολομαιον τοῦ κυροῦ βαλδίνου. κυρον γουλιελμον της ρώγκας. καὶ λοῦκα σινον εμόν γαμυρον· ἵνα ὁς τοῦ θεοῦ τόν φόβον εχωντες

eodem condito eruitur. Habeo ovium capita quadringenta. Lego ex iis ducenta et quinquaginta pro spirituali mea salute, et pretium duarum partium fructuum et musti a meis testamentariis executoribus vendendorum, reliquas vero oves et tertiam partem fructuum et musti relinquo dictae dominae Clementiae meae filiae et heredi. Ex praedictis autem ovibus lego dictae Calae decem, filiae ipsius Theodotae decem, et dicto Nicolao Mariae filio decem. Lego Bartholomaeo genero dictae Calae asellum unum, et alterum relinquo pro anima mea, alterum vero asellum pulcriorem relinquo filiae meae. Relinquo dicto Nicolao tracturam unam, et Theodotae tracturam unam. Item relinquo ipsi et matri suae Calae ex frugibus modios decem, quorum dimidiam partem frumentum, et alteram dimidiam partem hordeum. Relinquo consobrinae meae Blancae oves decem. Relinquo filiae Landi fratris mei lectum unum. Relinquo Fratribus Minoribus Catacii tarenos quindecim; pro operis episcopatus tarenos decem; pro sacris officiis aureas uncias tres; templo sancti Nicolai Sicilli tarenos quatuor; sancto Basilio de Murmero tarenos duos; pro operis sancti Georgii tarenum unum; sanctae Deiparae de Catitzuno tarenum unum; sanctae Deiparae de Horto tarenum unum; monasterio sancti Leonardi tarenos quatuor; pro operis monasterii sancti Philippi tarenos duos; dictae Calae augustalem unum pro penula filii ipsius, et alios tarenos tres quos ei mutuatus sum; presbytero Petro Tzangariono tarenos duos; presbytero Henrico tarenos duos; notario Ioanni filio notarii Maurici tarenos duos. Et per divinam gratiam, ac metuendum et horribilem (*vitae*) finem (*sana*) mente et intellectu (*ita*) aio. Relinquo executores huius testamentariae dispositionis dominum Bartholomaeum filium domini Baldini, dominum Gulielmum de Ronca, et Lucam Sinum generum meum, ut, quippe qui Dei metum habeant in suo corde, recte procurent quae sunt a me disposita, et de hac re rationem reddant pro

εν τη καρδια αυτων· καλως διϊηκωνίσωσιν τα κατ εμέ διϊαταχθεντα· καὶ λογον δουναι ἐκ τοῦτου ὑπερ εμε ἐν ημέρα κρϊσεως. ὥστϊ σῶας καὶ ἐρρωμενας ἐχω τας φρένας καθως εἰριται διετεθη· καὶ ἡ παρουσα διϊαταξις· μενέτω στερρᾶ· βέβαιος καὶ απάρασάλευτος αἷς αεὶ μέχρι τερμάτων αιωνων· καὶ εἰ τις δ ἀν φαιη· βουλειθης ελθεῖναι εξ εναντίας αυτῆς· του μὶ ϊσακοὺέσθω· καὶ ἐὰν ἡ ρϊθησα διάταξις· οὐ χρϊζεσθω· οὐ δὲ ϊσακουέσθω· ὁς εμη διαθήκη. θέλω τοῦ χρϊζεσθαι καὶ ϊσακοὺεσθαι· ἐν παντι τρώπω. μετά της ἐμῆς απώβειώσεος· του βείου τούτου· στεῖκωντε και μενέτω η ρϊθησα κυρα κλειμέντζεια. ἐμὸς νομικός κλειρῶνώμος· ὁς ἀνωτέρω ἐφημεν· ἐν παρουσια τῶν παρευρεθέντων μαρτυρων. οσαυτως αφιω της λεονορας· γηνης μαιστορος ϊουλιανου· πρῶβατων κεφαλα δέκα.

† Ego Rogerius de Cusencia iudex Catanzarii interfui et rogatus subscripsi.

† Ego Iohannes francigena medicus rogatus subscripsi.

† Ego Bartholomeus de domino baldi interfui et rogatus subscripsi.

† Ego Jacobus Theatinus interfui et rogatus subsripsi.

† εγῶ βαρθολομαιος τοῦ μιλήτου· παρευρεθεῖς καὶ παρακλειθεις μαρτυρῶ διὰ τοῦ εμοῦ σταυρου.

† ἐγῶ θωμᾶς μαθαρος· παρευρεθεῖς καὶ παρακλειθῖς μαρτυρῶ διὰ τοῦ ἐμοῦ σταυροῦ.

† ἐγράφη ἡ παρουσα διάταξις χειρὶ ἐμοῦ νοταρίου ιωάννου νοταρίου μαυρικοὺ. ποὺπλεικου νοταρίου πόλεως καταντζαριου· του ἔτους· μηνη καὶ ινδικτιωνος της ἀνωτέρω.

me in die iudicii. Quae sana et valida mente, uti dictum est, disposita sunt, et praesens testamentum maneat firmum, validum et inconcussum semper usque ad finem seculorum. Si quis autem insurgat volens ipsi adversari, ne exaudiatur. Et si dicta dispositio vim ac robur non sortiatur tanquam meum testamentum, mando ut valeat et vim nanciscatur quocumque modo post meam ex hac vita migrationem, et dicta domina Clementia sit et maneat mea heres legitima, uti supra diximus. Coram testibus qui interfuerunt. Item relinquo Eleonorae uxori magistri Iuliani oves decem.

† Ego Bartholomaeus de Mileto interfui rogatus, et testor per meam crucem.

† Ego Thomas Matharus interfui rogatus, et testor per meam crucem.

† Scriptum est praesens testamentum manu mea notarii Ioannis filii notarii Maurici, publici notarii civitatis Catacii, anno, mense et indictione supradictis.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 148.)

CCCII.

1266 — Mense Iunio — Indict. IX — Aëtae.

Thomasius de Cyninia vendit notario Paulo Fitzurri praedium Aëtae positum in loco dicto Sancta Parasceve tarenis aureis quindecim.

† σιγνον ιδιωχειρος τοῦμασιου κυνοινης.

Ἐν ονόματι του αιωνίου ἡμῶν θεοῦ ἀμήν. χρόνω τῆς· θείας σαρκώσαιος κυροῦ ἡμῶν ιησοῦ χριστοῦ·

† Signum propriae manus Thomasii de Cyninia.

In nomine aeterni nostri Dei. Amen. Anno divinae Incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo

χιλιώστω διακοσιωστω· εξικωνστω. καὶ ἑκτῶ· κυρίεύοντος· τοῦ κυροῦ ἡμῶν κάρουλλου· ριγὸς συκέλιας· δουκατου ἀπουλιας. πρινκηπατου κάπουας· ἀνδεγαβήας· διἀκρατήσαιος· καὶ φουλκάριας κόμιτος· ἔτει τῆς αὐτοῦ κυρϊῶτιτος· πρότω ετει· εὐτύχους ἀμὴν, επὶ ετους ἑξακϊσχίλια. ωπτακόσια εὐδομήκοιτα τέσσαρα· μηνῆ ἰουνιω τῆς ινάτης ινδικτιωνος. προλήψει. ρογεριου τῆς βαληλογγης. καὶ νοταριου ρικκάρδου νίκης· κριτῶν χώρας αετοῦ· καὶ νικολαου νοταριου ποβλήκου ἑαυτῆς χώρας· καὶ ετέρων καλῶν ανθρωπων παρακληθεντων· κεκληθεντων κατωτέρω εἰς μαρτυρας, ἀναλαμβάννω τοὺς ἰδίους ἐμοῦ καὶ ξένους καὶ πασαν πρόφασιν. ἐγῶ ὁ προγραφῆς τοῦμάσις κυνηγίας· αἰ τῶ σύγνον τοῦ τιμιου σταυρου ἰδιωχείρος ποιήσαντες. ἑκουσία ἐμοῦ τη νουλη και αρεσκια· και ουκ ἐκ τινος τῶ παραπαν ἀνάγκης· ἡ βήας· ἡ τίας οὖν περιστασεως· ἀλλα ὁλοψύχω καρδία καὶ ἀληθηῆ γνόσει. ἐκτὸς πασης απυγωρεὐμένης ετείας καὶ παραγραφῆς· ὁμωλογω σωματικὸς ὁτι ἔπρασα. προς σὲ τον νοταριον παύλον φιτζουρρην. καὶ εἰς τοὺς σοὺς κληρονόμους. τῶ ἡμετερον χωραφιον· ὁν κτώμε· ἐκ πατρικῆς ἡμῶν κληρονομίας. ὁντι καὶ διἀκήμενον· εἰς τὸ κρᾶτος χώρας ἀετοῦ. λεγώμενον τώπον. ἀγίας παρασκεβῆς· περιόριζώμενον δὲ αυτῶ ουτως. ἀνατολας. δυσμὰς. καὶ αρκτου τῶπως. καὶ χωραφιον. παιδων. στεφανου νικηφώρου. ἀπο δὲ μεσυμβρίας. τῶ χωραφιον κήκουλου. καὶ συγκλήει. τούτο τίνην. τω ρηθεν χωράφιον ὁσον καὶ οἷον ἐστὶν. ὅσω τοῦ ρηθεντος περιόρυσμοῦ επρασά σει. τῶ ρηθεντι νοταριω παύλω. καὶ τοῖς σοῖς κληρονόμοις. διὰ χρυσοῦν ταρία δεκα πέντε· καὶ ταύτα τα ηρημένα ταρία πεντε και δὲκα τοῦ χρυσοῦ λαβόντες αὐτὰ απὸ σοῦ εἰς τᾶς ἡμετερας χείρας. σωα δίκαια καὶ ἀνέλληπη· ἐν δικαίου σταθμῶ. καὶ ἔδωσά σει εις το ρηθεν χωράφιον σωματικην φώρεσιν. καὶ πεπειὴκά σει. σωματικον ὅρκον. εἰς ταῦτην την τέλειαν. καὶ πληρεστάτην διαπρασειν, τοῦ ἔχειν σε τὼ ρηθεν χωράφιον· μετὰ τῶν σῶν κληρονόμων. αἰς ἀει εξ εμοῦ. πουλὴν. χαρίζην. ἀνταλλαττειν. καὶ εἰς προίκα τέκνων σου γραφην. καὶ ποιειν εξ αυτου και εν αὐτῶ ὅσον βουλη. ἀποτασσώμενος δε εγῶ ὁ ρηθης τοῦμασιος. απὸ τοῦ ρηθεντος χωραφίου· πασης παραγραφὴς καὶ ἀρωγὴς συνηθειῶν τε καὶ νόμου παντὸς κανωνικοῦ. και πολητικοῦ δικαίου· τοῦ δυναμένου ἐμὴ βωῆθησαι· εἰς ἀκύρωσιν, ἀποκατάστασιν ἡ μετάτραπὶν τῆς παρουσης πρασαιως.

ducentesimo sexagesimo sexto, regnante domino nostro Carolo, rege Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Capuae, Andegaviae dominationis et Forcalquerii comite, anno primo ipsius regni feliciter amen; anno ab orbe condito sexmillesimo septingentesimo sexagesimo quarto, mense iunio, indictione nona. Coram Rogerio de Vallelonga et notario Riccardo Nice, iudicibus civitatis Aëtae, et Nicolao publico notario eiusdem civitatis, atque aliis probis hominibus vocatis et rogatis testibus subscriptis. Ego praenominatus Thomasius de Cyninia, qui nomine propinquorum meorum et extraneorum in me omnem praetextum suscipiens, signum honorabilis crucis propria manu exaravi, spontanea mea voluntate et consensu, nullaque omnino necessitate, vel vi, vel quacumque circumventione, sed sincero corde et certa scientia, absque ulla vetita caussa et exceptione, declaro personaliter vendidisse tibi notario Paulo Fitzurri et tuis heredibus praedium meum, quod habeo ex paterna mea hereditate, situm et positum in agro civitatis Aëtae, loco dicto Sanctae Parasceves. Hos vero habet confines: ab oriente, occidente et septentrione locum et praedium filiorum Stephani Nicephori; a meridie praedium Ciculi, et clauditur. Hoc igitur memoratum praedium quantum et quale est, hisce finibus circumscriptum, vendidi tibi antedicto notario Paulo et tuis heredibus aureis tarenis quindecim; quos cum acceperim a tuis in manus meas integros, iustos, non imminutos ac legitimum pondus habentes, dedi tibi corporalem possessionem antedicti praedii, et personale iuramentum tibi praestiti de hac perfecta et plenissima venditione, ut habeas a me praefatum praedium cum tuis heredibus in perpetuum, vendas, dones, permutes, in dotem filiarum tuarum inscribas, et facias de eo et in eo quidquid volueris. Ego vero dictus Thomasius renuncio quoad memoratum praedium cuivis exceptioni et subsidio consuetudinis et legis canonicae et civilis, quod mihi prodesse poterit ad infirman-

ός τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ἐμοῦ λαβόν. μη κολυόμενος παρά τινος. εγγιούμεθα δε καὶ τιν νομικην δεφενσίωνα. καὶ ἡ μεν φωραθη ποτε κερω εξ εμοῦ τίς. οἱ ἀπο αλλωτριου τινος εἰς αὐτῶ σὲ· οι τοὺς σοὺς κληρονόμους ἐνοχλήσαι βουληθη μὴ ὑσακουσθητο. ἀλλ εγω και ἡμετεροι κληρόνομοι. σταμεθα. καὶ διἐκδικᾶν ἡμᾶς αὐτῶ ἐκ παντος προσωπου ξένων τε καὶ ιδιων· ι δε καὶ εἰς ἀποτροπὶν επανέλθω ἵνε με εἰς τῶ τῖς επἰορκίας ποινην. καὶ ὁμολογῶ ζημιούσθω με εν τῶ ρηγικῶ φίσκω αὐγουστάλια ηκωσει. καὶ προς σὲ τὸν ρηθέντα ἀγωραστην. καὶ σεῖ κληρονόμους τετραπλᾶν, τὴν ρηθησαν ποσῶτιτα τοὺ τιμίματος. καὶ πάσας τάς δικαίας εξωὑους. οὐχ ἑλαττον. ἔχειν σε καὶ τῶ ρηθὲν χωράφιον μετὰ τῶν σῶν κληρόνόμων. καθάτι αὐτῶ παρ ἡμῶν ὕποικας. ἵ δ ουτω στέργει. καὶ ἐμμενει βαιβέκ· ἡ τιαὕτη δικαία πράσεις· ὠχειρὰ. καὶ ἀπαρασάλευτως ἀχρι στασεως κόσμου. προς σὲ τὸν ἠρημενον νοτάριον παὕλον. καὶ εἰς τοὺς σοὺς κληρονόμους. καὶ διἀδόχους. διῶ καὶ επἰγραφὲν, τῆ ἡμῶν παρακλησει. χειρὶ νικολαου νοταριου πόβλυκου. ἀνωτερω. παρα των προωλεχθέντων κριτῶν. καὶ ἑτερων κάλων ἀνθρώπων μαρτυρωθὲν. εν ετει μηνὴ καὶ ινδικτιωνι τῶν ἀνωτερω.

† εγὼ ρογεριος τῆς βαλυλογγης. κριτης χώρας ἀετοῦ. τα ἀνωτερα μαρτυρω.

† ἐγω νοταριος ριγκάρδος νίκης καὶ κριτης ἀετοῦ. τα ανοτερα μαρτυρω.

† νικολαος νοταριος ταβουλαριος ποβλικος χωρας αετου πρὸς πιστωσιν ἰδιωχειρως ἔγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 149.)

dam, dissolvendam, vel subvertendam praesentem venditionem; nam tu dominium et potestatem a me accepisti, sine cuiuslibet impedimento. Promitto vero legitimam quoque defensionem; et si quavis occasione quis apparuerit ex parte mea, vel ex persona extranea, qui de antedicto praedio tibi vel tuis heredibus molestiam inferre voluerit, ne exaudiatur, sed ego et heredes mei obstabimus, ipsumque tibi defendemus ab omni persona extranea vel propinqua. Quod si (*hanc venditionem*) subvertere voluero, incurram in periurii poenam, et assentior mulctari regio Fisco augustalibus viginti, tibique memorato emptori tuisque heredibus quadruplo dictae quantitatis pretio, et omnibus iustis expensis; atque nihilominus habeas memoratum praedium cum tuis heredibus, prout a me emisti. Et deinceps firma, valida et inconcussa usque ad finem mundi permaneat tibi antedicto notario Paulo tuisque heredibus ac successoribus haec iusta venditio. Quare rogatu nostro scripta est manu Nicolai praedicti publici notarii, praefatorum iudicum et aliorum proborum hominum testimonio roborata, anno, mense et indictione suprascriptis.

† Ego Rogerius de Vallelonga iudex civitatis Aëtae quae supra testor.

† Ego Notarius Riccardus Nices iudex Aëtae quae supra testor.

† Ego Nicolaus notarius et tabularius publicus civitatis Aëtae ad fidem propria manu scripsi.

CCCIII.

1266 — Mense Augusto — Indict. IX — Aëtae.

Anna Matzarella, assentiente Matthaeo eius viro et mundualdo, vendit notario Paulo Fitzurri praedium situm in agro Aëtae loco dicto de Zerbo tarenis aureis tribus et viginti.

† σίγνον χειρὸς ἄννης· θυγατρὸς τοῦ ἀποτυχόντος. κωνσταντίνου ματζαρέλλου: † σίγνον χειρὸς ματθαίου ἀνὴρ αὐτῆς, προκουράτωρ καὶ μουνδουάλδος αὐτῆς.

Ἐν ὀιόματι τοῦ αἰωνίου ἡμῶν θεοῦ ἀμὴν. από τοὺ ἐνσἄρκου σωτηριώδου κυροῦ ἡμῶν ιησοῦ χριστοῦ· χι-

† Signum manus Annae filiae defuncti Constantini Matzarelli. † Signum manus Matthaei viri ipsius, procuratoris et mundualdi eius.

In nomine aeterni nostri Dei. Amen. Anno a salutari Incarnatione domini nostri Iesu Christi mille-

λιωστῷ διακοσιωστῷ ἑξικωστῷ καὶ ἕκτῳ· κυριεύοντος τοῦ κυροῦ ἡμῶν κάρουλου· ρηγὸς σικελίας· δουκὸς ἀπουλης· πρινκηπάτου κάπουας· ἀνδεγαβίας διακρατήσεως· καὶ φουλκαρίας κόμιτος· ἐτι τῆς αὐτοῦ κυριώτιτος προτω ἔτει ἀει ἀμὴν. μηνῆ αὐγούστω τῆς ἐννάτης ινδικτιωνος· παρουσία ρογεριου τῆς βαλληλονγγης. καὶ νοταριου ρηγκάρδου νίκης· δικαστῶν χώρας ἀετοῦ· καὶ νικολάου νοταριου πόβληκου ἐκυτῆς χώρας. καὶ ἑτέρων καλῶν ἀνθρωπων παρακληθέντων κεκληθέντων κατωτέρω εἰς μάρτυρας· ἀναλαμβάννω τοὺς ἰδίους ἐμοῦ καὶ ξένους. καὶ πάσαν πρόφασειν. ἐγῶ ἡ προγραφήσα ἄννα· θυγάτυρ τοῦ ἀποτυχόντος κωνσταντίνου ματζαρέλλου. μετὰ βουλῆς στέρξεως καὶ θελήματος· ματθαίου τοῦ τουμάσιου βενεδίττου. ἡμέτερος ἀνὴρ νομίμος. προκουράτωρ ἐμῆς καὶ μουνδουάλδος· ἡ τὰ σύγνα τοῦ τιμίου σταυροῦ ἰδιωχειρως ποιήσαντες. ἑκουσία ἐμοῦ τῆ νουλή. ἅμα καὶ τοῦ ρηθέντος ἡμετερου προκουράτορος καὶ μουνδουαλδου. και οὐκ ἐκ τινος τῶ παράπαν ἀνάγκης. ἡ βίας. ἡ χλεύης. ἢ ραδιουργίας. ἡ φάκτου ἀγνίας. ἡ τίας οὖν περισταστεως. ἀλλὰ ὁλοψύχω καρδία καὶ ἀληθηνῆ γνώσει. ἐκτὸς πασης ἀπυγορευμένης ετίας καὶ παραγραφῆς. ὁμολογῶ σωματικῶς. ὅτι ἔπρασα προς σὲ τὸν νοτάριον παῦλον φιτζουρρὴν. καὶ εἰς τοὺς σοῦς κληρονόμους. τῶ ἡμέτερον χωράφιον· ὃν κτώμε ἐκ μητρικῆς μου κληρονομίας. τὸ ὄντι καὶ διάκήμενον εἰς τὸ κράτος χώρας ἀετοῦ. περιχωρου βροτζαρίων. εἰς τόπον λεγώμενον τοῦ ζερβοῦ. περιόριζώμενον δὲ αὐτῶ οὕτως. κατα μὲν ἀνατολῆς τῶ χωράφιον φάζλη. καὶ απὸ δυσμᾶς ἢ ὁδὸς ζερβοῦ. απὸ δὲ βορινοῦ τῶ χωράφιον κόρτης ἀετοῦ. ἐκ δὲ τοῦ νοτίου μέρους τῶ χωράφιον, ρηθέντος ἀγωραστοῦ. ὅπερ εχει ἀγωράν εκ τὴν γρούσαν. γυνὴν. νικολάου ρικημούδου. καὶ συγκλῆει· τούτο τύνν τῶ ρηθὲν χωράφιον. ὅσοι καὶ οἷον ἐστὶν. ἕσω τοῦ ρηθέντος περιόρισμοῦ ἐπρασάσει αὐτῶ καὶ τοῖς σοῖς κληρονόμοις διὰ χρυσοῦν ταρία. ἤκοσει καὶ τρία. καὶ ταύτα τὰ ἠρημένα ταρία τρία καὶ ἤκοσει τοῦ χρυσίου· λαβόντες αὐτὰ ἀπο σοῦ εἰς χύρας ἡμετέρας. σώα δικαια καὶ ἀνέλλληπη ἐγκαθαροῦ χρυσίου. ἐν δίκαιω σταθμῶ. καὶ ἔδωσά σει. εἰς το ρηθὲν χωράφιον σωματικην φόρεσιν καὶ πεποίηκά σει σωματικὸν ὅρκον. εἰς ταύτην τὴν τελίαν καὶ πληρεστάτην διάπρασειν. τοῦ ἔχειν σε τὸ ρηθὲν χωράφιον. μετὰ τῶν σῶν κληρονόμων αἷς ἀεὶ εξ εμοῦ· πουλειν. χαρίζην ἀνταλλάττειν. καὶ ἧς προίκα τέκνων

simo ducentesimo sexagesimo sexto, regnante domino nostro Carolo rege Siciliae, duce Apuliae, principatus Capuae, Andegaviae ditionis et Forcalquerii comite, anno eius dominationis primo semper amen; mense augusto, nona indictione. Coram Rogerio de Vallelonga, et notario Riccardo Nice, iudicibus civitatis Aëtae, et Nicolao notario publico ipsius civitatis, et aliis probis hominibus, qui infra vocati et rogati sunt testes, nomine quidem propinquorum meorum et extraneorum suscipiens in me quemcumque praetextum, ego Anna antedicta filia demortui Constantini Matzarelli, voluntate, auctoritate et consensu Matthaei filii Thomasii Benedicti, viri mei, legitimi procuratoris et mundualdi mei, quae signa honorabilis crucis propria manu exaravi, spontanea mea voluntate, una cum memorato meo procuratore et mundualdo, nullaque omnino necessitate, vel vi, vel fraude, vel malitia, vel facti ignorantia, vel quacumque circumventione, sed sincero corde et certa scientia, absque quavis prohibita causa vel exceptione, personaliter declaro me vendidisse tibi notario Paulo Fitzurri tuisque heredibus praedium meum, quod habeo ex materna mea hereditate, situm et positum in ditione civitatis Aëtae, in pertinentiis Brotzariorum, loco dicto de Zerbo. Eius vero fines sunt hi: ad orientem praedium Fazali; ad occidentem via Zerbi; ad septentrionem praedium curiae Aëtae; ad meridiem vero praedium memorati emptoris, quod emit ex Grusa uxore Nicolai Ricimundi; et clauditur. Hoc igitur dictum praedium quantum et quale est, cum hisce finibus, vendidi tibi ipsi et tuis heredibus aureis tarenis tribus et viginti; quibus acceptis a tuis in meas manus, integris, iustis, non imminutis, ex obryzo auro, et iustum pondus habentibus, dedi tibi corporalem possessionem memorati praedii, tibique personale iusiurandum praestiti de hac perfecta et plenissima venditione, ut tu habeas a me antedictum praedium cum tuis heredibus in omne

σου γράφην. καὶ ποιεῖν ἐξ αυτοῦ καὶ ἐν αὐτῶ ὅσον νούλη. ὡς τῶ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ εμοῦ ἰσχηκῶς· ἀποτάσσώμενη δε ἐμὴ ἐξ αὐτοῦ, πάση παράγραφῆ. καὶ αρωγῆ. συνηθείων τε καὶ νόμου. παντὸς κἀνόνικοῦ. καὶ πολητικοῦ δικαίου. τοῦ δυνάμένου ἐμῆ βοὴθήσαι εἰς ἀκύρωσειν. ἀπὸκατάστασιν. ἡ μετάτραπην τῆς παρούσης πράσαιως. μὶ κολῆὄμενος παρά τινος· ἐγγυοῦμε δε καὶ την νομικην διἐκδίκυσειν. καὶ η μεν Φοραθή ποτε κερῶ εξ εμοῦ τὶς, οἱ ἀπὸ ἀλλωτρίου τινὸς· εἰς αὐτῶ σε ἡ τοὺς σοὺς κληρονόμους ἐνοχλήσαι βουληθεῖς. μὴ ἠσακουσθήτω· αλλ ἐγῶ καὶ ἡμέτεροι κληρονόμοι. σταμεθα καὶ ἐκδικὰν ὑμᾶς αυτῶ. ἐκ παντὸς ἐνἀντίου προσώπου· ξένων τε καὶ ἰδίων. ἴ δὲ καὶ εἰς ἀποτροπῆν επἀνέλθωμαι· ἴνε με εις τὴν τῆς επιὀρκοίας ποίνην. καὶ ὁμολογῶ ζημιοῦσθω με. ἐν τῆ ἡμετέρα κόρτη ἀετοῦ· αὐγουστάλια ἕξαι καὶ τριἄκοντα. καὶ προς σε τὸν ρηθεντα ἀγωραστήν· καὶ σεῖ κληρονόμους τετραπλοῦν την ρηθήσαν ποσῶτητα του τιμίματος. καὶ πάσας τᾶς εξώδας. οὐχ ἔλαττον. ἐχειν σε καὶ τῶ ρηθεν χωράφιον. μετὰ τῶν σῶν κληρονόμων. καθότι αὐτῶ παρ εμοὺ ὄνυκας, ἴ δ οὕτω στέργει καὶ ἐμμένει βεβαία. ἡ τιαὐτη δικαία πράσεις ὠχυρά· καὶ απαρασάλευτως· ἄχρι στασεως κόσμου. προς σὲ τὸν ἠρημένον νοτάριον παὔλον φιτζουρρὴν. καὶ εις τοὺς σοὺς κληρονόμους· καὶ διαδοχους. διῶ καὶ ἐπιγραφὲν τε ἐμῆ παρακλήσει. χειρὶ νικολάου νοταρίου πόβλυκου ἀνωτέρου. παρα τῶν προλεχθέντων κριτῶν. καὶ ἑτέρων καλῶν ἀνθρωπων μαρτυρωθὲν. ἐν ἐτει ϛψοδ' ινδικτιωνι ἐννάτη.

† ἐγῶ ρογέριος τῆς βαληλώνγγης κριτῆς χῶρας ἀετοῦ τὰ ἀνωτερα μαρτυρω.

† ἐγῶ νοταριος ρικκαρδος νίκης. καὶ κριτης ἀετοῦ· τὰ ἀνώτερα μαρτυρῶ.

† εγῶ νοτάριος ιωαννης σαμιάτωρ μαίστωρ χωρας αετοῦ παρημοι καὶ εγραψα τὶν αιμὴν μαρτυρίαν.

† εγῶ δαυίδ τὰ ανώτερα μαρτυρώ.

† εγῶ νοτάριος ἰωάννης τῆς κυράς γρούσας τα ανώτερα μαρτυρώ.

† Ego Nicolaus de Agrario testor.

† νικόλαος νοτάριος ταβουλαριος πόβλικος χωρας αετοῦ πρὸς πιστωσιν ἰδιοχείρως ἔγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 150.)

aevum, vendas, dones, permutes, et pro dote filiarum tuarum inscribas, et facias de eo et in eo quidquid volueris, utpote qui dominium et potestatem a me acceperis. Renuncio insuper cuilibet exceptioni et subsidio consuetudinum et legis, et cuilibet canonico ac civili iuri, quod mihi prodesse possit ad infirmandam, labefaciendam, vel subvertendam praesentem venditionem, sine cuiusvis impedimento. Promitto vero legitimam quoque defensionem praestare, et si ullo unquam tempore quisquam apparuerit sive e meis propinquis, sive extranea persona, qui molestiam tibi ipsi vel tuis heredibus afferat, ne exaudiatur, verum ego et nostri heredes obstabimus, vobisque asseremus ipsum praedium ab omni contraria persona extranea et propinqua. Sin autem (*hanc venditionem*) subvertere voluero, periurii poenam incurram, et assentior mulctari nostrae curiae Aëtae augustalibus sex et triginta, et tibi antedicto emptori et tuis heredibus quadrupla quantitate memorati pretii, et cunctis expensis, atque nihilominus habeas tu tuique heredes antedictum praedium, prout illud a me emisti. Et ita maneat huiusmodi iusta venditio firma, stabilis atque irrevocabilis usque ad finem mundi, tibi memorato notario Paulo Fitzurri tuisque heredibus et successoribus. Quapropter scripta est rogatu meo, manu praedicti Nicolai publici notarii, et memoratorum iudicum aliorumque proborum hominum testimonio roborata, anno 6774, indictione IX.

† Ego Rogerius de Vallelonga iudex civitatis Aëtae quae supra testor.

† Ego notarius Riccardus Nices iudex Aëtae quae supra testor.

† Ego notarius Ioannes Samiator magister civitatis Aëtae adsum, et scripsi meum testimonium.

† Ego David quae supra testor.

† Ego notarius Ioannes de domina Grusa quae supra testor.

† Nicolaus notarius tabularius publicus civitatis Aëtae ad fidem propria manu scripsi.

CCCIV.

1267 — Mense Iulio 31 — Indict. X — Catacii.

Tabulae dotales inter Gualterium Scillianum et Margaritam Ballisiam.

† Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ· καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος· ρϊγεύοντος τοῦ ἐνδῶξωτατου και θεοτϊμιτοῦ ἡμῶν ριγὸς κυρου καρουλλου. θεου χάριτι σϊκελεϊας ριγὸς· ετους δευτερου ευτοιχῶς ἀμῆν. προϊκειον σὺν θεῶ γενώμενον παρ εμοῦ γαλτερίου· υἱοῦ του ποτὲ ἀλεξάνδρου σκειλλειάνου· προς τὴν ἐκ θεου γενεσθαι καὶ σὺνζευχθεῖνε μοι νόμιμον γηνὴν· τὴν μαργαρίταν· τήν τε θυγατέρα γνισίαν καὶ ἐνομον τοῦ ποτὲ μαίστορος ιωάννου βαλλειστηου· εισὶν τα ὦφϊλωντά μοῖ δοῦναι παρ εμοῦ προς αὐτῆν λόγω θεωρέτρου χρυσοῦν ὀνκεῖας ἑπτᾶ· ἐπᾶνω τῶν αγαθων ἐμῶν πράγμάτων. τῆς ἀκινήτου. στασεος· τῆν ἐκ πατρικεῖς καὶ μητρικῆς μου κλειρονομίας καὶ ἐμῶν κερδιμάτων· ὁποῦ δ ἂν κτῶ καὶ δεσπῶζω αυτᾶ ἐσω εν τῆ πολει καταντζαριου· καὶ διακρατήσεος αυτοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ. καὶ οποῦ δᾶν δυνυθήναι σῶσε ἐχυν. μαιτέλλον το ἀξιούμενον χρυσοῦν ταρία τρίακωντα. κουττέλλαν πράσινην· ειται βλεβειων καὶ νϊμφῶστολεισμόν αὐτής ταριων δέκα. καὶ ὁ θεος το ἔλεος.

† ἀντιπροικιον γενώμενον παρ εμοῦ ἀντιῶχειας καὶ θωμᾶ ἐμοῦ υἱοῦ· γηή τοῦ ριθέντος μαίστορος ιωάννου βαλλειστηου. προς τὸν ἐκ θεου γενέσθαι καῖ δῶθειναι μοι γαμυρῶν γαλτέριον τὸν ἀνωτερω· εις τῆν ειρμένην ἐμῆν θυγατέρα τῆν μαργαρίτην· καμοῦ δὲ θωμᾶ ἀδελφὴν. εἰσὶν τα ὠφϊλωντά μοι δοῦναι παρ εμου προς αυτῆν λογω προικὸς· ἀπο των ημετερων χῶραφειων χωραφιον μωδίων ἐννέα· ἀτοινα εἰσὶν εν τῆ διἀκρατήσει καταντζαριου· εις τῆν βαθεῖαν της μούλας· ἀπ αυτων εισὶν ροὺβῶν τρειῶν τοῦ χῶραφιου εις τὸ σπαρτούσον· πλησιον χῶραφιου τῶν παίδων μαιστορος γαλτερίου γαβαρρεττου· καὶ τοῦ ραχωνίου· τα δὲ ἑταιρα χωραφια. εἰσὶν εις τὸν αυτον τωπον. εις τῆν βαθεῖαν τοῦ μαυρῶλέου· πλησιον χῶραφιου· φένσου· και πλησιον χῶραφιου τῶν παίδων λέου απέρατου· καὶ πλησιον χῶραφιου. τῶν παίδων γϊλειπέρτου. καὶ πλησιον χῶραφιου. μαίστορος ρωπέρτου του μαρκελλίνου· ταύτα οὖν τα πρῶλεχθέντα χῶράφια· ὅσα καὶ εἴα εἰσιν. ὅς ανωτέρω εφημεν· εποῖδϊδῶμεν αυτῆ· και εἰς νομικὴν φῶρεσιν εθεσαμεν αυτην οσαυτως διδώμι αυτη·

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Regnante gloriosissimo et pientissimo nostro rege domino Carolo Dei gratia Siciliae rege, anno secundo feliciter amen. Tabulae nuptiales Deo adiuvante factae a me Gualterio filio defuncti Alexandri Scilliani Margaritae filiae naturali et legitimae quondam magistri Ioannis Ballisii, quae mihi Deo volente legitime nuptura erit. Haec sunt quae ipsi dare debeo ratione donationis post nuptias, nempe septem uncias aureas super mea bona immobilia paternae et maternae hereditatis meae, et super ea, quae lucrifecerim, ubicumque ea habeo et possideo in civitate Catacii eiusque pertinentiis et alibi, atque ubicumque sita esse poterunt; pallium aestimatum aureis tarenis triginta; tunicam prasinam sive caeruleam, et vestem nuptialem aestimatam tarenis decem, et Deus (*suam tribuat*) misericordiam.

† Tabulae nuptiales ex altera parte conditae a me Antiochia uxore praedicti magistri Ioannis Ballisii, et Thoma filio meo, suprascripto Gualterio a Deo mihi dato futuro genero, et filiae meae Margaritae sorori Thomae. Haec sunt quae ipsi (*filiae meae*) dare debeo ratione dotis, videlicet ex praediis meis praedium novem modiorum, quae extant in agro Catacii in valle de Mula. Ex iisdem praediis rubi tres terrae positi sunt ad Spartusum iuxta praedium filiorum magistri Gualterii Gabarretti et Rachonii; reliqua autem praedia in eodem posita sunt loco ad vallem Mauroleonis prope fundum Fensi, et prope fundum filiorum Leonis Aperati, et iuxta praedium filiorum Giliperti, et magistri Roberti de Marcellino. Haec igitur memorata praedia quanta et qualia sunt, prout superius dictum est, trado ipsi, legitimamque possessionem ei tribuo. Item dono ipsi apothecam, et partem unam alterius domus, cuius longitudo ab oriente ad occidentem est ulnarum quinque et cubiti unius ac dimidii; quae domus extat in civitate

το οσπιτιον τῆς πουτεκας· καὶ ἓν μερος από τοῦ εταίρου οσπιτιου· ἐν ω ὑπάρχει το μίκος αυτῶν· ἀπὸ ανατολῆς. μέχρι δυσμῶν. ὀργίας πεντα και ἀγκωνάρι ἓν καὶ ἡμῖσι· εἓον οσπιτιον ὑπάρχει εσῶ εν τή πόλει κατάντζαριου. εν τῆ ἐνορία του αγίου αγγέλου τῶν μαλφειτανων· περϊϊωρίζεται μὲν οὕτω· εξ ανατολῆς αυτοῦ εστῆν. ἡ ἁπλῆ καῖ δυμώσια οδὸς. τῆς μεσεῖς. κατα δὲ δῆσμας αυτοῦ εστῆν σῦνκεκῶλλειμενον το ετερω ἡμετερω ωσπιτίω· ἀρκτου εστῆν ϊσωδος· καὶ ἐξῶδος· καῖ πρῶπύλιον των ετερων ημων ὡσπιτιων· κατὰ δε μεσείμυρίας αυτοῦ εστὴν· το ωσπιτιον· ἐν ῶ υπήρχε βῶνοῦφάτζου λοῦμβάρδου· κρεβαττοστρωσια· τέσσαρα· τα δυὸ εκ μεταξου· κουρτίναν μίαν· τοῦ βάλλου ἀγκωνάρι τριάκωντα· τη εμῆ θυγατρί φῶρεσεις· πέντε· ἡ μία ἀπ αυτων ἐκ μεταξου· πρωσώψια τέσσαρα. ἐν αὐτῶν ἐκ μεταξου· καῖ τα τρεῖα κοῦκοῦλλαρικα· ἀρκλήν ἐν βούλϊ κενον· βουττιον ἓν βᾶνκον ἓν. στεγνατον ἓν λαγηνιου ενὸς· τυγάνον ἓν· ἀλησιν σίδηρου. ἀπο δὲ εἰμερωδένδρων πατρικων και μητρικων. καῖ ἀγώραιων οπου δ ἂν εισῦν· καὶ ὁποῦ δ ἂν ἐχωμαι αυτᾶ. δϊδωμι αυτοῦ ἀπ αυτων παίδων μύραν. πλῆν δὲ μέλλω ἐχυν ἐγῶ ἡ ρϊθησα ἀντιῶχια· απαν το τρειτον μερος ἀπο τῆς επικαρπίας τῶν ειρημένων δένδρων. μέχρι βείου ζῶης μοῦ· και ὁ θεος δωσει πρός ἡμας. καῖ προς σᾶς το πλοῦσιον ἔλεος.

† Ego Baldynus Iudex Catanzarii rogatus subscripsi.

† Ego Ricardus de domino baluino testis sum.

† ἐγῶ μαιστωρ βαρθολομαιος τοῦ μανεσκάλκου. παρακληθεις μαρτυρῶ δϊα τοῦ ἐμοῦ σταυρου.

† Ego Guido de Roca testor.

† Ego Robertus de Ieta Canonicus Catacensis testor.

† Ego Bommatus de angelo testor.

† Ego Rogerius Catacensis Canonicus rogatus subscripsi.

† ἐγράφη το παρόν προῖκειον χειρὶ ἐμοῦ νοταρίου ιωᾶννου νοταρῖου μαυρικοῦ. ποῦπλεικου νοταριου πόλεως κατάντζαριου τοῦ ἔτους ϛψοε΄. ινδικτιωνος ι΄. ἰουλιου μηνος λα΄.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 151.)

Catacii in ditione S. Angeli Malfitanorum, et his finibus circumscribitur: ab oriente est recta et publica via Mesae; ab occidente adhaeret alia mea domus; a septentrione est ingressus et egressus, et atrium aliarum mearum domorum; a meridie extat domus Bonifacii Lombardi. (*Item dono ipsi*) stragula quatuor, quorum duo serica, cortinam unam, telae linteae ulnas triginta; filiae meae vestes quinque, quarum una serica; vela quatuor ad faciem operiendam, quorum unum sericum et tria cucullata; arculam unam, buli novum, dolium unum, scamnum unum, patinam unam lagenae unius, sartaginem unam, catenam ferream. Ex arboribus autem fructiferis paternis et maternis atque a me emptis ubicumque extent, et ubicumque eas habeam, do ipsi partem quae ad eam, ut meam filiam, spectare poterit, mihi reservans ego praedicta Antiochia totam tertiam partem fructuum dictarum arborum usque ad terminum vitae meae, et Deus mihi et ipsi suam tribuat divitem misericordiam.

† Ego magister Bartholomaeus de Manescalco rogatus testor per meam crucem.

† Scriptum est praesens dotale instrumentum manu mea notarii Ioannis filii notarii Maurici publici notarii civitatis Catacii, anno 6775, indictione X, mense iulio, die XXXI.

CCCV.

1267 — Mense Octobri — Indict. XI.

Nicolaus filius Amphusi Tropaeani vendit notario Philliano Tuscano praedium positum in agro Briatici tarenis aureis quinque et triginta.

† Σίγνον χειρὸς νϊκολάου υἱοῦ του ποτὲ κυροῦ ἄμφουσου τρόπαιον, εγῶ γε ὁ προγραφεῖς ὁ τω σίγνον του τιμίου καὶ ζωοποιου σταυροῦ ἠκία μου χειρὶ ποιήσας εν τωδὲ τω ηφα γράψας αναλαμβανόμενος· ἀδέλφοῦς ἤδιούς τέκνα καὶ κληρωνομους καὶ πασαν ὄχλησιν ἤδιων τε καὶ ξενόν την παρούσαν ἐγγραφον ἁπλῆν απώχην αμεταάτρεπτον καθαραν τέλοιαν καὶ πληρεστάτην διαπρασιν τοιθειμι καὶ ποιῶ πρὸς σὲ νοταριον φιλλιανον τουσκάνον καὶ εις τους σοῦς κληρόνομους. καὶ ἑκούσια μού βουλὴ καὶ θέλησει καὶ οὐκ αἴκ τινος τω παραπαν ανάγκης ἢ βοιας. ἢ χλεὶυοις ἢ ραδιοῦργιας η οσα τοῖς θειοις νόμοις ἦσυν αποιγωρευμενα ἄλλα μάλλον μεν οὖν συν πᾶση προθειμία καὶ ὁλωψηχω προθεσι δι ης θαὶ εν αλιθεια ὁμολογω, δια του παροντος εγγράφου ὅτι ενόποιον ιωαννου τοῦ κυρου ληκιφερου κριτου χωρας ευρηάτικοῦ ιωαννου χελιδονησι πουυλικου νοταριου της αὐτῆς χώρας καὶ ετερων χρισϊμων ανδρων τῶν κατώτερω ὀνομασθέντων καὶ παρακληθεντων εἰς υαιβεόσϊν μαρτυρων ἐπράσαμεν προς σὲ τῶν προγραφέντα τω ἡμέτερον χωράφιον σὺν των ημεροδενδρων καὶ αγριων δενδρων υἱὸν εχω δικαιω κϊριότητι εις κρατησιν ευρηατικοῦ· εις χώριον μάκρωνον περϊορίζεται οὕτο, ανάτολης χωραφιον ποτε ιωαννου ρακια δισέος χῶραφιον μαριας θυγατὴρ νϊκόλαου τρομάρχελλου. ἀρκτρου ομίος χοραφιον ρακια μεσιμβριας αμπελον βασιλειου βαραχαλλα. καὶ συγκλῆ οσόν καὶ υἱὸν ἐστὴν τουτο πὲπρακα προς σὲ τῶν προγραφέντα νοταριον φϊλλιανον τοι ηρϊνικη καταστασει του κυρου ημων ριγος καρολλου εις σύναρεσθύσαν ημον ἡμὴν αὐτοῦ ληφθηναι χρίσοῦν ταρία σερακοντα πέντε ἅτινα αναλαβων ἀπὸ χειρόν σου εις τας ημετέρας χείρας χρησᾶ καὶ ηκανα ἀπόφλημενα εις τον γενικον ζυγον κατενοποιον του ἤριμενου κριτου νοταριου καὶ ετερων χρισϊμων ἀνδρων. καὶ εγὼ σϊ επαρέδοκα τω προριθὲν χοραφιον καθαρὸς καὶ ενφανως ποιεῖν απ αυτοῦ ἤτοινα καὶ βούληθῆς, απο τήν σϊμερον ημεραν. και ὅραν ης ἰδϊαν σου εξουσίαν καὶ κϊρϊοτιτα πουλεὶν χαρϊζην ανταλλάττειν

Ἐν ὀνόματι τοῦ αιωνίου θεοῦ καὶ σωτῆρος ημῶν ιησοῦ χριστοῦ. Αμὴν: Εν ἔτη δὲ κόσμου κτῆσεος: εξακεισχειλειοστῶ: επτακοσιοστῶ: ευδομικοστῶ καὶ ευδόμω ἔτη: Μηνῆ αυγοῦστω, τῆς ενισταμένης ινδικτιωνος δεκάτης δευτέρας: κυριεύοντος τοῦ ενδόξου κυροῦ ημῶν κυροῦ ριγὸς κἄρουλου: θεου χἄρητι ηψυλού ριγὸς σικελείας: δουκάτου αποῦλειας πρῆνκηπάτου καπουας: ανδεγάβιας: φωλκαλκἔριου και προβήντζης κόμητος: τοῦ δὲ αυτοῦ ριγἄτου χρόνω τἔταρτω ευτιχως ἀμὴν: οἰμεῖς ὅτε λέων πλασταρὸς κριτὴς χῶρας βαδουλἄτου: βαρθωλομαίος πλασταρὸς νοτἄριος τῆς χῶρας: καὶ ἕτεροι υπογραφεντες μάρτυρες: πρός τοῦτο οιδικὸς κληθέντες καὶ παρακληθέντες: εν τῶ παρόντι ποβληκῶ εγγράφω φανεροῦμεν καὶ μαρτυροῦμεν: καταστειμένων ενῶποιον οιμῶν: τῶν προειρημένων: κριτοῦ και νοταρίου: ὁ νοτἄριος ρωγέριος καταλάνος: και ὁ δόμνος ματθέος ὅτι νὺν ηγοῦμενος τοῦ αγίου στεφἄνου τοῦ ὄρους: ὁ προρηθεῖς νοτἄριος ρωγέριος καταλἄνος ὁμολόγισεν εις αιμἄς: ὅτι φἴλιτικῶς και αγαπιτικῶς: αναζἤτἴσεν αυτὸν καὶ ανήμνησε αυτοῦ ο ρηθεῖς ηγοῦμενος: ὅτι κρατῆ καὶ νομεὕη τινᾶ ποσῶτητα χωραφείων καὶ αμπελείων: ὁ προρηθεῖς νοτἄριος ρωγέριος: τὰ ἄπερ αρμόζουν τὸ μοναστἤριον καμμαρῶτου: ὁ εστὶν μετοχειον αγίου στεφἄνου τοῦ ὄρους: ηπαρχει δὲ εν τῆ διἄκρατῆσει βαδουλάτου: δικαίω ὅτι εισὺν τα προοιρημἔνα χωράφια καὶ αμπελια: εκ τῆν κουλτοῦραν τοῦ ηρημένου μοναστηρίου καμμαρώτου: ὅπερ ἐστὶν περἴορησμένον τῆν λεγωμένην τοῦ σταυρίου. μαλλον δὲ εισὺν ἔσω

† In nomine aeterni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Amen. Anno ab orbe condito sexmillesimo septingentesimo septuagesimo septimo, mense augusto praesentis indictionis XII, regnante glorioso domino nostro rege Carolo, Dei gratia excelso Siciliae rege, ducatus Apuliae, principatus Capuae, Andegaviae, Forcalquerii ac Provinciae comite, regni vero eius anno quarto, feliciter, amen. Nos Leo Plastarus iudex civitatis Badulati, Bartholomaeus Plastarus notarius eiusdem civitatis, et ceteri subscripti testes ad hoc specialiter vocati et rogati, praesenti publico instrumento declaramus et testamur coram nobis praedictis iudice et notario se constituisse notarium Rogerium Catalanum, et dominum Matthaeum, pro tempore praepositum sancti Stephani de Nemore. Praedictus vero notarius Rogerius Catalanus nobis asseruit memoratum praepositum amice ac benevole a se petiisse, sibique in memoriam revocasse ipsum notarium Rogerium possidere et habere quamdam partem terrae et vinearum pertinentium ad monasterium Cammaroti, quod est Obedientia sancti Stephani de Nemore. Antedicta praedia et vineae extant in ditione Badulati, et spectant ad culturam memorati monasterii Cammaroti nuncupatam de Cruce, prout suis terminis circumscribuntur, quin imo sita sunt in finibus eiusdem culturae meridiem versus, uti palam fit ex petitione et commemoratione facta a praeposito sancti Stephani antedicto notario Rogerio. Quibus permotus supra-

τοῦ περϊορησμοῦ τῆς αὐτῆς κουλτουρας τὰ ειρημένα χωράφια καὶ αμπέλια: εκ τῆν μεσυμυρίαν, ἐν τῆ αυτῆ συνθέσει τῆς αναζητήσεως, και ανάμνῆσεως; γιναμένης παρα του ηγουμένου αγίου στεφάνου: εις τὸν προηρῆμενον νοτάριον ρωγέριον; καὶ κυνηθῆς ὁ προγραφῆς νοτάριος ρωγέριος καταλάνος: καὶ τῆς διανίας αυτου εκθεμένης: κατα τῆν περϊοχῆν τοῦ πρεβελεγίου ὃν ἔχη το ηρημένον μοναστήριον καμμαρῶτου παρα τοῦ κυροῦ τοῦ ταυτῆν τῆν κουλτούραν δῶσας και στέρξας εις τὸ αυτον μοναστήριον; αυτοῦ αναπτηξαμένου: ἴδεν καὶ καλὸς ενωτίσθη: ὅτι ἡ ποσῶτης τῶν προειρημένων χωραφείων καὶ αμπελίων: ὧν κρατῆ καὶ νομεῦη: εισὶν εκ τῆν κουλτούραν καὶ εκ τον περϊορισμον τῆς ηρημένης κουλτούρας τῆς λεγωμένης τοῦ σταυρίου: καὶ αρμόζουν τὸ ηρημένον μοναστήριον καμμαρῶτου: δικαιω τῆς αυτῆς κουλτούρας: προϊδῶς γὰρ ὁ προγεγραμμένος νοτάριος ρωγέριος καταλάνος: εις τὸ μὴ κατακρίναι τῆν οικιαν ψυχην: καταθανειν και κατὰ τὸ δίκαιον: ανευ δόλου· χλεῦης ἢ απάτης: αλλᾶ μετα καθαρᾶς συνηδῆσεως: εκουσίος και αὐτόπροαίρετος: ἅπασαν τῆν ποσῶτητα; των προρηθέντων χωραφείων καὶ αμπελείων; ὧν αυτός κρατῆ και νομεῦη; τὰ ἅπερ εισὶν εκ τὴν κουλτούραν και ἔσω τοῦ περϊορησμοῦ τῆς λεγωμένης κουλτούρας σταυρίου ὅπερ εστίν τοῦ ηρημένου μοναστηρίου καμμαρώτου: απεστάξατω καὶ αἴασαν αὐτὰ εις τὸ ἠρημένον μοναστῆριον καμμαρῶτου: ὧς προείρηνται: καὶ συνέταξατω αυτᾶ μετα παντων δικαιόμάτων αὐτῶν: εις το ρηθὲν μοναστήριον διηνεκός: καὶ τῆς νομῆς αυτῶν απεγδῆσατω; ουδενὸς οικϊότιτος: οὔτε καρποφορίας τινης εἰς αυτὰ: εν καινῆ κερῶ: δίκην παραφυλάξας: αλλὰ απο τοῦ νὺν τὸν προηρημένον δόμνον ματθεον ηγούμενον αγίου στεφάνου τοῦ ὄρους: καὶ ἅπαν τὸ κυνῶβοιον: ονόματι τοῦ ηρημένου μοναστηρίου καμμαρῶτου ὁ εστίν μετοχιον αγιου στεφάνου: εἰς σωματικην ἔμφορεσιν ἔθετο ὁ προρηθεῖς νοτάριος ρωγέριος: εις τα προηρημένα χωράφια καὶ αμπέλια: μετα πασῶν εισωδων εξωδων: και δϊκαιόμάτων αυτῶν: ἔδωσεν αυτοῖς πλειρεστάτην ἄδιαν καὶ ἐλεῦθεραν εξουσίαν κρατῆσαι: δεσποτῆσαι καὶ συνησφορῆσαι τὰ προηρημένα υποστατικᾶ πράγματα διηνεκὸς ὧς αληθεινοῖ κύριοι: καὶ ουδέποτε ελθῆναι απεναντῖαν τοῦτῶν: ὁ προρηθεις νοτάριος ρωγέριος: καὶ ἐάν ποτε καιρῶ μετάμελος ευρηθῆ τοῦ εναντιῶσε ἢ μετάτρεψαι τὸ παρον συνάλλαγμα ἤτε ἄλλος τίς θελῆσει εμπο-

scriptus notarius Rogerius Catalanus cum suam aperuisset mentem de iis quae continebantur in privilegio, quod habet memoratum monasterium Cammaroti a domino qui hanc culturam dedit et confirmavit eidem monasterio, huiusmodi (*privilegio*) explicato, novit et certior factus fuit antedictorum praediorum et vinearum quantitatem, quam habet et possidet, attinere ad culturam quae dicitur de Cruce, exstare in eiusdem confiniis, et spectare ad memoratum monasterium Cammaroti iure ipsius culturae. Quae cum comperta habuisset antedictus notarius Rogerius Catalanus, ne propriam animam aeternis poenis damnaret, ex iure, sine dolo, fraude vel deceptione, sed pura conscientia, sponte et propria deliberatione totam antedictorum praediorum et vinearum quantitatem, quam ipse habet et possidet, quaeque exstat in confiniis eiusdem culturae, quae dicitur de Cruce, et pertinet ad memoratum monasterium Cammaroti, cessit et renunciavit in perpetuum eidem monasterio Cammaroti, ut ante dictum est, una cum omnibus ipsius iuribus, et exuit se ipsius dominio, nullum in ea sibi quovis tempore ius reservans sive proprietatis, sive fructuum; sed amodo praedictus notarius Rogerius tradidit praefato domino Matthaeo praeposito sancti Stephani de Nemore, et toti coenobio, nomine memorati monasterii Cammaroti, quod est Obedientia sancti Stephani, corporalem possessionem suprascriptorum praediorum et vinearum simul cum omnibus introitibus, exitibus et iuribus ipsorum, ac dedit ipsi plenissimam potestatem et liberam facultatem habendi et possidendi antedicta praedia, iisque semper utendi, prout verus dominus, et numquam his quae statuimus adversabitur praedictus notarius Rogerius; nam si quando aut

δῆσαι· τὸ ηρημένον μοναστήριον εκ τα προηρημένα πράγματα: τοῦ μὴ εισακουσθείναι καὶ ἔξασθε τὸ ἀναθεμα παρα πατρὸς υιοῦ και αγίου πνεύματος: ουκ ἔλαττον και ἐν τῶ φύσκω της ριγικῆς κόρτης ενοχος ποιήσεν καταδικασθήναι πινῆς: μιᾶν λύτραν χρυσίου ὅ τὸ ἐνάντιον ποιῶν: ὅθεν εἰς μέλλουσαν ἀναμνησιν καὶ βεβαίοσιν τοῦ ηρημένου μοναστηρίου καμμαρῶτου εκ τὰ προηρειμένα χωράφια καὶ αμπέλια: παρακλῆσει τοῦ προδειλωθέντος νοταρίου ρωγερίου: τὸ παρον τῆς παράθεσεως και αποταγῆς ποῦβληκον ἔγγραφον εποιήσαμεν ποιηθηναι: καὶ ἔστιν γεναμένων: δια χειρὸς εμοῦ τοῦ ανοτέρω προλεχθέντος βαρθωλομεου νοταρίου βαδουλατου: τῆς υπογραφῆς εμοῦ τοῦ ηρημένου κριτοῦ τοῦ αυτοῦ νοταρίου: ναῖμῆν καὶ τῆς υπογραφῆς τοῦ προηρημένου νοταρίου ρωγερίου καταλάνου: καὶ ετερων μαρτύρων ὀχυρωμένων: εγράφει εἰς βαδουλάτον εν ἔτη μηνῆ καὶ ινδικτιωνι τῶν προγραφέντων.

† Ego qui supra Rogerius catalanus suprascripta concedo et confirmo.

† ἐγῶ ὁ ανότερος λεων πλασταρᾶς κριτῆς χῶρας βαδουλάτου τὰ ανῶτερα μαρτυρῶν υπέγραψα.

† ἐγώ κονσταντίνος νοταρίου ιωάννου τὰ ανότερα μαρτυρῶν ἰδιοχείρως ὑπέγραψα.

† Ego constantinus de martino lecta supradicta testor.

† εγω κοσταντινος μαυβριανος τὰ ανοτερα μαρτυρω.

† εγω νικολαος πικκυλος τα ανοτερα μαρτυρω

† εγω βαρθωλομαιος πλασταράς ο προλεχθῆς ποῦβληκος νοτάριος βαδουλάτου τὸ παρον ποῦβληκον ἔγγραφον ειδιοχείρως ἔγραψα καὶ υπέγραψα καὶ εμὲ υπέγραψα.

ipse mutato consilio tentaverit adversari vel subvertere praesentem conventionem, aut quicumque alius voluerit impedimentum afferre memorato monasterio de antedictis praediis, ne exaudiatur, sed sortiatur anathema Patris, Filii et Spiritus Sancti, et praeterea Fisco regiae riae Cumulctetur una libra auri. Quare ad futuram memoriam et securitatem dicti monasterii Cammaroti de antedictis praediis et vineis, rogatu praedicti notarii Rogerii, condi iussimus praesentem cessionis et renunciationis publicam chartulam, scriptam manu praenominati Bartholomaei notarii Badulati, subscriptionibus mei memorati iudicis, ipsius notarii, et antedicti notarii Rogerii Catalani, aliorumque testium roboratam. Scripta est Badulati anno, mense et indictione supradictis.

† Ego suprascriptus Leo Plastaras iudex civitatis Badulati quae supra testans subscripsi.

† Ego Constantinus filius notarii Ioannis quae supra testans propria manu subscripsi.

† Ego Constantinus Mambrianus quae supra testor.

† Ego Nicolaus Piccilus quae supra testor.

† Ego Bartholomaeus Plastaras antedictus publicus notarius Badulati praesens publicum instrumentum propria manu scripsi et subscripsi et me subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.°165.)

CCCXIX.

1269 — Mense Augusto — Indict. XII — Sancti Menae.

Flandina vidua Ioannis Gobitzi tradit monasterio SS. Deiparae Campoforani quaedam praedia posita in agro S. Menae, ut inibi molendinum extrueretur, sub annuo censu dimidii rotuli cerae.

† ἐγὼ Φλανδίνα σύζηγος τοῦ ἀπεχωμένου ποτε κυρου ἰωαννου γωβήτζου τὰ κατοτέρως γραμμένα στέργω καὶ ἐπικυρῶ.

Ἐν ονόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱου καὶ τοῦ

† Ego Flandina coniux demortui domini Ioannis Gobitzi quae infra scripta sunt confirmo et rata habeo.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

αγίου πνεύματος αμήν. τοὺς βουλομένους τα εἴδια κτοίματα εἰς τινὰς στέρξαι. χρὶ. εξ ικείας ορμίσθαι αγαθὴς βουλὴς καὶ θελίσεως· καὶ δια δικαιωμάτων εγγράφων. τὸ ασφαλὲς αυτοὶς περιποιεῖσασθαι τουτοῦ χάριν καγῶ Φλανδίνα· σύζηγος του απεχωμένου ποτὲ κυρου ἰωαννου γουβήτζου. μετα ακριβεστάτης βουλής. ἀδειας καὶ συνενέσεως τοὺ συνετοὺ ανδρὸς ιωάννου κρισπίνου κάτηκος κράτους χῶρας αγιου μεινα· ημετέρου προκουράτορος καὶ μουνδουάλδου. εν τι τιοῦτη ὑπωθέσει εμὴ παρα τῆς κόρτης δεδωμένου. ὴς το αποκλίσε πάσαν ευρισιλογείαν καὶ πρώφατιν· τὴν ενισχὶουσαν γενηθήναι εἰς την τῆς παρούσης στέρξεως εκποίεισυν· γνόστον θέλο τοὺ εἶνε τοῖς πάσυν τόσον τοίς παροῦσυν ὸσον τοὺς μέλλουσυν· ὸτι ἐλθὼν εἰς ἐμὲ. ὸ ἱερεὺς κλήμεις μοναχὸς καὶ καθηγοῦμενος τῆς αγιοτάτης μονῆς· τὴς υπεριμνήτου δεσπήνης ημῶν θεοτοκοῦ τοῦ καμποφωράνου· εν τῶ περιτρεχωμένω κερῶ. αξιοσὶν με πλείστα· ἵνα απο τῶν ημετέρων αγαθων. ἡγοῦν χωραφοίων. στέρξο αυτῶ εἰς ὸνομα τέλους· δια το αναγίρε καὶ ποιῖσε εν αυτοῖς αγνεοστοῦ τινὰ ἱδρόμυλων λόγου καὶ εἰς ονομα τὴς ρηθῆσης μονῆς· εγω δὲ τὸν ειρημένον κλήμιν καὶ καθηγοὺμενον τῆς αυτῆς αγίας μονῆς. ανδρὰ εναργὲς επιστάμενον. εις τὰς εμὰς χρεὶας· καὶ οτι τὴν εμὶν ὠφέλιαν ἡ ἐτισις αυτοῦ αναγίρη· αγαθοποιὸς ἦξας τὴ αυτοῦ δεείση. εξ ικείας μεὺ αγαθῆς βουλὴς καὶ θελίσιως· καὶ ανεὺ πάσης απιγωρευμένης ετίας· μετα βουλὴς καὶ ἀδιας τούὴ ηρημένου ἰωαννου κρισπίνου εμούὴ προκουράτορος καὶ μουνδουάλδου ὦς εἴριται. στέργω τὸ ρηθέντι καθηγουμένω τῆς ριθήσης αγίας μονῆς. καὶ τῶν μετ αυτοῦ πάντων ἔπιτα. εν τὴ αυτὴ μονῆ καρτεροῦντες καὶ ενεργοῦνταις. αἰωνίως. τὰ τοιαύτα χωράφια ημῶν. ἃ συνίσταν.αι καὶ περιορίζωνται οὺτος· εξ ανατολης ο ποταμὸς βακάλη· δίσεως τελικὸν γουλιελμου αρουβάλλου καὶ τελικὸν περεγρίνου παπὰ ιωαννου καὶ ἰακώβου τζαγγάρου. μεσιμυρίας ὸ δρομος ὸ βασιλικὸς εισερχώμενος καὶ εξερχώμενος απο κόμης πλάκιδου. εἰς τα πολίστινα καὶ εις τὸ μιλοστατον καφούρνον. αρκτου ἑτερα ὸδὸς ἡ απάγουτα εις τὸν ἅγιον νικόλαον μίλλη καὶ αλλαχοῦ. καὶ οὺτο συνκλίοἶ. τα τοιαὺτα χωράφια απώρια τοὺ ημετέρου θεορέτρου γυνόσκωντες αυτὰ εἶνε μικρὰς χρίζεος καὶ ακαμάτευτα ακοῦσαντα τὰς ετίσεις τοὺ αυτοὺ καθηγουμένου εγ μέρους τῆς αυτῆς αγίας μονὴς. απλὸς στέργω καὶ επικυρῶ αυτὰ εν τὴ αυτὴ μονὴ εἰς αυτὸν

Qui volunt propria bona in alios transferre, necesse est ut suo impellantur bono consilio et voluntate, et scriptis instrumentis securitatem iis comparent. Quapropter ego Flandina coniux demortui domini Ioannis Gubitzi, diligentissimo consilio, facultate et consensu prudentis hominis Ioannis Crispini, incolae agri civitatis Sancti Menae, mei procuratoris et mundualdi, in huiusmodi negotio a Curia mihi dati ad declinandam quamvis cavillationem et praetextum, qui oboriri possit in condendo hoc concessionis instrumento, volo ut innotescat omnibus tam praesentibus quam futuris ad me hoc decurrente anno venisse presbyterum Clementem monachum et praepositum sanctissimi monasterii gloriosissimae dominae nostrae Deiparae Campoforani, et a me vehementer petiisse, ut ex meis bonis, nempe praediis, ipsi quaedam traderem, sub census pensitatione, ut inibi ab inchoato exstrueret et faceret molendinum aquarium nomine et pro parte memorati monasterii. Ego autem cum nossem dictum Clementem praepositum ipsius sancti monasterii solertem in meis necessitatibus, et eius petitionem vel mihi utilitati esse, benefice obsecundans eius postulationi, proprio meo bono consilio et voluntate, nulla prorsus vetita causa, consentiente et approbante memorato Ioanne Crispino, meo procuratore et mundualdo, prout dictum est, concedo dicto praeposito praefati sancti monasterii, et omnibus qui post eum fortiter ac strenue operam in eodem monasterio navabunt in perpetuum, haec praedia mea, quae ita circumscribuntur: ab oriente est flumen Vacale; ab occidente praedia censuaria Gulielmi Aruballi et Peregrini filii presbyteri Ioannis et Iacobi Tzangari; a meridie via regia quae intrat et exit ex pago Placidi ad Polistina et ad Milostatum Cafurnum; a septentrione alia via quae vadit ad Sanctum Nicolaum Milli et alioversus; et ita clauduntur. Huiusmodi praedia censuaria, quae mihi obvenerunt ex donatione post nuptias, cum cognovissem parum utilitatis mihi afferre et inculta es-

καὶ εἰς τὸ μετ αυτοῦ απαντας αἰώνας. εἰς δεσποτίαν καὶ κυριότιτα· ποιεῖσε εν αυτοὶς ὥς αὐτος ἔφη ὑδρώμυλον λόγου τῆς αυτῆς μονὴς καὶ η τι ἄλλον αγαθον βουληθὴ καὶ δυνηθὴ ποιείσε αυτὸς καὶ εἶ μετ αυτοῦ ἀπανταις. υπερ ὧν αυτὸς ο ριθεῖς καθηγοῦμενος οφίλη τέλλειν καὶ επιδιδὶν λόγου καὶ εἰς ὄνομα τέλους εἰς εμὲ καὶ οἷς τοὺς εμοῦς κλοιρωνόμους καὶ διαδώχους. ηται εἰς ὃν αναθέσωμεν απετίσε τὰ ημέτερα δικαια. κατέτος εις τας οκτῶ ημέρας τοῦ μινὸς σεπτευρίου· εν τὴ ἑορτη τῆς αγίας και δεσπὴνης ημὼν θεοτοκοῦ τοῦ γενεθλὴου αυτῆς· κερὶον ρωτοὺλον γενηκον τω ἡμίσιον· καὶ οὐτο τελουμένου τοῦ αυτοῦ τέλους· απω των ὢντων καὶ δεσπόζωντων εν τὴ αυτὴ μονη. εἰς εμὲ καὶ εις τοὺς εμοὺς κλιρωνόμους καὶ διαδὼχους. υπωκλίνομεν μὶ ἐχειν ἄδιαν· μίταὶ ἡμοῖς· μιται τοὺς μέλλωντας εξ ημῶν. τούτο εκποιείσε εἶ ακυρώσε. η δε καὶ τω τέλη καλίσειται εἶ αυτὸς ο ριθεὶς καθηγουμενος οἷ η μετ αυτοῦ ἀπαντες ἡ ἄλλην κυριότιτα απ αυτοῦ ζητίσωσυν. ἦται οι ημετέροι κλοιρῶνομοι απ αυτῶν τὼν πραγματων αλλο τὶ ἄνευ του τέλους ετίσοσυν· οἷ ροιθέῖταις πέλοιταὶ απ αυτὼν διόχθήσωνται· καὶ οι ημετέροι κλοιρωνόμοι μὶ εισακουσθείσωνται. ἦ δε καὶ τὰ ανότερα φοιλαχθοίσωνται το ρηθὲν τέλος καὶ η γνωριμὶ εν τι ριθήση διορία· απωδούναι πρὸς ημὰς καὶ εις τοὺς ημετέρους κληρωνόμους ἦτα πρὸς ὃν αναθέσωμεν απετὶσε αυτὰ· ἔχειν αυτὰ ἦ αυτὴ αγιοπάτη μονὴ αἰωνιως. ὥς συνεχὸς εγράφη εἰς ὠχειρὰν δεσποτίαν ὑμεὶν αἷς ἀεἶ. γενικὸς καὶ ανεπεράστος ὄθεν εἰς μνήμην τὴς ριθήσης ενδόξου μονὴς· τελίτριας τὼν ροιθεντων πραγμάτων. τω παρῶν ἐγγραφον τὼ ρηθέντι καθηγουμένω εποιεῖσα γενέσθαι· γραφὲν χειρὶ ἰωαννου τοῦ κλιστοῦ παροχεικὼς πουπληκὸς ταβελλίονος χώρας τῆς ριθήσης του αγίου μεινὰ εἰς ἐλαττων νοτάριος πούπληκος μὶ ὄντα τὴ αυτὴ χώρα παρα τῆς ριγηκὴς κόρτης πετηπωμενον. τοὶς ὑπωγραφὴς· γουλιελμου τού κυρου ανδρέου μακροῦ καὶ αντονίου κρισπίνου δικαστὼν χώρας αγίου μεινᾶ. καὶ ετερων μαρτυρων ὠχειρωθέν· δια τῆς υπωγραφῆς καὶ σιγίλλου· εμὴ τῆς ριθῆσης κυρας φλανδίνας στεργούσης καὶ επικυρούσης τὰ οἷρεμένα. εν έτι εξακισχιλιοστῶ· επτακοσιοστῶ ευδομικοστῶ ευδόμω· εν μινὴ αυγοῦστω ἰνδικτίωνος δωδεκάτης. κυριεύωντος τοῦ ημετέρου κυριου υπερλάμπρου ριγὸς. κάρουλου· ριγάτου σικελίας ρὴξ. δουκάτου πουλίας πρηγκιπάτου κάπουας. ἀνδεγάβηας προβὴντζης

se, et audivissem petitiones memorati praepositi factas nomine praefati sancti monasterii, ea prorsus confirmo et trado ipsi monasterio, et eius praeposito omnibusque qui ei sunt successuri in perpetuum, cum potestate et facultate faciendi in iis, prout idem praepositus dixit, molendinum aquarium, nomine ipsius monasterii, et quidquid aliud bonî voluerit et potuerit facere ipse et omnes eius successores. Pro his memoratus praepositus solvat et tradat census nomine mihi meisque heredibus et successoribus, vel quibus mandaverimus nostra iura repetere singulis annis, die octava mensis septembris, in festo sanctae dominae nostrae Deiparae die ipsius natalitie, dimidium rotulum cerae generalis ponderis; et ita persoluto huiusmodi censu a praepositis ipsius monasterii mihi meisque heredibus et successoribus, nulla mihi meisque successoribus sit potestas hoc instrumentum infirmandi, et irritum reddendi. Sin autem aut censum solvere noluerint vel ipse memoratus praepositus, vel successores omnes, sive aliud dominium quaesierint, aut mei heredes de dictis praediis aliud quidpiam praeter censum petierint, memorati censuarii ex iis expellantur, et mei heredes ne exaudiantur. Si vero supradictae conditiones observatae fuerint, nempe memoratus census et recognitio ad statutam diem reddantur mihi et meis heredibus, vel cui mandaverim haec repetere, memoratum monasterium habeat semper huiusmodi praedia, prout saepe dictum est, sub meo stabili dominio in perpetuum, sine quavis exceptione et damno. Quare ad memoriam dicti gloriosi monasterii censuarii dictorum bonorum, praesentem chartulam condi iussi memorato praeposito, scriptam manu Ioannis de Clisto vices gerentis publici tabellionis dictae civitatis Sancti Menae, infimi publici notarii, cum nullus esset notarius in eadem civitate a regia Curia constitutus, subscriptam a Gulielmo filio domini Andreae Macri, et Antonio Crispino iudicibus civitatis Sancti Menae, et ab aliis testibus roboratam, nec non subscriptione et sigillo mei memoratae dominae Flandinae, quae confirmavi et roboravi suprascripta, anno sexmillesimo septingentesimo septuagesimo septimo, mense augusto, indictione XII, regnante domino nostro illustrissimo rege Carolo, regni Siciliae rege, ducatus Apuliae, principatus Capuae, Andega-

καὶ Φολκαλκέριας κόμιτος. τὼ κράτη τῆς αυτοῦ κυριοτητος ἔτος τέταρτον εὐτυχως αμὴν.

† ἐγῶ γουλλιέλμος τοῦ κυρου ἀνδρέα ὁ ανωτερος κρητης χώρας αγιου μεινα μαρτυρ.

† Ego qui supra Antonius Crispinus Iudex terre sancti Mene que supra testor.

† ἐγῶ ἰωάννης κρισπίνος προκουρατωρ καὶ μουνδουαλδος της αυτης κυρας Φλαιδιας στεργω καὶ μαρτυρω.

† εγῶ ο ανοτέρω γραφῆς ἰωαννης. του κλιστοὺ παροχεικὸς πούπληκος νοτάριος χώρας αγίου μεινὰ εἰς ἐλαττον νοτάριος παυπληκός. τώ παρόν εγραφον. ἐγραψα καὶ υπέγραψα.

viae, Provinciae, et Forcalquerii comite, anno quarto ipsius dominationis, feliciter, amen.

† Ego Gulielmus filius domini Andreae, qui supra iudex civitatis Sancti Menae testor.

† Ego Ioannes Crispinus procurator et mundualdus ipsius dominae Flandinae confirmo et testor.

† Ego suprascriptus Ioannes de Clisto vices gerens publici notarii civitatis Sancti Menae, infimus notarius publicus, praesens instrumentum scripsi et subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.° 166.)

CCCXX.

1270 — Mense Maio — Indict. XIII — Aëtae.

Theodorus de Core vendit notario Paulo Filderri dimidiam partem trium olearum exstantem in agro Aëtae tarenis aureis octo.

† σίγνον ἰδειωχειρος θεωδορου τῆς κόρης.

Ἐν ονόματι τοῦ αἰωνίου ἡμῶν θεοῦ ἀμὴν. ἐν τῶ εξακϊσχιλιωστῶ. εὐπτακωσιωστῶ. εὐδωμηκονστῶ· καὶ ὄγδω· κυριεὔοντος τοῦ ὑπερλάμπρου κυροῦ ἡμῶν καρουλλου. ρηγὸς συκελίας. δουκάτου ἀπουλιας. πρινκηπάτου καπουας. ἀνδεγαβήας διὰκρατησεως καὶ φουλκαρίας κόμιτος. ἔτει τῆς αὐτοῦ κυριώτητος πέμπτω. μηνῆ μαΐω τῆς τρίτης καὶ δεκάτης ινδικτιωνος· παρουσία γουλιαλμου τοῦ αγκουρου. καὶ νοταρίου ιωάννω τῆς κυρας γρουσας. κριτῶν χώρας ἀετοῦ, καὶ νικολάου νοταριου ποβλυκου ἐκὐτῆς χώρας. καὶ ετερων καλῶν ἀνθρωπων παρακληθέντων κεκληθεντων κατωτερω εἰς μάρτυρας εὐτὺχους ἀμὴν. ἀνάλαμβάννωμεν τοῦς ἰδίους ἡμῶν καὶ ξένους καὶ πασαν πρόφασειν. ἡμεῖς οἱ ἀνωτέρω γεγραμμένοι. οἱ τὰ σύγνα τοῦ τιμίου σταυρου ἰδιωχειρως ποήσαντες· ἐκουσία ἡμῶν τῆ νουλή καὶ ἀρεσκία καὶ οὐκ ἐκ τινος τῶ παράπαν ἀνάγκης· ἢ βήας, ἢ τίας οὐν περισταστεως. ἀλλὰ ὁλοψύχω καρδία καὶ αληθινή γνώσει· ἐκτὸς πασης ἀπὺγωρεὺμένης ετείας και παραγραφῆς. ὁμολογοίμεν σωματικῶς. ὅτι επράσαμεν προς σὲ τὸν νοταριον παυλον φιλδερρὲς· καὶ εἰς τοῦς σοῦς κληρονόμους, τῶ ἀφορμωζώντα ἡμῶν μοιράδιον ἐκ τὸν τρίων.

† Signum propriae manus Theodori de Core.

In nomine aeterni nostri Dei. Amen. Anno sexmillesimo septingentesimo septuagesimo octavo, regnante illustrissimo domino nostro Carolo rege Siciliae, ducatus Apuliae, Principatus Capuae, Andegaviae ditionis et Forcalquerii comite, anno eius dominationis quinto, mense maio, indictione XIII, coram Gulielmo de Aquaro, et notario Ioanne de domina Grusa, iudicibus civitatis Aëtae, et Nicolao publico notario eiusdem civitatis, et aliis probis hominibus testibus infra vocatis et rogatis, feliciter, amen. Ego suprascriptus, qui nomine propinquorum nostrorum et extraneorum signum honorabilis et vivificae crucis propria manu exaravi, suscipiens in me quemcumque praetextum, spontanea mea voluntate et consensu, et nulla omnino ex necessitate, vel vi, vel quavis circumventione, sed sincero corde et certa scientia, absque omni vetita causa et exceptione, declaro personaliter vendidisse tibi notario Paulo Filderri et tuis heredibus partem

ποδίων αἴλεων. ὅπερ ἔλαχεν ἡμὴν λόγου ἡμησίου ἐμφητεύσεως, ἐκ τοῦ σκουλλάδου. καὶ βοναβήτου. εἰς το χωριον αγκουρου περιχωριου ἀετοῦ. περιόριζώμενοι δε αὐτὲς οὕτως. ἀνάτολης χωράφιον βοὐτρονου. δὐσμᾶς χωράφιον ρηθέντος πράτου. ἄρκτου χωράφιον βοναβήτου· μεσημβριας ὁ οἶκως ρηθέντος πράτου. καὶ συγκλῆει. τουτο τύιυν τῶ ρηθὲν ἡμήσιον μοιράδιον ρηθέντων τριπόδων αιλεων· σὺν τοῦ ὑπόκάτο κημένου αὐτῶν χωραφίου· ἐπράσαμέν σοι αὐτῶ καὶ τοῖς σοῖς κληρονόμοις διὰ χρυσοῦν ταρία ὀκτῶ· καὶ ταὕτα τὰ ἠρημένα ταρία ὀκτῶ τοῦ χρυσοῦ. λαβώντες αὐτὰ ἀπὸ σοῦ εἰς τὰς ἡμετέρας χείρας, σῶα δικαια και ανέλληπη. ἐν δικαιω σταθμῶ καὶ ἐδώσαμέν σοι εἰς τῶ ρηθὲν μοιράδιον ἡμησι ελαιων. σωματικην Φώρεσιν· καὶ πεπιήκαμεν σει σωματικόν ὅρκον· εἰς ταὕτην τὴν τέλειαν καὶ πληρεστάτην διάπρασειν τοῦ εχειν σε τῶ ρεθὲν ἡμήσι μοιράδιον ρηθεντων ελαιων ὡς ἀνωτερω εφημεν. μετὰ τῶν σῶν κληρονόμων αἶς ἀει εξ ημῶν. πουλειν· χαρίζην ἀνταλλάττειν· καὶ εἰς προικα τέκνων σου γράφην· καὶ ποιὴν εξ αὐτὲς καὶ εν αὐτὲς ὅσον βούλη· ὀποτασσώμενοι δὲ ἡμεῖς εξ αὐτῶν πάση παραγραφῆ και αρωγῆ· συνηθήων τε καὶ νόμου. παντὸς κἀνῶνικού. καὶ πολητικοῦ δικαίου τοῦ δυνάμενου ἡμᾶς βωηθήσαι εἰς ἀκύρωσειν απόκατάστασιν ἡ μετατράπὶν τῆς παρούσης πράσαιος, ὃς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ημῶν λαβῶν. μὴ κοληήμενος παρά τινος· ἐγγυοὐμε δε και την νομηκὴν δεφενσίωνα. καὶ ἡ μὲν φωραθη ποτε κερῶ ἐξ ημῶν τίς οἰ ἀπο ἀλλωτριου τινὸς εἰς αυτῶ τῶ μοιράδιον· σὲ ἡ τοὺς σοὺς κληρονόμους ἐνοχλήσαι υουληθεῖς μὴ ἠσακουσθήτω. ἀλλ' ἡμεῖς καὶ ἡμέτεροι κληρονόμοι· σταμεθα καὶ διἐκδικᾶν ἡμᾶς αὐτῶ· ἐκ παντος προσώπου. ξένων τε καὶ ἰδίων. ἳ δὲ καὶ εἰς ἀπότροπην επανέλθωμεν ἦναι ἡμᾶς εἰς τω τῆς επιωρκοιας πινὴν. καὶ ὁμολογούμεν ζημιούσθω ἡμᾶς. εἰς την ἡμετεραν κορτην ἀετοῦ αὐγουσταλια δὲκα πέντε. καὶ προς σὲ τὸν ρηθέντα ἀγωραστὴν καὶ σοι κληρονόμους τετραπλοῦν τὴν ρηθήσαν ποσώτιτα τοῦ τιμήματος. και πάσας τᾶς δικαίας εξώδους· οὐχ ἔλαττον· ἐχειν σε καὶ τῶ ρηθὲν ἡμήσι μοιράδιον ρηθεντων αιλεων ὡς ἀνωτερω ἠρηνται. μετὰ τῶν σῶν κληρονόμων. καθάτι αὐτῶ παρ' ἡμῶν ὄνικας. ἰδ ουτω στέργει καὶ ἐμμενει βεβαία. ἡ τιαὕτη δικαία πράσις ὠχηρὰ καὶ απαράσάλευτως ἀχρι στασεως κόσμου προς σὲ τον ἠρημένον νοταριον παὕλον. καὶ εἰς τοὺς σοὺς κληρο-

meam trium olearum, quae mihi obtigit pro medietate emphyteusis a Scullado et Bonavita, in loco Aquaro, pertinentiis Aëtae, et hos habet fines: ab oriente est praedium Butroni; ab occidente praedium memorati venditoris; a septentrione praedium Bonavitae; a meridie domus memorati venditoris; et clauditur. Hanc igitur dimidiam partem dictarum trium olearum, una cum humo subtus exstante, vendidi tibi ipsi et tuis heredibus aureis tarenis octo, quos cum a te in meas manus acceperim, integros, iustos, non imminutos et iusto pondere, tibi dedi dictae dimidiae partis olearum personalem possessionem, et corporale iuramentum tibi praestiti de hac perfecta et plenissima venditione, ut habeas memoratam dimidiam partem olearum, uti antea dixi, a me in omne aevum una cum tuis heredibus, vendas, dones, permutes, in dotem filiarum inscribas, et facias de ea et in ea quidquid volueris, utpote qui dominium et potestatem a me acceperis, nemine impediente. Renunciamus insuper omni exceptioni et subsidio consuetudinum et legum, et cuiusvis canonici et civilis iuris, quod nobis prodesse possit ad infirmandam, subvertendam, vel dissolvendam praesentem venditionem, et promittimus legitimam defensionem. Nam si quando aliquis nostrum vel extranea persona apparuerit, qui te vel tuos heredes de ipsa parte molestare voluerit, ne exaudiatur, sed ego meique heredes obstabimus, et vobis ipsam asseremus a quacumque persona extranea vel propinqua. Si vero (*hanc venditionem*) subvertere voluero, in poenam periurii incidam, et assentior mulctari nostrae curiae Aëtae augustalibus quinque et decem, tibique memorato emptori et tuis heredibus quadrupla quantitate dicti pretii, et omnibus iustis expensis. Et nihilominus habeas memoratam dimidiam partem olearum, uti supra dictum, una cum tuis heredibus, prout a me emisti, et huiusmodi iusta venditio firma, stabilis, valida et immutabilis permaneat usque ad finem mun-

νόμους καὶ διάδοχους. διῶ καὶ ἐπιγραφὲν. τῆ ἡμῶν παρακλήσει. χειρὶ νικολάου νοταριου ποβλύκου ἀνωτερου. παρὰ τῶν προλεχθέντων κριτῶν. καὶ ἑτέρων καλῶν ἀνθρωπων μαρθυροθὲν. ἐν ἔτει μηνῆ καὶ ινδικτιωνι τῶν ἀνωτερω.

† εγῶ γουλιελμος τοῦ αγκουρου κριτὴς χωρας αετοῦ τὰ ανωτερα μαρτυρω.

† εγῶ νοταριος ιωαννης τῆς κυρας γρουσας κριτὴς χώρας αετοῦ τὰ ανώτερα μαρτυρω.

† ego rogerius de aquario testor.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 167.)

di tibi memorato notario Paulo tuisque heredibus et successoribus. Quare scripta est rogatu meo manu Nicolai publici supradicti notarii, praefatorum iudicum aliorumque proborum hominum testimonio roborata, anno, mense et indictione suprascriptis.

† Ego Gulielmus de Aquaro iudex civitatis Aëtae quae supra testor.

† Ego notarius Ioannes de domina Grusa iudex civitatis Aëtae quae supra testor.

CCCXXI.

1270 — Mense Augusto 25 — Indict. (XIII).

Boëmundus dominus Oppidi a monasterio S. Georgii accipit decem annis quaedam pascua posita ad collem Pistillariae et flumen Coecum pretio unciarum aurearum quinque et annua praestatione arietis et lactis unius gregis.

† ἐγῶ βοαίμουνδος κυριος ὀπίδου τὰ ὑπογεγραμμένα στέργω καὶ ἐμμενω καὶ ἐπίκυρῶ διὰ τοῦ εἰκιου μου σταυροῦ:

† Ἐν ὀνόματι τοῦ κυρὶου ἡμῶν ιησοῦ χριστοῦ. αἰωνίου θεοῦ καὶ σωτήρος ἡμῶν ἀμήν. τῆ εικωστῆ πέμπτη ἡμέρα τοῦ μηνὸς αὐγούστου. τῆς ινδικτιωνος δεκάτης. ἐν τῶ ἑξακισχιλιώστῶ. ἑπτακωσιώστῶ. εὐδομικωστῶ. ὀγδώω ἔτει κόσμου· κυριεὔοντος τοῦ ὑπερλάμπρου κυρίου ἡμῶν κάρολου. θεοῦ χάρητι ρηγὸς σικιλίας. δουκάτου ποῦλιας καὶ πριγκυπάτου κάπουας. ἀνδιγαβίας. προβετείας καὶ φολκαλκερίας κόμιτος. τῆς αὐτοῦ κυριότητος ἔτος δεύτερον εὐτύχως ἀμήν. Ἡμεῖς ματθαίος τῆς ρῶτου κρητῆς χῶρας σεμιναρίου. ἰωάννης τοῦ χαιδακαρίου. τῆς αὐτῆς χῶρας ποῦπλικος ταβελλίων καὶ οἱ ἐγγεγραμμένοι μάρτυρες οἱ εἰς τούτω κληθέντες καὶ παρακληθέντες, διὰ τοῦ παρόντος ἐγγράφου δειλωποιοῖμεν τοῖς παροῦσι καὶ τοῖς μέλλουσι· ὅτι ὁ εὐγενῆς ἀνὴρ κυρος βαϊμοίνδος κύριος χῶρας ὀππείδου· πεπιστευκῶς εἰς ἡμᾶς· ὡς εἰς ἑαυτοῦ κρητὶν καὶ νοτάριον. ὁμολογῆσατω, ὅτι ὁ σεβάσμιος ἀνὴρ κυρος λουκὰς καθηγοῦμενος τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος τοῦ χρῦστοῦ γεωργιου χῶρας βεβαλήνου. καὶ τὸ τοῦτου κοινόβιον μοναχοὶ τῆς αὐτῆς μονῆς. διὰ τὸ ἐνδίεσθαι τὴν εἰρημένην μονὴν αὐτῶν ἐκ διάφορων πραγματων,

† Ego Boëmundus dominus Oppidi subscripta firmo, rata habeo et roboro propria mea cruce.

† In nomine domini nostri Iesu Christi aeterni Dei et Salvatoris nostri. Amen. Vicesima quinta die mensis augusti, indictione decima, anno mundi sexmillesimo septingentesimo septuagesimo octavo, regnante illustrissimo domino nostro Carolo, Dei gratia rege Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Capuae, Andegaviae, Provinciae et Forcalquerii comite, regni eius anno secundo, feliciter, amen. Nos Matthaeus de Roto iudex civitatis Seminarae, Ioannes de Chandacario eiusdem civitatis publicus tabellio, et subscripti testes ad hoc vocati et rogati, per hanc chartulam notum facimus praesentibus et futuris, nobilem virum Boëmundum, dominum civitatis Oppidi, nobis fidem habentem, utpote eius iudici et notario, declarasse venerabilem virum dominum Lucam praepositum monasterii sancti magni martyris Christi Georgii de civitate Bebalini, et monachos eiusdem monasterii, cum praedictum eorum coenobium ob diversas possessiones teneretur ad fiscalia tributa solvenda, ut eius necessitatibus consulerent, atque eiusdem negotia procurarent et adiuvarent, sibi vendidisse, confirmasse et tradidisse

εἰς ρηγικὰς δουλείας καὶ ἀνάγκαις. καὶ τὼ τῆς αὐτῆς μονῆς διήκειῶθαι πράγματα καὶ ἐξἀκολουθεῖν, πέπρακαν αὐτῶ. ἔστερξαν καὶ ἀπαίδωκαν αὐτῶ ὀνόματι καβάλας. εἰς τὸ βοσκῆσαι τὰ ζῶα αὐτοῦ καὶ θρέμματα. ἔνθεν ἐνιαὐτοῦς δέκα ἀπ' ἐντευθεν εἰς τὸ ἔμπροσθεν ψηφιζομένους· πᾶσαν τὴν βοσκὴν· τοῦ βουνὸς ἀνωτέρου. πιστηλλαρίας· καὶ τὰ παντάνα πάντα τῶν δυον μερων τοῦ ποταμοῦ τυφλοῦ. ἔνθεν καὶ ἔνθεν. καὶ ὅσα εἰσὶν. δι' ὀγκείας χρυσιου πέντε ἐν τω γενικῶ ζυγίω ἐνζυγισμένας. ἃς αὐτῶ τῶ καθηγουμένω ἐνωπιον ἡμων δεδώκεν λογω ταύτης. συμφώνω μέν τοι καὶ πάκτω τιῶδε. ἵνα ὁ εἰρημένος ἄρχων κυρος βαΐμούνδος καὶ οἱ τούτου κληρονόμοι. κρατῆσωσιν. δεσπόσωσιν. ἐπει δε καὶ επικαρπεύσωσιν μετὰ τῶν ζώων αὐτοῦ καὶ θρεμματων βόσκωντες τὰ εἰρημένα κράτει τοῦ αυτου βουνὸς ἀνωτέρου. πηστηλλαρίας. καὶ τὰ αὐτὰ παντάνα των δυον μερων τοῦ ποταμου τυφλοῦ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. ονόματι της αὐτης καβαλας ἐκ μερους της αυτης μονης. ἔνθεν πλήρωμα των εἰρημένων δέκα ἐνιαὐτων ἀπ' ἐντεύθεν εἰς τὸ ἔμπροσθεν ψηφιζομένων. καὶ διὰ καθ ἑκαστου χρόνου της αὐτης καβάλας. ὀνόματι ἐγνωρημης τοῦ αὐτου κράτους. ὁ εἰρημένος ἄρχων κυρος βαΐμουνδος. καὶ ἡ τούτου κληρονόμοι. ἐκ συμφώνω διδῶναι ὀφειλωσιν. τῶ αὐτῶ καθηγουμένω καὶ κοινοβίω λογω τῆς αὐτης μονης. καὶ τοῖς διἀδόχοις αὐτῶν ἐν τῆ αὐτῆ μονῆ ἐσομένοις· τῆ ἡμέρα τοῦ εἰρημενου ἁγιου μεγαλομάρτυρος τοῦ χριστου γεωργιου. ταρία χρυσιου δέκα ἐν τω γενικῶ ζυγίω. καὶ τὸ γάλας ἅπαν ἑνὸς μανδρίου, ὅπερ ἐπέρχεται ἀπὸ τῶν προβατων τοῦ αὐτοῦ μανδρίου· τω πρωῖ τῆς αὐτῆς ἑορτῆς μετὰ ἑνὸς κριοῦ· ἀναμφιβόλως. καὶ ἢ τυχῶν ὡς ἴωθεν. σπαρῆναι εὑρεθῆσεται εἰς αὐτὰ κράτει· ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τῆς αὐτης χῶρας, αἳ συνησφοραὶ τῶν αυτῶν σπορήμων. τὴ αὐτῆ μονῆ ἔσονται καὶ αποδωθήσονται ἀνακολύτως· οἷα κράτει βοσκόμενα παρὰ τῶν θρεμματων τοῦ αυτοῦ ἀρχοντος καὶ ζῶων. ἔνθεν της αὐτης δἰωρίας τῶν εἰρημένον δεκα ἐνιαὐτῶν. ὁ εἰρημένος ἄρχων ἑκουσίως αὐτου ὑπέκλημεν ἑαυτον. ἡ μὲν τὰ εἰρημένα δεκα ταρία τοῦ χρυσίου· τὸ γάλας ἅπαν ἑνὸς μανδρίου. καὶ τὸν κριὸν τῆς ἐγνωρημης τοῦ αὐτου κράτους καὶ καβάλας. τῆ εἰρημένη διὠρία. οὐκ αποδῶσει ὡς εἴρηται. καὶ πληρωθέντων τῶν αὐτῶν δεκα ἐνιαὐτῶν της αὐτης καβάλας. ἀπ' ἐντεύθεν εἰς τὸ ἔμπροσθεν ψηφιζομένης. τὰ αυτὰ κράτει. τῆ εἰρημενη μονὴ οὐ

ratione pascui, scilicet ut pabularentur eius animalia et pecora, annis decem amodo decurrendis, universa pascua superioris collis Pistillariae, et cuncta stagna posita ad utraque fluminis Caeci latera, et quidquid inibi exstat, unciis aureis quinque ponderis generalis, ipsasque eidem praeposito coram nobis tradidisse ob huiusmodi venditionem hoc pacto et conditione, ut memoratus princeps dominus Boëmundus et eius heredes habeant et teneant antedictam possessionem eiusdem collis Pistillariae, et omnia stagna posita ad utraque fluminis Caeci latera, iisque utantur una cum eorum animalibus et pecoribus ratione eiusdem pabulationis concessae ex parte ipsius monasterii, usquedum expleantur dicti decem anni amodo decurrendi; et singulis annis eiusdem pabulationis, ratione recognitionis ipsius dominii, dictus princeps dominus Boëmundus et eius heredes ex convento, et sine quovis praetextu pendere debeant ipsi praeposito et coenobio nomine eiusdem monasterii, eiusque in ipso futuris successoribus, die dicti sancti magni martyris Christi Georgii, tarenos aureos decem generalis ponderis, et totum lac unius gregis, quod ex ovibus ipsius gregis proveniat, mane eiusdem festi, cum uno ariete. Sin autem forte acciderit, uti assolet, ut homines eiusdem civitatis in iis possessionibus severint, earumdem sationum proventus ad dictum monasterium pertineant, ipsique sine impedimento tradantur. Cum vero in hisce fundis oves et animalia eiusdem principis intra constitutum terminum annorum decem pabulata fuerint, dictus princeps se suosque heredes sponte obligavit, nisi memoratos aureos tarenos decem, totum lac unius gregis, et arietem, ratione recognitionis dominii et pabulationis ab ipso monasterio concessae, praefato termino praestiterint, ut dictum est, et elapsis iisdem decem annis memoratae pabulationis amodo decurrendis in proprium dominium et potestatem praedicti coenobii

παραχωρήσηεν, ἀναμφιβόλως εἰς ἰδίαν ἐξουσίαν καὶ κυριοτητα ὡς τὸ ἀπ ἀρχῆς, ἐκ συμφώνου καὶ ἐπερωτήτεως. καὶ δι ὑποσχέσεως δημωσίας ὑπέκληνας εαὐτον ὁ εἰρημένος ἄρχων καὶ τοὺς αὐτοὺς κληρονόμους. ζημιώθύναι διὰ ποινὴν, οὐγκείας χρυσιου δώδεκα. τω ρηγικω φίσκω καταβάλλεσθαι καὶ τὰς ἐξώδους πάσας τοῦ ἐναντιώθέντι μερή ἀποδιδεὶν ἂν περι τουτου ποιήσειεν ἐν κορτη ἢ εξω. καὶ τὸ πράγμα ὡς εἴρηται ἐν τῆ ἰδία ἰσχύει μένοντος, ἀποταξάμενος ἑκουσιως αὐτοῦ εἰς τοῦτω πᾶση παραγραφῆ. καὶ πὰν νόμικον δικαιον. φυσικόν. ἠθηκον. καὶ πολιτικον. θεῖας διάτάξεις παροῦσας ἢ μελλοῦσας. ἐκκλησίαστικὰ δεκρίτα· νόμον τοῦ βελλειάνίου ἀπάτιν τινὰ. βρεβελεγίοις. καὶ ρηγικοις γράμμασιν ἀνησαμενοις καὶ μελλοῦσοις ἀνῆσασθαι. νόμω γραπτῶ ἢ ἀγράφω. δυναμένω εὑρεθύναι εἰς τὸ παραθραῦσαι ταύτα ἢ ἐξ ἐναντι τῶν παρόντων εν ἕν τινι ὠφθύναι. ἀλλὰ φυλάχθύναι αὐτὰ στεραιὰ καὶ βεβαία ἔνθεν τῆς αὐτῆς καβάλας τέλους καὶ πλήρωμα εἰρημένον. ὅθεν προς μέλλουσαν μνῆμιν. καὶ τοῦ πράγματος τούτου στεραιὰν ὠχύρωσιν καὶ βεβαίωσιν. τὸ παρόν τῆς ἐμολογίας τοῦ αυτου ἄρχοντος κυρου βαῖμουνδου κυριου χῶρας ὀππειδου. ἐκ μέρους αυτου καὶ τῶν αυτου κληρονόμων· τω αὐτῶ καθηγουμένω κυρω λουκὰ, καὶ κοινοβίω αὐτοῦ. ἐκ μέρους καὶ ὀνόματι της αυτῆς μονης ἁγιου γεωργίου βεβαλῆνου ἐποιήσαμεν ποιηθύναι. τῆ παρακλῆσει τοῦ αυτου ἄρχοντος κυροῦ βαῖμούνδου. τόσον διὰ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος κυροῦ βαῖμουνδου ἀνωτέρου ποιήθῆτα, ὅσον διὰ τῆς ὑπογραφῆς ἡμῶν τε του εἰρημένου κρητου. νοταρίου. καὶ των αλλων μαρτυρων ὠχυρωθὲν. ἐν ἡμέρα. μηνὶ, ινδικτιωνι. ἔτει, καὶ κυριότητι. τοῖς προειρημένοις.

† Ego Matheus de Roto qui supra iudex seminare subscripsi.

† ἐγῶ ρωμβερτος μερίτζος σύντροφος καὶ φαμιλιάριος τοῦ ειρημένου ἄρχοντος κυρου βοαμούνδου κυρίου τῆς χῶρας ὀππείδου παρακληθεῖς τὰ ανοτερα μαρτυρω δια του αἵμου σταυρου.

† εὐτέλης πετρος ἱερευς τοῦ ἐπιτιρίτι παρακληθείς τα ανοτερα μαρτυρω.

† εγω νοταριος κωνσταντινος φρασσαλος παρακληθεῖς μαρτυρών υπέγραψα ἰδείω χειρός.

† ὁ τοῦ χανδακαριου ἰωάννης καὶ της χῶρας σεμιναρίου πούπλικος ταβελλίων· τὰ ἀνωτερως ἔγραψε καὶ παρακληθεῖς ἑαυτόν ὑπεγραψε ἰδιοχείρως.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 168.)

quemvis praetextum restituerint antedictos fundos, quales ab initio erant, ex pacto, requisitione et publica promissione, mulctari regio Fisco poenae nomine unciis aureis duodecim, et parti adversanti solvere quidquid expensarum fecerit in Curia vel extra, contractu, ut dictum est, in suo robore permanente, cum propter hoc ipse sponte renunciaverit cuicumque exceptioni, et iuri legitimo, naturali, consuetudinario et civili, divinis constitutionibus praesentibus, vel futuris, decretis ecclesiasticis, legi Velleianae, cavillationi, privilegiis et regiis litteris promulgatis vel promulgandis, legi scriptae vel non scriptae, quae ad haec labefactanda inveniri possit, vel contraria in aliqua re videri cuilibet ex praesentibus pactis, quae serventur firma et inconcussa intra eiusdem pabulationis terminum et complementum praedictum. Quare ad futuram memoriam et ad validam confirmationem ac securitatem huiusce contractus praesentem declarationis chartulam ipsius principis domini Boëmundi, domini civitatis Oppidi, ex eius parte suorumque heredum, memorato praeposito domino Lucae et coenobio eius, ex parte et nomine ipsius monasterii sancti Georgii de Bebalino, condi iussimus rogatu eiusdem principis domini Boëmundi, roboratam tum praesignatione eiusdem principis domini Boëmundi, tum subscriptione nostra, dictorum iudicis, notarii et aliorum testium, die, mense, indictione, anno et regno suprascriptis.

† Ego Robertus Meritzus convictor et familiaris dicti principis domini Boëmundi, domini civitatis Oppidi, rogatus quae supra testor per meam crucem.

† Petrus humilis sacerdos de Epitirito rogatus quae supra testor.

† Ego notarius Constantinus Frassalus rogatus testis propria manu subscripsi.

† Ioannes filius Chandacarii, publicus tabellio civitatis Seminarae, quae supra scripsit, et rogatus se ipsum propria manu subscripsit.

CCCXXII.

1270 — Mense Augusto — Indict. XIII — Scyllacii.

Coniuges Philippus Bibillus et Maria cum filiis vendunt Roberto Buciae vineam positam ad Mamuracam aureis tarenis duodecim.

† σίγνον χειρός φυλιππου βῆβίλλου † σιγνον χειρός μαριας συμβίου αυτοῦ † σίγνον χειρός τουσχανας θηγατρος αυτῶν † σιγνον χειρός αδάδου αδελφου αυτῆς † σιγνον χειρος ιωαννου αδελφου αυτων ημῆς υ προγραφεντες οι τα σίγνα του τιμιου σταυρου ειδιαὶς ημων χερσὶν εν τωδε τόμω χαράξαντες τὴ ημετέρα βουλή καὶ θελήσει αναλαμβαννόμεθα τοὺς ημετερους αδελφοὺς ειδίους κλοὶρονόμους καὶ σὶνκλοὶρονομούς και ἁπλῶς ὑπῆν εις παντα ἀνθρωπον αρχοντα καὶ εξουσίαν δι οὶς ομολογουμεν δια του παροντος πουπληκου εγγραφου παρουσία των υπογραμμενων κριτων σκηλλακος περεγρίνου σαμονὰ πουπληκου νοταρίου της αυτης καὶ τῶν υπογραμμενων μαρτυρων εις τουτο κληθεντων καὶ παρακληθέντων αδολως καθαρὼς εκουσιως και ελευθερως επρασαμεν σὺ τοῦ ρουπερτου τοῦ βουκήα καὶ τὴς σοὶς κλοὶρονόμοις τω ημέτερον αμπελιον σινγγηον το όντα εις τον μαμούρακαν το σινορούνται σύ του αγωραστού. έτερον σίνορον τοῦ χρυσαφη κουκουλλητου. αλλον σίνορον τοῦ απορίου βελωνα. σινόρηται καὶ ο δρόμος. αὐτόν τω αμπελον ειτη ρίζας τετρακωσιας. μετα παντων αυτοῦ δικαιοματων. καὶ εκῆσε δένδρών εγγεΐζη εκῆσε. τω ενλυπες ημέτερον αμπελιον. αυτα τα ριθεντα τετρακωσια ριζηα του αμπέλου. επρασαμεν αυτα σύ του ονομασμενου ρουπέρτου καὶ τῆς σοὶς κλοὶρονόμοις δια χρυσουν ταρια δώδεκα. άτινα ταρια δώδεκα την δικεαν επιτιμησιν του πράγματος ελαβαμεν απο σου καὶ απεταξαμεν πάσαν παραγραφὴν ητήσεως τών ριθεντων ταραίων ος ανελληπη αυτα ελαβαμεν. ομιως απεταξαμεν άπαν δίκεον τω δυναμενω ημας βωιθησαι εις μετατραπην τῆς αυτης πρασεως απέστημεν τῆς δεσποτίας του πραγματος καὶ πρὸς σὰς την νομὴν καὶ δεσποτιαν επαρεδωσαμεν υπεξουσιως εχην σας αυτα πουλειν. χαρίζην ανταλλάττειν καὶ εν πριξὴν τεκνων γραφειν ος το κήρος καὶ την αυθεντιαν παρ ημων λαβων μὴ κολυομενος η εμποδιζομενος παρά τινος καὶ η μεν ποτε κερω φανι τῆς ενοχλησας εις αυτα ινα στικωμεν εκδικάν σὰς αυτα εκ παντός εναντιουμένου προσώπου ει δε ουκ εκδικυ-

† Signum manus Philippi Bibilli. † Signum manus Mariae coniugis eius. † Signum manus Tuscanae filiae eorum. † Signum manus Adadi fratris eius. † Signum manus Ioannis fratris eorum. Nos suprascripti, qui signa honorabilis crucis propriis nostris manibus hac chartula exaravimus, nostro consilio et voluntate, nomine nostrorum fratrum, propinquorum, heredum et coheredum, et uno verbo cuiuslibet hominis, magistratus et baiuli, declaramus hac publica scriptura, coram subscriptis iudicibus Scyllacii, Peregrino Samona publico notario eiusdem civitatis, et testibus ad hoc vocatis et rogatis, sine dolo, pure, sponte et libere vendidisse tibi Roberto de Bucia et tuis heredibus vineam nostram cum humo, positam ad Mamuracam, attiguam ex una parte bonis tui emptoris; ex altera Chrysaphii Cucullitae; ex altera aporio Belonae, et viae. Hanc igitur vineam quae vitibus quadringentis constat, una cum omnibus ipsius iuribus et arboribus inibi extantibus, et quavis alia re ad ipsam spectante vendidimus tibi nominato Roberto et tuis heredibus aureis tarenis duodecim, quibus quidem a te acceptis pro iusto rei pretio, renunciavimus cuique exceptioni requisitionis dictorum tarenorum, cum eos non imminutos acceperimus. Item renunciavimus cuique iuri quod nobis subsidio sit ad hanc venditionem subvertendam, nosque exuimus dominio praedii, eiusque tibi possessionem tradidimus cum facultate ipsum vendendi, donandi, permutandi, et in dotem filiarum scribendi, utpote qui ius et potestatem a nobis acceperis; neque obstaculum vel impedimentum a quovis patiaris. Si vero aliquando quisquam molestiam de antedicta vinea tibi intulerit, nos obstabimus, tibique eam asseremus ab omni con-

σωμε σας αυτα ος βουληθωμενοι μετατρευσαι την παρ ημων καλοθελως γυναμένην σας πρασιν μὴ εισακουόμεθα μητε παρα του θειου νόμου βωιθειαν σχώμεν ου μονον τουτο αλλ υπερ παραβασαιως του τιμιου σταυρου ζημιουστω ημας εν τω δεσποτικω φύσκω αγουσταλια δέκα καὶ πρὸς σὰς τοὺς αγωραστάς τριπλην την ονὴν και ιθ ουτου στεργγει καὶ εμένει η παρούσα πρασις πρὸς σας και παντα τον κληρονομον σας στερρα βαίβια καὶ απαρασαλεύτος αχρη τερματων αιονων εν παρουσια μαρτυρων.

† ἐγῶ φἴλιππος του νοταριου ρογεριου κριτοῦ σκυλλακος μαρτυρω καὶ υπεγραψα. † Ego Scallionus de notario Roberto testor. † Ego Leo de mayda rogatus testor et me subscripsi. † Ego Iohannes cucune testor. † Ego Andreas de neocastro testor. † Ego Robbertus de bonacruza testor. † εγῶ ιωαννης τοῦρλυνα τοῦ ασπρου μαρτυρ υγεγραψα.

† εγραφη υπογράφη καὶ εκηρώθη το παρον ἐγραφον χειρὶ εμου περεγρίνου σαμονὰ πουπληκου νοταριου σκηλλακὸς μηνὶ ἀυγουστω ινδικτιωνι ιγ' ετους ϛψοη'.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 169.)

traria persona. Et nisi id praestiterimus, sed huiusmodi venditionem tibi de bona voluntate factam subvertere tentaverimus, ne exaudiamur, neque a divina lege subsidium habeamus; neque id tantum, verum ob violationem honorabilis crucis mulctemur regio Fisco augustalibus decem, et tibi emptori triplo pretio emptionis. Et ita deinceps firma, stabilis et inconcussa maneat usque ad finem seculorum praesens venditio tibi et omnibus tuis heredibus facta coram testibus.

† Ego Philippus, notarii Rogerii filius, iudex Scyllacii, testor et me subscripsi.

† Ego Ioannes Turlina de Aspro testis subscripsi.

† Scripta, subscripta et roborata est praesens chartula manu mei Peregrini Samonae, publici notarii Scyllacii, mense augusto, indictione XIII, anno 6778.

CCCXXIII.

1270 — Mense Octobri — Indict. XIV — Catacii.

Notarius Ioannes Musca mutuatur ad annum unum cuidam Fenso de Garisinda unciam auream unam, et in pignus accipit quaedam praedia.

† Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος· καὶ δἴ κατὰ τὸν οκτῶβριον μῆνα της ενἴσταμἔνης ινδικτιωνος ιδ'. εν τω ϛψοθ' ετει. ρἴγέβοντος του ἐνδῶξωτατου καὶ θεοτἴμιτοῦ ημων ριγὸς κυροῦ καρουλου. θεου χάριτος σικελειας ριγὸς. δοὺκας της πούλλειας. καὶ προῖξ τής κάπουας. αγιας πολεως σενἄτωρ. ἀνδεγαβειας. πρῶβέντζας. καὶ φῶρκαλκεριου κώμιτος· καὶ της βασιλειας ρωμης καὶ ὑπὸ της ἁγιας ρῶμαἴκεῖς ἐκλεισίας εν τῆ δουσκάνα· βἴκἀριος γενἴκὸς της του ρἴγατου αὐτοῦ ετοῦς εκτου ευτειχως ἀμὴν· εἰμοῖς ἐνρικος τοῦ κυρου αλἴμβερτου· κροιτῆς πόλεως κατάντζαριου. καὶ νοτάριος ιωαννης νοταρίου μαυρικείου. πούπλεικος νοταριος τῆς αὑτης· ομολογοῦμεν διὰ του παροντος πούπλεικου ἐνγραφου· ὁς ὑτι ενῶπιον ημων ἠτἐλήληθε. νοταριος ιὠαννης μοὺ-

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Mense octobri, praesente indictione XIV, anno 6779. Regnante gloriosissimo et piissimo rege nostro domino Carolo, Dei gratia Siciliae rege, Apuliae duce, Capuae principe, sanctae urbis senatore, Andegaviae, Provinciae et Forcalquerii comite, et Romani Imperii in Tuscia per sanctam romanam Ecclesiam vicario generali, regni ipsius anno sexto, feliciter, amen. Nos Henricus domini Aliberti filius, iudex civitatis Catacii, et notarius Ioannes filius notarii Mauricii, publicus notarius eiusdem civitatis, notum facimus praesenti publica scriptura coram nobis venisse notarium Ioannem Muscam, et Fensum de Garisinda, et dictum Fensum declarasse coram nobis se in foenus accepisse ex manibus memorati notarii

σκας. καὶ φῆνσος τῆς γαρϊσηνδὰς. καὶ ὁμολόγισεν ὁ ριθεις φῆνσος ενωπιον ημων ὁτϊ ανάλαβεν διὰ χειρὸς του ριθεντος νοταριου ιωαννου μούσκα· εἰς δάνους χρυσοῦν ὀνκειᾶν μίαν. του εχυν αυτῆν τῆν ειριμένην ὀγκειαν μίαν τοῦ χρυσοῦν. ο ριθεις φῆντος. διὰ ὁλου του εἰσερχομένου οκτωβρίου μηνὸς. του ενϊαυτοῦ. ινδικτιωνος δεκάτης πέπτης. ὁ δὲ ριθεις φένσος ἐνωπιον ημων. ἔθεσεν εἰς ἐνεχῖρον του ριθεντος νοταριου ιωάννου διά τήν ειριμένην χρισοῦ ὀνκειαν μίαν. εν πετζὴν αμπέλου. ηγοῦν ρϊζεια ἐπτακῶσια. καὶ χῶρὰφιου. πετζῶπουλλα τρεῖα. σὺν τῶν εκὺσαι ὡντων δένδρων καρποιμων καὶ ἀκαρπων· εν τυνι τρώπω. καὶ τϊουτω σϊμφωνω μέλλει τρώγειν. καῖ δαπανᾶν πάσαν τήν επϊκαρπιαν αυτοῦ ο ριθεις νοταριος ιωαννης διὰ ολοῦ τοῦ εἰσέρχομένου ὀκτῶβριου μηνὸς. της ινδίκτιωνος ιε'. πληροιμένου δὲ τοῦ ριθεντος μηνὸς· του ἐᾶσε τα εἰριμενα χῶραφια. συν του ριθεντος ἀμπέλου. προς τὸν εἰριμένον φένσον· ἐλεύθερα. καὶ ο ριθεις φένσος τοῦ επίστρεψαι εἰς τον εἰριμένον νοταριον ιωαννην. την εἰριμένην χρυσοῦν ὀνκειαν μίαν· ἀκωλείτως· καὶ ἀνεμποδίστος· ϊ δ ουχι καὶ οὐ δυνιθη ὁ ριθεῖς φένσος του επιδοῦναι του ριθεντος νοταριου ιωάννου τὴν ειριμένην χρυσοῦν ὀνκείαν μιᾶν· ὸς ανωτερω διλεῖ· του μελλει δοῦναι ὁ ριθείς νοταριος ιωάννης· του ριθέντος φένσου. χρυσοῦν ταρία δέκα πεντὲ. καὶ ο ριθεις φένσος εἰνα μελλει ποιεῖσε του ριθεντος νοταρίου ιῶαννου. ἀγῶρᾶν. ἀπὸ του ριθέντος αμπέλου. καὶ των ειριμένων χῶραφιων· ἐν λόγω πράσεος· διὰ χρυσοῦν ταρία σεράκωντα πεντὲ. καὶ ὀπλϊκευθῆ ὁ ριθεις φένσος· ἐαν βοῦληθή ελθείν εξεναντιας απὸ τῆς ειριμενης καταθέσεως· καὶ οὔκ εκπληρωσαι αυτῆν τοῦτο πρωθῦμως ὸς ανωτερω εφημεν· του εἶναι κρατείμενον ἐκ σὺμφῶνου καὶ λογω εις ποίνην χρυσου ὀνκειας τέσσαρας· τὰς δῦο εις την κόρτην. τὰς δὲ αλλας δῦο· εις το μερος· καὶ ἡ παρουσα καταθεσις μενετω στερρᾶ βεβαιος καὶ ἀπαρασάλευτος μέχρι τοῦ ριθέντος σὺμφῶνου. ὑπαρχει το ριθὲν αμπέλιον. καὶ τα εἰριμένα χῶραφια· εν τῆ διϊακρὰτήσει πόλεως κατάντζαριου· εις τὸ βαθος τῆς μοῦλης· το μὲν αμπέλιον ὑπάρχει πλησιον αμπελιου· των παίδων λέου ἀπεράτου. καὶ τῶν παίδων νικολᾶου ποῦλλεῖσι· καὶ του κρούδου· καὶ της ὁδοῦ· το δὲ πρῶτον πέτζῶπουλλον του χῶραφιου ὑπάρχει πλησιον χώραφιου· κυρου τόρναφραντζα· καὶ πλησιον χῶραφιου ρωπερτου του λεῖπατου· καῖ πλῆσιον χῶραφιου βασιλεῖου μουρμερου· καὶ των

Ioannis Muscae auream unciam unam, ut ipsam haberet per totum mensem octobrem futuri anni, indictionis decimae quintae. Praefatus vero Fensus coram nobis oppigneravit memorato notario Ioanni pro dicta aurea uncia portionem vineae, id est vites septingentas, et tres portiones praedii cum arboribus inibi extantibus tum fructiferis tum silvestribus, hoc sane modo et pacto, ut dictus notarius Ioannes utatur ac fruatur cunctis fructibus ipsorum per totum venturum mensem octobrem indictionis XV; impleto vero dicto mense, relinquat memorato Fenso antedicta praedia et vineam libera, et dictus Fensus restituat eidem notario Ioanni dictam unciam auream libere et sine impedimento; secus autem, et si nequiverit dictus Fensus restituere ipsi notario Ioanni dictam auream unciam, uti supra declaratum est, debeat idem notarius Ioannes dare dicto Fenso aureos tarenos quindecim, et ipse Fensus debeat vendere notario Ioanni dictam vineam et praedia aureis tarenis quinque et quadraginta; et rursus si dictus Fensus voluerit adversari huiusmodi pactis, eaque alacriter non servare, uti supra dictum est, solvat ex convento pro poena aureas uncias quatuor, quarum duas Curiae, et reliquas duas parti. Et praesens contractus firmus, stabilis et inconcussus sit donec haec conventio permaneat. Extant vero dicta vinea et praedia in agro civitatis Catacii in valle Mulae, vinea extat prope vineam filiorum Leonis Aperati et filiorum Nicolai Puglisi, et prope Crudum et viam. Prima vero portio praedii extat prope praedium domini Tornafrantzae, et prope praedium Roberti Lipati, et Basilii Murmeri, et filiorum Garriosi, et constat modio uno. Alterum vero

παῖδων γαρρεῖωσει· ὑπάρχει δὲ μόδιου ειὸς· το δὲ αλλον χῶραφιον· υπαρχει ρουβου τρειῶυ. το καὶ πλῆσιον χωραφιου· γαλτερίου τοῦ σκειλλειανου· καὶ πλῆσιον χῶραφιου. ρωπέρτου του λειπατου· καὶ πλῆσιον χῶραφιου του κυροῦ σίλβεστρου· το δὲ άλλον τρείτον χῶραφιον. ὑπαρχει καὶ αυτο μοδίου ἑνὸς· πλῆσιον χῶραφιου κυροῦ ρίκαρδου του κυροῦ βαλδίνου· καὶ πλῆσιον χωραφιου. των παίδων τοῦ ριθέντος λέου ἀπέρατου· καὶ πλῆσιον χωραφιου της κόρτης· ρώγκας φάλλοῦκας. καὶ σῦνκλύουν. ὁθεν πρὸς περϊσσωτέραν πϊστωσιν καὶ βεβαιαν ἀσφάλειαν του ριθεντος νοταρίου ιωαννου μουσκα. καὶ των αυτου κλειρῶνῶμων· τη παρακλῆσει· καὶ στέρξει τοῦ ριθεντος φένσου· επιείσαμεν του ριθεντος νοταριου ιωαννου. το παρόν ὁμολογιτεικόν πούπλεικον ενγραφον· τή ημετερα χειρῖ καὶ τοῦ ριθέντος φένσου καὶ ετερων καλῶν ανθρωπων. κατεικυρώμενον. καὶ συνμαρτυριμενον. καὶ δια χειρός καμου του προλεχθεντος νοταριου ιωάννου νοταρίου μαυρικίου. πουπλεικου νοταριου πολεως καταντζαριου. τη παρακλήσει. καὶ στερξει· του ριθέντος φένσου. γεγραμμένον. μηνη έτους καὶ ινδικτιωνος τῆς προγραφεισης.

† Ego henricus de domino Alberto iudex Catanzarii qui supra.

† εγω φενσος τῆς γαρισεῖνδας· τα ανωτερα ομολογῶ καὶ στέργω καὶ μαρτυρῶ δϊα τοῦ ἐμοῦ σταυροῦ.

† Signum manus proprie Ioannis de martino.

† Signum manus proprie Simonis Arcarii.

† Ego Goffredus eisdem interfui et testor.

† εγραφη το παρον ἐνγραφον χειρὶ ἐμου νοταρίου ιωάνου νοταριου μαυρικιου πουπλεικου νοταρίου πολεως καταντζαριου. του ετους μηνη και ἰνδικτιωνι της ἀνωτερω.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 170.)

praedium constat tribus rubis, et extat prope praedium Galterii de Scilliano, et Roberti Lipati, et domini Silvestri. Tertium vero praedium constat et ipsum modio uno, (*et situm est*) prope praedium domini Riccardi filii domini Baldini, et filiorum dicti Leonis Aperati, et praedium Curiae Roccae Fallucae, et clauditur. Quare ad maiorem fidem et firmam securitatem dicti notarii Ioannis Muscae, et ipsius heredum, ex requisitione et consensu dicti Fensi, fecimus dicto notario Ioanni praesentem publicam declarationis scripturam, roboratam et testatam manu nostra et dicti Fensi aliorumque proborum hominum, et manu mea praedicti notarii Ioannis filii notarii Mauricii, publici notarii civitatis Catacii, requisitione et consensu eiusdem Fensi. Scriptum mense, anno et indictione supradictis.

† Ego Fensus de Garisinda quae supra confirmo, roboro et testor per meam crucem.

† Scripta est praesens chartula manu mea notarii Ioannis filii notarii Mauricii, publici notarii civitatis Catacii, anno, mense et indictione supra memoratis.

CCCXXIV.

1271 — Mense Ianuario — Indict. XIV — Badulati.

Petrus de Iudice et Nicolaus de Bona vendunt monasterio Cammaroti Obedientiae S. Stephani de Nemore praedium positum in agro Badulati aureis tarenis quindecim.

† Σίγνον εικίας χειρος πέτρου επονοιμία τοῦ κριτοῦ. † Σίγνον εικίας χειρὸς ιικολάου επονοιμία τῆς βῶνας κατηκήτωρ εις το χώριον αγίου λεωντίου.

Εν ὀνόματι τοῦ αιωνίου Θεοῦ καὶ σωτηρος ημῶν ιησοῦ χριστοῦ Αμὴν: ἔτη τῆς κυριακῆς αυτοῦ σαρκώσεως, χειλιοστῶ διακωσιοστῶ ευδωμικοστῶ πρῶτω: Μηνῆ ἰαννουαρίω της ινδικτιωνος δεκάτης τετάρτης: κυρἰεὔοντος τοῦ ἐνδόξου κυρου ημῶν κυρου ριγὸς κἄρουλου Θεου χἄριτι, ηψυλου ριγὸς σικελείας· δουκάτου αποὔλειας: πρηνκηπάτου κἄπουας ανδεγάβιου φολκαλκἔριου καὶ προβήντζης κόμητος, τοῦ δε αυτοῦ ριγάτου ενῆαυτῶ ἕκτω. ευτιχως αμὴν: οιμεὶς οἱ ανὥτἐροι προγράφέντες οἱ τα σίγνα τοῦ τημίου σταυροῦ ποιεἴσαντες ανωτέρω. ανἆλαμβαννώμενοι πᾶντα ἄνθρωπον και πᾶσαν εξουσίαν, Εμ παρουσῖα τοῦ πιρροὔνου κἄπουτου κριτοῦ χῶρας βαδουλάτου. τοῦ βαρθωλομαίου πλασταροῦ Νοταρίου της αυτης χῶρας: ὧν οιδικὸς εγῶ ὁ ανοτέρος νικόλαος· της βῶνας, εσυνἔνεσα εἰς ἰδίους ἐμοὺς: κριτῆν. και νοτἄριον ὡς γἰνὥσκοντα μη ἔσεσθαι ημοὺς: κριτὴν και νοτάριον: καὶ ετερων υπογραφεντων ὀχυρωμένων μαρτυρων κληθεντων προς τουτο οιδικὸς καὶ παρακηθεντων· εν τῶ παρόντι πὀβληκῶ ἐγγράφω, ὁμολογοὔμεν. καὶ μαρτυροὔμεν τοῖς πάσι, διλωποιοὔμεν, ὅτι ἄνευ. φόυου: δόλου. χλεἴης υἱας: απάτης ανἄγκης, ἡ αλλης ετίας ωθοὔμενοι ἢ εμπαχθεντες: οὔτε εἰς κριτηριον εἰσαγῶμενοι περὶ τοὔτου, αλλ οιδώτες οφελῆσαι τὴν ἔρεσιν ημῶν τοὔτω εποιεισαμεν εκουσίος και αυτὸπροαἴρετοι τελεἴος πἐπρἄκαμεν; εδόσαμεν και απὸδόσαμεν; τὸ οιμέτερον δίκαιον; τῶ δόμνω γουλίελμω τῆς μἄγιδας: μοναχῶ, καὶ μαίστορι κἐλλαραρίω αγίου στεφἄνου: τοῦ ὅρους; ὀνὄματι τῆς μονῆς τοῦ ηρημένου αγιου στεφάνου; τουτ εστίν: εις τὸ μετόχειον καμμαρῶτου: ἤγουν χωραφίου πετζῆν ἕναν: απο των οιμετέρων χωραφίων: ὅπερ κατἔχωμεν καὶ εξαδἴερετος νομεὔωμεν: δικἄιο εκ πατρικης ημῶν κληρονωμίας. εν τωποθεσία καλουμἔνη: η ἔρκαν διακρατῆσεως χῶρας βαδουλάτου: κατοτερω πέρατα αυτοῦ διεροὔμεν:

† Signum propriae manus Petri cognominati de Iudice. † Signum propriae manus Nicolai cognominati de Bona incolae civitatis S. Leontii.

In nomine aeterni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Amen. Anno eius dominicae incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo primo, mense ianuario, indictione decima quarta, regnante glorioso domino nostro Carolo Dei gratia excelso rege Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Capuae, Andegaviae, Forcalquerii et Provinciae comite, regni vero eius anno sexto, feliciter, amen. Nos suprascripti, qui signa honorabilis crucis superius exaravimus, quorumvis hominum ac magistratuum (*molestiam*) in nos suscipientes, coram Perruno Caputo, iudice civitatis Badulati, Bartholomaeo Plastara, notario ipsius civitatis, quos specialiter ego suprascriptus Nicolaus de Bona assentitus sum mei ipsius iudicem et notarium esse, quamvis noverim meos non esse iudicem et notarium, et aliis subscriptis validis testibus expresse ad hoc vocatis et rogatis, praesenti publico instrumento declaramus, testamur et notum omnibus facimus nos nullo metu, dolo, fraude, vi, deceptione, necessitate, vel alia causa compulsos vel coactos, neque in iudicium vocatos de hac re, sed compertum habentes nostrum propositum utile esse, sponte et propria electione et perfecte vendidisse, dedisse et tradidisse domino Gulielmo de Maida, monacho et magistro cellerario sancti Stephani de Nemore, nomine dicti monasterii sancti Stephani, videlicet Obedientiae Cammaroti, nostram possessionem, nempe portionem unam praedii ex praediis nostris, quae iure possidemus et indivisim habemus ex paterna nostra hereditate in loco vocato Erca, in agro civitatis Badulati, uti eius fines infra describemus. Eam vero vendidimus aureis tarenis quindecim ponderis generalis; quibus acceptis integris, iusto pondere, perfectis et puro auro, ob plenissimum pre-

αυτό δὲ πεπρακαμεν. εις τον γενικον ζυγῶν δια χρησιου ταραία δεκαπέντε: ἅτινα του χρυσίου ταραία δεκαπέντε, σωὸς ζυγισμένα τελειος ανελάβαμεν καὶ εσχήκαμεν καθαρᾶ χρησᾶ. δια πλειρεστάτην τιμὴν και αποφλησιν· τοῦ αυτοῦ χωραφίου: απειτεξάμειν τῆ παραγραφῆ τοῦ μὴ ζυγισμένου χρησοῦ, καὶ μὴ αρηθμουμένων χρημάτων: ἢ οὐ αναλαμβανωμένων, και πέρας τῆς ελάττου τιμήσιας τοῦ δικαιου τιμήματος τοῦ αυτοῦ χωραφίου. λαβῶτες δὲ το τίμημα και πλείρης απόφλημεν οιμᾶς τῆς νομῆς καὶ δεσποτείας τοῦ αυτοῦ χωραφίου· καὶ τοὺς ημετέρους κληρονόμους απεγδήσαμεν: απεγδηθέντες, αυτίκα ὁμοῦ καὶ ἅπαξ εισυγάγαμεν καὶ τεθήκαμεν εἰς σωματικὴν εμφόρεσιν τὸν ἠρημένον αγωραστὴν: ὀνόματι τη ριθῆση μονῆ αγίου στεφανου: εις τὸ αυτον χωράφιον: μετα πασῶν, εισωδων, εξωδων; και των περιεχωμενων, αιϊκουντων δικαιόμάτων αυτοῦ, τόσων εισαγάγωμεν καὶ επεδωσαμεν: τοῦ αυτοῦ αγωραστοῦ ὀνόματι τῆς αυτῆς μονῆς: πᾶν δίκαιον και πᾶσαν παραγραφὴν: και ὅσων εἰς ἡμᾶς επιζητῆ ἢ επιζητῆσαι δυνηθῆ εν τῶ ενεστῶτι και το μέλλοντι, διδοῦντες τοῦ αυτοῦ αγωραστοῦ; δια τὴν ηρημένην μονὴν αγιου στεφάνου: τουτ εστί το μετόχηον καμμαρῶτου ὁ εν τοὺτοις νομοις πλεισιάζων; πλειρεστάτην ἄδιαν καὶ ἐλεὺθερον εξουσίαν. κρατῆσαι, δεσπόσαι συνησφαρῆσαι βελτιὺσε εις τὸ αυτον χωράφιον: ποιεῖν εξ αυτοῦ καὶ εν αυτῶ ἅπασαν τὴν εκβοὺλησιν καὶ επιτυμιαν αυτων ανεκωλυτῳς ὡς εξ οικείων πραγμάτων: ὡς καὶ εν τοῖς λοιποῖς πράγμασιν τῆς ηρημενης μονης: ἢ των μετοχοίων αυτης, καὶ διηνεκὸς και αιωνίως κρατῆ και νομεύει αυτὸ ὡς προῆρηται: ουδενὸς οικιὸτιτος οὔτε καρπόφορίας τμεῖν εν αυτὼ παραφυλαττωμένου δικαίου, καὶ εις τὰ ἅγια τοῦ θεοῦ ευαγγέλια σωματικὸν ὅρκον αποδῶσαμεν: δι ημᾶς, η δι ετέρου επιτηθεμενου προσῶπου; ουδεποτε ελθείναι εξεναντιον τῆς παραὺσης πράσεως, ἀλλὰ τοῦ δεφενδεὺην γαρεντεὺην καὶ διεκδικαν τῆ ηρημένῆ μονῆ: τουτ ἐστι: προκουρατόροις ἢ ηγουμένοις τῆς αυτῆς μονης: εν κριτηριω ἢ ἐξω κριτηριου θελῆση τίς εμποδῆσαι αυτοὺς εκ τοὺτω ἕως νομίμου κέρου διεκὰν αυτοῖς; καὶ η μὲν τοῦ τιοὺτου συμφῶνου προρηθέντες, προφάσι τινῆ σφάλωμεν: ἢ εξεναντίας ποιεὺσωμεν: ἢ εν ἄλλω τί των προηρημένων, ευρεθῶμεν, ενοχοποιοὺμεν ημᾶς καὶ τοὺς ειμετέρους κληρονόμους; δί αἰωραστικην επιρωτῆτιν, καταδικασθῆναι τη ριγικῆ κόρτη, πάρεξ

tium et satisfactionem ipsius praedii, renunciavimus exceptioni non ponderati auri, et non numeratae pecuniae vel non receptae, aut (*receptae*) minus dimidio iusti pretii eiusdem praedii. Quo pretio accepto, nos et nostri heredes prorsus renunciavimus possessioni et dominio ipsius praedii, eoque nos exuimus, et deinceps statim et semel concessimus et dedimus memorato emptori, nomine dicti monasterii sancti Stephani, corporalem possessionem eiusdem praedii cum omnibus introitibus, exitibus et iuribus ad ipsum pertinentibus, tantum iuris et exceptionis tribuentes et concedentes eidem emptori, nomine antedicti monasterii sancti Stephani, quantum nobis competit et competere possit in praesenti et futuro tempore, dantes ipsi emptori nomine praefati monasterii sancti Stephani, nempe Obedientiae Cammaroti eiusdem monasterii legibus subiectae, plenissimam facultatem et liberam potestatem possidendi, habendi, fructus colligendi, in meliorem statum ipsum praedium adducendi, et faciendi ex eo et in eo quidquid voluerit, sine impedimento, ut in re propria et in aliis bonis memorati monasterii vel eius Obedientiarum, ac semper et perpetuo possideat et habeat, uti antedictum est, nullum ius proprietatis vel fructus nobis in eo reservantes, et corporale iuramentum praestitimus ad sancta Dei Evangelia, nunquam vel nos vel quamvis aliam personam obstituros praesenti venditioni, sed eam dicto monasterio, nempe procuratoribus vel praepositis eiusdem in iudicio vel extra, si quis voluerit impedimentum ipsis afferre de huiusmodi venditione, usque ad legitimum tempus defensuros, asserturos et vindicaturos. Si vero nos suprascripti aliquo praetextu recesserimus a praesenti conventione, vel eidem adversati fuerimus, vel quidvis aliud contrarium antedictis pactis fecerimus, obligamus nos nostrosque heredes solemni stipulatione condemnari in regia Curia, praeter periurii poenam, ad solvendum poenae nomine Fisco Curiae uncias

τῆν τῆς επιορκίας πινῆν ; πινης ονόματι αποφλῆσαι τῶ φύσκω τῆς κόρτης: ογκίες δύο χρησοῦ; καὶ τῆ αυτῆ μονῆ : οἱ τῶν οντῶν ἤγουν; προκουρατορων ; ἢ ηγουμενῶν τῆς αυτῆς μονῆς, αλλω τοσουτων, οὐχ ουδὲν και πασας τὰς δικαίας εξῶδους. ουκ ἔλαττον, και τῆς ριθησης αυτῆς πινῆς αποφληθῆσης ἢ οὐ η παροῦσα πράσις διηνεκὸς εν τῆ ἰσχύη τῆς ηρημένης μονης αγίου στεφάνου στερρὰ μενέτω, απὸτασσῶμεναι οἱμεῖς πάσαν παραγραφὴν καὶ επιλογῆν ἢ αρωγῆν δικαίου, δικαιοσίνῆν και πᾶσαν νομου βωηθειαν: παντος κανονικοῦ και πολιτικου δικαιου. τῆ απὸκαταστάσει του βελλιγιανοῦ καὶ μακεδωνίου δόγματος; καὶ οιδικὸς τῆ αρωγῆ των βασιλικων διαταξαιων. και πᾶσας συνηθείας τὰς δυναμένας βωηθειν εν τῶ ενεστῶτι και τὸ μέλλοντι : εἰς μετάτραπῆν κένωσιν η ακύρωσιν τῆς παροῦσης πράσεως, διωρηται δὲ τὸ αυτὸ χωράφιον οὗτος: απο ανατολῆς πλησιον ο ῥῆαξ. τῆς οδου δύσεως χω τοῦ καμμαρῶτου. ἄρκτρου πλησιον τὸ χωράφιον τῶν φλογειἄδων: μεσυμυρίας πλησιον τὸ χωράφιον τῶν ατζοῦπων: καὶ συγκλείη τετραχῶς, οθεν εἰς μελλουσαν ανἄμνησιν καὶ αειχὴν ασφάλειαν, τῆς μονης αγιου στεφάνου τοῦ ὅρους εις τὸν ηρημένον δομνω γουλιελμον, μοναχον και μαίστορα κελλαράριον τῆς αυτῆς μονῆς : αγωραστῆν τοῦ αυτοῦ χωραφίου δια τῆν αυτῆν μονῆν, εποιῆσαμεν αυτου τὸ παρον τῆς πράσεως ποῦβλικον εγγραφον: δια τῆν ηρημένῆν μονῆν, καὶ εστὶν γεναμενον. δια χειρος τοῦ ανοτέρω προλεχθέντος βαρθωλομαίου νοταρίου βαδουλάτου τῆς υπογραφῆς τοῦ ηρημένου κριτοῦ τοῦ αυτοῦ νοταρίου καὶ ετερων υπόγραφεντων ὀχυρωμενων μαρτυρων: εγράφη εἰς βαδουλάτον εν ἔτει μηνῆ και ινδικτωνι των ανοτερων εν ἔτει δε κοσμου κτησεως ϛψοθ' ινδικτιωνι ιδ'.

† Ego qui supra perronus caputus. iudex terre badulati rogatus testor propria manu subscrypsi.

† ἐγώ θεοδορος φρητζαις τα ανωτερα μαρτυρων ἰδιωχείρως ὑπεγραψα.

† Ego constantinus de martino testor.

† ἐγὼ νοταριος κωνσταντινος τὰ ανοτερα μαρτυρων ἰδειοχειρος υπεγραψα.

† εγω νικολαος πικκυλος τα ανωτερα μαρτυρων ἰδιωχειρως υπεγραψα.

† εγω νικολαος πρεσυυτερου βασιλειου τὰ ανωτερα μαρτυρων ἰδια χηρι υπεγραψα.

† εγω βαρθωλομαίος πλασταρᾶς ὁ προλεχθῆς νο-

duas aureas, et ipsi monasterio sive procuratoribus sive praepositis pro tempore eiusdem monasterii tantumdem, et insuper omnes iustas expensas. Et nihilominus eadem poena soluta vel non, praesens venditio maneat semper valida memorato monasterio sancti Stephani, renunciantibus nobis cuilibet exceptioni, clausulae, vel subsidio iuris, aequitatis, et cuiuscumque legis, canonici et civilis iuris, restitutioni in integrum, senatusconsultis Velleiano et Macedoniano, et praecipue subsidio regiarum constitutionum, et omnibus consuetudinibus, quae possint sive nunc sive in posterum nobis opitulari ad subvertendam, abrogandam vel infirmandam praesentem venditionem. Fines vero supradicti praedii sunt hi: ab oriente rivus viae; ab occidente Hugo de Cammaroto; a septentrione praedium Flogiadorum; a meridie praedium Atzuponum; et clauditur quadripartito. Quapropter ad futuram memoriam et perpetuam securitatem monasterii sancti Stephani de Nemore fecimus memorato domino Gulielmo monacho et eius magistro cellerario, qui hoc praedium nomine illius emit, praesentem publicam venditionis chartulam pro dicto monasterio, scriptam Badulati manu antedicti Bartholomaei notarii Badulati, et roboratam subscriptione memorati iudicis, ipsius notarii, et aliorum subscriptorum testium, anno, mense et indictione supradictis, anno vero ab orbe condito 6779, indictione XIV.

† Ego Theodorus Fretzes quae supra testatus propria manu subscripsi.

† Ego notarius Constantinus quae supra testatus propria manu subscripsi.

† Ego Nicolaus Piccilus quae supra testatus propria manu subscripsi.

† Ego Nicolaus filius presbyteri Basilii quae supra testatus propria manu subscripsi.

† Ego Bartholomaeus Plastaras antedictus notarius

πάρις χῶρας βαδουλάτου τὸ παρον τῆς πράσεως πουβληκον ἔγγραφον ἰδιοχείρως ἔγραψα καὶ υπέγραψα και εμε υπέγραψα.

civitatis Badulati praesens venditionis publicum instrumentum propria manu scripsi et subscripsi et me ipsum subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 171.)

CCCXXV.

1271 — Mense Februario — Indict. XIV — Briatici.

Gregorius Staropullus cum suis filiis Gulielmo, Leone et Nicolao vendit notario Philliano praedium situm in agro Briatici aureis tarenis viginti.

† Σίγνον χειρὸς γρϊγωρίου στάρόπουλλου. † σίγνον χειρὸς γωΐδου υιου αυτου. σίγνον χειρὸς λεοντος ἑτέρου υἱοῦ αὔτοῦ σίγνον χειρος νϊκολάου ετερου υἱοῦ αὔτοῦ, εγωγὲ ὁ προγράφεὶς γρϊγωρϊὸς ὁ τῶ σίγνον· του τϊμιου καὶ ζωὸποιου σταυροῦ ἡκὴα μου χειρι, ποιῆσας εν τῶδὲ τῶ ἤφοι γράψας ἀναλαμβαννόμενος αδελφοὺς ἤδιαύς τέκνα καὶ κληρωνόμους καὶ παταν οχλησιν ηδίων τε καὶ ξένων. τῆν παροῦσαν, ἔγγραφον ἄπλῆν ἄποχῆν αμετάτρεπτων καθαραν τέλοιαν· καὶ πληρεστάτην διάπρασιν τοΐθειμϊ καὶ ποιῶ προς σὲ νόταριον Φοίλλιανόν καὶ εις τους σους κληρωνόμους, καὶ εκοὐσια μου βουλῆ καὶ θέλησι καὶ οὐκ αἰκ τηὸς τῶ παραπαν ανάγκης ἢ βοιας· ἢ χλέυοις ἢ ραδϊοὐργιας. η ὅσα τοις θείοις νόμοις ἦσυν αποιγωρευμενα ἄλλα μαλλον μέν οὖν συν πασῆ προθειμια. καὶ ὅλωψηχω πρόθεσει δι ης θαὶ εν αληθεία ομωλογοὐμὲν διὰ τοὐ πάροντος ἐγγράφου. ὅτι ενόποιον δανοιὲλου τοὐ μεσϊανου κριτου χώρας ευρῆατϊκοὐ· ιωαννου χελιδωνισω πάυλικου νοταριου τῆς αὐτῆς χώρας καὶ ετερων χρησίμων ἀνδρων τῶν κατωτερων ὀνομασθέντων καὶ προσκληθέντων εἰς υαιβεὸσῆν μαρτυρων ἐπράσα προς σὲ τῶν προγραφέντα νοτάριον φοὶλλιάνόν τῶ ημετερον χωραφιον τῶ ἅπερ ἔχω αγωράν εκ τον βασίλειον μανδάνον. καθατι ὁ ημέτερος χάρτος διλοῖ εις την κρατῆσιν ευρϊατοικοὐ εις χῶριον μανδανου· εις το επάνω μερος του χώρϊου περιὸρϊζεται δὲ οὔτος ἁ ατωλής τὼ χωράφιον τὼ λεγώμενον τῆς κορτης. δϊσεὸς τῶ χωραφιον γρηγωρϊου στάρόπουλλου καὶ τοὐ σοὐ αὐτοὐ ἀγωραστοὐ ἄρκτρου τῶ χωραφιον τοὐ σοὐ αὐτοὐ ἀγωραστοὐ· μεσιμβρια τω χωραφιον γριγωρίου στάρόπουλλου καὶ σὐνκλῆ ὅσων καὶ υἱον εστῆν. τοὐτῶ πεπράκαμεν. προς σὲ τόν προγραφέντα

† Signum manus Gregorii Staropulli. † Signum manus Goidi filii eius. Signum manus Leonis alterius filii eius. Signum manus Nicolai alterius filii eius. Ego suprascriptus Gregorius, qui signum honorabilis et vivificae crucis propria manu mea hoc instrumento exaravi, nomine fratrum, propinquorum, filiorum et heredum meorum suscipiens in me quamcumque molestiam propinquorum et extraneorum, hanc chartulam simplicis acceptilationis, inconcussae, purae, perfectae et plenissimae venditionis condo et facio tibi notario Philliano et tuis heredibus spontaneo meo consilio et deliberatione, nullaque omnino necessitate, vel vi, vel fraude, vel malitia, vel causa a divinis legibus vetita, sed potius tota alacritate et totius animi proposito; qua chartula vere declaro me coram Daniele de Mesiano iudice civitatis Briatici, Ioanne Chelidonisi publico notario eiusdem civitatis, et aliis probis hominibus, infra vocatis et rogatis testibus ad hunc contractum roborandum, vendidisse tibi suprascripto notario Philliano praedium meum quod emi a Basilio Mandano, uti nostra chartula ostendit, positum in agro Briatici loco Mandani, in parte eius superiori. Fines vero sunt: ab oriente praedium quod dicitur Curiae; ab occidente praedium Gregorii Staropulli, et aliud quod ad te emptorem pertinet; a septentrione praedium tui ipsius emptoris; a meridie praedium Gregorii Staropulli, et clauditur

νοταριον Φοΐλλοιᾶνον εν τϊ ηρϊνικῆ καταστασει τοῦ κυροῦ ημον ρϊγος καρολλου εἰς σῦναρεσθήσαν ημιν τημὴν αὔτοῦ ληφθήναι χρήσοῖν τάρια ἥκωσι, ἅτινα αναλαβων ἀπό χειρόν σου εις τας ημετέρας χείρας χρυσᾶ καὶ ἥκανα αποφλήμενα εις το γενήκον ζηγον κατὲνόποιον του ηρϊμενου κριτοῦ νοταριου καὶ ετερων χρύσϊμων ανδρων τὸν κάτωτερων ὀνομάσθεντων καὶ πρόσκληθέντων ἐὶς βεβᾶιὸσϊν μαρτυρων καὶ ἡμωσί εκαρέδωκαμεν τω προριθὲν χωραφιον καθαρὸς καὶ ενφανῆς. ποιῆν ἄπ αυτοῦ ἡτσινα καὶ βουληθὴς πουλεῖν χαρΐζήν ἀντταλλάττειν, εἰς πρηκὰ τὲκνον σου καταγράφῃ. καὶ πάντα ποιῆν ὅσα εἴ θειη νόμϊ τοῖς ἡδίης δέσποταις διακάλλεύουσι· ος τὸ κυρος καὶ τὴν εξούσιαν πὰρ ιμον ἐἰλοιφὸς· μιτε εγῶ μίτε τινᾶ ἀπὸ των ημετερων κληρώνομὼν σχεῖ ἀδιαν ενἀντῆσε σε ἡς αὐτῶ. ἀλλ' οστις φωραθη ζητησιν ἡ ὠχλῆτιν ποιησε σε ἥσταμε καὶ διεκδικω αὐτῶ προς σὲ ἀπὸ παντὸς προσωπου ἦ δὲ οὐκ σισταμὲν αλλ εις διαστροφῆν επανελθω ὁμόλογω ζημϊουσθαί με εις το ρϊγικον φησκον αὔγουστάλια δ' καὶ προς σὲ τω τάμιμα εποι τοῦ διπλοῦ· η δὲ παρὸύσα διαπρασις διαμένει στερεᾶ καὶ ἀπαρασάλευτός αἰς αἐὶ ἐγράφη χειρι ιωαννου χελιδὼνισου πούυληκου νοταριου χώρας ευρηατικου μηνι φεβρουαριω ινδικτιωνι ιδ' εν ετει ϛψοθ' κηρϊεύωντος του κῦρου ημον καρολλου. θεοῦ χάριτι σϊκάλλιας ριγος. τού ριγατου αὐτοῦ ετος τρήτον ευτὺχως ἀμῆν πἄρούσια μαρτυρων.

† Ego qui supra Daniel iudex interfui et me subscripsi.

† Ego Iordanus Campanus me subscripsi.

† Ego Gregorius pannachius me subscripsi.

† εγω πρεσυιτερος γρηγοριος του πουγγου μαρτυρ υπεγραψα.

† ιωάννης χελιδονίσις πούυλικος νοταριος χωρας ευριατικου οικια χειρὶ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 172.)

quantum et quale est. Hoc tibi vendidi suprascripto notario Philliano sub pacifico regno domini nostri regis Caroli, pretio inter nos convento tarenorum aureorum viginti, quibus acceptis a tuis in meas manus aureis, integris, non imminutis et generalis ponderis, coram memorato iudice, notario et aliis probis hominibus infra vocatis et rogatis ad haec confirmanda, tibi tradidi antedictum praedium pure et manifeste, ut facias de eo quidquid volueris, vendas, dones, permutes, in dotem filiarum tuarum scribas, et quodcumque divinae leges propriis dominis permittunt, utpote qui dominium et potestatem a me accepisti. Neque mihi neque cuiquam meorum heredum liceat tibi de eo adversari; sed si quis quaestionem vel molestiam tibi intulerit, ego obstabo, ipsumque tibi defendam a quacumque persona. Quod si id minus praestitero et (*hanc venditionem*) subvertere tentavero, assentior mulctari regio Fisco augustalibus quatuor, et tibi duplo pretio. Praesens vero venditio firma semper et inconcussa permaneat. Scripta est manu Ioannis Chelidonisis publici notarii civitatis Briatici, mense februario, indictione XIV, anno 6779, regnante domino nostro Carolo, Dei gratia Siciliae rege, regni eius anno tertio, feliciter amen, coram testibus.

† Ego presbyter Gregorius de Pungo testis subscripsi.

† Ioannes Chelidonisis publicus notarius civitatis Briatici propria manu subscripsi.

CCCXXVI.

1272 — Mense Martio — Indict. XV — Aëtae.

Nicolaus de Aquaro, Constantinus filius presbyteri Nicetae aliique vendunt Adeodato de Burello olivetum situm in agro Aëtae, accepta a singulis sua pretii portione.

† Signum proprie manus Nicholai de Aquario filii spiritualis Helenae Gellarae.

† σιγνον ιδιωχειρως κωνσταντινου παπα νικήτου. † σιγνον ιδιωχειρως ανδρέου ἀδελφου αὐτοῦ. † σίγνον ιδιωχείρως νικήτου μάνκου. † σιγνον ιδιωχειρως ανδρεου υἱου αυτοῦ. † σιγνον ιδιωχειρως στεφανου ετερου υιου αυτου. † Ego costantinus filius andreae de aquario testor suprascripta et fateor. . . . . † σίγνον ἰδιωχειρως μαργαρίτης γυνης τοῦ ἀποτυχόντος νικολάου ρωμανου. † σίγνον ιδιωχείρως ανδρεου υἱοῦ αὐτὴς· προκουράτωρος αὐτῆς καὶ μουνδουαλδου. † σιγνον ιδιωχειρως κωνσταντινου. υἱοῦ ἀνδρεου πιτουνου. † σιγνον ιδιωχειρως ιωαννου πιτουνου. † σιγνον ιδιωχειρως ραου υιου αυτου. † σιγνον ιδιωχειρως μαχάλδας θυγατρος νικολαου της αιλιας. † σιγνον ιδιωχειρως ἐρρύγου γιἀνώγκαρου ἀνῆρ αυτῆς. προκουράτωρ αυτής καὶ μοῦνδουαλδος.

Ἐν ονόματι τοῦ αἰωνιου ἡμῶν θεοῦ ἀμην, ἐν τῶ ἑξακισχιλιωστώ· εὐπτακωσιωστω· καὶ ὀγδώ ετει. κυριεύοντος τοῦ ὑπὲρλάμπρου κυρου ἡμῶν καρουλλου. ρηγὸς συκελίας. δουκάτου απουλίας. πρηνκηπάτου κάπουας. ἀνδεγαβήας διἀκρατησεως· καὶ φουλκαρίας κώμιτος· ἐτει τῆς αὐτοῦ κυριώτιτος ευδόμω· μηνῆ μαρτιω. τῆς πέμπτης. καὶ δεκάτης ἰνδικτιωνος. παρουσία· νοταριου δαυιδ. καὶ νοταριου ρωγεριου τοῦ ἀγκουρου. δικαστῶν χώρας αετοῦ. καὶ νικολάου νοταριου ποβλύκου ἑαὐτης χωρας. και ετέρων καλων ἀνθρώπων παρακληθέντων. κεκληθέντων· κατωτερω εἰς μαρτυρας ἀεὶ ἀμὴν, ἀναλἀμβάννωμεν τοὺς ἰδίους ἡμῶν καὶ ξένους καὶ πάσαν πρόφασιν· ἡμεῖς οἱ ἀνωτερω γεγραμμένοι· οἱ τὰ σύγνα τοῦ τιμίου σταυρου. ἰδιωχειρως ποιήσαντες. εκουσία ἡμῶν τῆ νουλη καὶ ἀρεσκία· καὶ ουκ ἐκ τινος τῶ παράπαν ἀνάγκης. ἡ βήας. ἡ χλέβης. ἰ βαδιουργίας. ἡ φάκτου ἀγνήας. οἱ τίας οὖν περιστασεως ἀλλὰ ὁλοψύχω καρδία. καὶ αληθηνή γνώσει. ἐκτὸς πασης ἀπυγωρεὐμένης ετείας καὶ παραγραφῆς. ὁμολογοὐμεν σωματικῶς. ὅτι επράσαμεν προς σὲ. τὸν κυρον δεωδάτον τοῦ νουρέλλου.

† Signum propriae manus Constantini presbyteri Nicetae filii. † Signum propriae manus Andreae fratris eius. † Signum propriae manus Nicetae Manci. † Signum propriae manus Andreae filii eius. † Signum propriae manus Stephani alterius filii eius.

† Signum propriae manus Margaritae uxoris demortui Nicolai Romani. † Signum propriae manus Andreae filii eius, procuratoris et mundualdi eiusdem. † Signum propriae manus Constantini filii Andreae Pituni. † Signum propriae manus Ioannis Pituni. † Signum propriae manus Rhai filii eius. † Signum propriae manus Machaldae filiae Nicolai de Elia. † Signum propriae manus Henrici Gianoncari viri eius, procuratoris et mundualdi eiusdem.

In nomine aeterni nostri Dei. Amen. Anno sexmillesimo septingentesimo octuagesimo, regnante illustrissimo domino nostro Carolo rege Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Capuae, Andegaviae ditionis et Forcalquerii comite, anno eius dominationis septimo, mense martio, decimaquinta indictione, coram notario Davide et notario Rogerio de Aquaro iudicibus civitatis Aëtae, et Nicolao publico notario eiusdem civitatis, et aliis probis hominibus testibus infra vocatis et rogatis, semper, amen. Nos suprascripti, qui signa honorabilis crucis propria manu exaravimus, nomine propinquorum nostrorum et extraneorum suscipientes in nos quemcumque praetextum, spontanea nostra voluntate et beneplacito, nullaque prorsus necessitate, vel vi, vel fraude, vel malitia, vel facti ignorantia, vel quacumque circumventione, sed sincero corde et certa scientia, ac sine quavis vetita causa et exceptione, personaliter declaramus, vendidisse tibi domino Adeodato de Burello et tuis heredibus oleas nostras, quas habemus ex paterna et materna nostra hereditate,

καὶ εἰς τοὺς σοῦς κληρονόμους. τὲς ἡμετερες ἔλαίες. ὅπερ κτώμεθα. ἐκ πατρικῆς. καὶ μητρικῆς ἡμῶν κληρονομοίας. ὄντες καὶ διακίμενες. ἔσω εἰς τὸ χωρίον ἀγκουρου· περιχωριου ἀετοῦ, περιόρίζωνται δε αὐτὲς οὕτως. κατα μεν ἀνατολης τῶ χωράφιον μετὰ ἐλαιῶν γουλιέλμου τοῦ κυροῦ λέτου. καὶ ἀγγηλημέρου ἀγκουρου. δυσεως χωραφιον. μετὰ ελαιων. τῶν παίδων. κυρου ὄδδου ἀγκουρου. βορινοῦ. ὁ κύπος μετὰ ελαιων. καὶ ημεροδενδρων. τῆς κυρας σμαραρδας. θυγατρος κυρου ὀδδου ἀγκουρου. ἐκ δε του νοτίου μερους. ὁ ποταμὸς ἀγκουρου. καὶ σύγκλήει. τούτες τύνην. τες ρηθεντες ελαίες, ὅ καθεῖς ἐξ ημῶν. καὶ πάντες ἡμεῖς. ἐπράσαμεν σει. τῶ ρηθέντι κυρω δεωδάτω· και εις τοὺς σοῦς κληρονόμους. τῶ μοιράδιον ἡμῶν. ἦν κατωτέρω. ὀνομασθήσωνται. ὕγουν, εγῶ ὁ ἀνωτέρω νικόλαος. υἱὸς κυρου ὄδδου ἀγκουρου. ἐπρασά σει. ἐλαίες πόδα τρία. περιτρίτον. ἐνδον τοῦ ρηθέντος περιόρυσμοῦ. ὅπερ κτώμεν δικαίου υἱωθεσιας. ἀπο τῆς αιλενης κελλάρας. πνευματικης ἐμῆς μητρὸς, διὰ χρυσοῦν ταρία εὐδομήκοντα πέντε· ὁσαύτος· ἡμεῖς κωνσταντίνος· τοῦ παπα νικήτα καὶ ἀνδρεας ἀδελφὸς αὐτοῦ· επρασαμέν σει. αἰλέες πόδα πέντε ἡμησι. δικαίου πατριμονιου ἡμῶν. διὰ χρυσοῦν. ταρία. ἑκατόν. δέκα· ὁσαύτος· καὶ ἐγῶ νικήτης μάνκαρης. σὺν των ἡμετερων παιδων. ἀνδρεου. καὶ στεφάνου. επράσαμέν σει. ελαίες ποδα τέσσαρα. περὶ τέταρτον. δικαίου πατριμονιου ἡμῶν. διὰ χρυσοῦν. ταρία. ἑκατῶν. καὶ πέντε. ὁσαύτος επρασαμαι σει. καὶ ἐγῶ ἡ προγραφήσα μαργαρίτη. συμβιος. τοῦ απότυχώντος. νικολάου ρωμάνου. σὺν του ἡμετερου υἱοῦ ἀνδρεου. τρίτον ποδὸς ελαίας. δικαίου μητρικοῦ ἡμῶν. διὰ χρυσοῦν ταρία ὀκτῶ. καὶ κόκκους ευπτὰ. ὁσαύτος. καὶ εγῶ ἡ προγραφήσα μαχαλδα. μετὰ τοῦ ἐρρήγου. γιάννόγκαρου. ἡμέτερος ἀνὴρ. προκουράτωρ ἐμὴς καὶ μουνδουάλδος· επόψει τῆς κόρτης. εις το ρηθὲν. ἐπράσαμέν σει· αιλέας πόδα δυο. δικαίου μητρικοῦ ἡμῶν. διὰ χρυσοῦν ταρία ἑκωσι ἓξ. ὁσαύτος. καὶ εγῶ ὁ ἀνωτερω. ιωαννης πιτουνος. σὺν τοῦ ἡμετερου υἱοῦ ραου. επρασαμέν σει. ἑκτὸν μέρος πόδος ενὸς αἰλέας. δικαίου μητρικοῦ ἡμῶν διὰ χρυσοῦν ταρία τὲσσαρα. ὁσαύτος. καὶ ἐγῶ κωνσταντίνος. υἱὸς τοῦ ἀπότυχώντος ανδρεου πιτουνου. επρασά σει. τέταρτας μήρας ποδὸς ελαίας. δικαίου πατριμονιου ἐμοῦ. διὰ χρυσοῦν ταρία ἓξ. τούτες τύνυν. τὲς ρηθεντες αἰλέες. ὅσες και οἷες ὑσεὶν. ἐσω τοῦ ρηθέντος περιόρυσμοῦ: συν τού ἐκύσαι χω-

sitas et positas in agro Aquari, in tenimento Aëtae his finibus circumscriptas: ab oriente est praedium cum oleis Gulielmi de domino Leto et Angilimeri Aquari; ab occidente praedium cum oleis filiorum domini Odonis Aquari; a septentrione hortus cum oleis et arboribus fructiferis dominae Smarardae, filiae domini Oddonis Aquari; a meridie flumen Aquari, et clauditur. Has igitur dictas oleas vendidimus tibi memorato domino Adeodato et tuis heredibus quisque nostrum et cuncti partem suam inferius denotandam, id est ego qui supra Nicolaus, filius domini Oddonis Aquari, vendidi tibi tres arbores oleae cum tertia parte intra dictos fines, quas possideo iure adoptionis ex Helena Cellara, matre mea adoptiva, aureis tarenis quinque et septuaginta. Item nos Constantinus presbyteri Nicetae filius et Andreas frater meus vendidimus tibi quinque nostri iuris oleas cum dimidio, aureis tarenis centum et decem. Item ego Niceta Mancares cum meis filiis Andrea et Stephano vendidi tibi quatuor oleas cum quarta parte, ex iure mei patrimonii, aureis tarenis quinque et centum. Item vendidi tibi ego praedicta Margarita, uxor defuncti Nicolai Romani, una cum meo filio Andrea, tertiam partem oleae, iure maternae hereditatis meae, aureis tarenis octo et granis septem. Item et ego praedicta Machalda una cum Henrico Giannoncaro, viro meo, procuratore et mundualdo meo, assentiente Curia, vendidi tibi oleas duas, ex iure maternae hereditatis, aureis tarenis sex et viginti. Item et ego qui supra Ioannes Pitunus, simul cum meo filio Rhao, vendidi tibi sextam partem oleae, ex iure successionis meae maternae, aureis tarenis quatuor. Item et ego Constantinus, filius demortui Andreae Pituni, vendidi tibi quartam partem oleae, ex iure patrimonii mei, aureis tarenis sex. Has igitur dictas oleas, quales et quantae extant, memoratis circumscriptas confiniis, cum praedio inibi extante (*tibi vendidimus*). Nos autem omnes praedicti accepimus in manus

ραφίου. ἡμεῖς δε πάντες οἱ προρηθεντες. ἐλάβαμεν. ἀπο σοῦ κυρου δεὼδάτου. ο καθεῖς. ἐξ ἡμῶν. τὴν προδηλοθήσαν πωσώτιτα ταραιων. ὡς ἀνωτερω ἤρηνται. σὼα δίκαια και ἀνέλληπη. ἐν δίκαιω σταθμῶ. εἰς τας ἡμετερας χύρας. καὶ ἐδωσαμέν σει. εις τας ρηθέντας ελαίας. σωματικην φώρεσιν. καὶ πεποιηκαμέν σει. σωματικόν ὅρκον. εἰς ταύτην τὴν τέλειαν καὶ πληρεστάτην διάπρασειν. τοῦ ἐχειν σε τὲς ρηθέντες αἰλέες. μετὰ τῶν σῶν κληρονόμων. αἰς ἀει ἐξ ἡμῶν. πουλειν. χαρίζειν ἀνταλλάττειν. καὶ εἰς προίκα. τέκνων σου γράφειν. καὶ ποιεὶν ἐξ αὐτὲς καὶ ἐν αὐτὲς ὅσον βούλη. ἀποτασσωμεθα δε ἡμεῖς οἱ ροιθέντες πρατήρες. ἀπο τῶν ρηθέντων ελαιων. παση παραγραφῆ. καὶ ἀρωγῆ. συνηθείων τε καὶ νόμου. παντος κανόνηκοῦ. καὶ πολυτικοῦ δικαίου. τοῦ δυνάμενου ημᾶς βωηθήσαι εἰς ἀκήρωσιν ἀποκατάστασιν. η μετάτραπὶν τῆς παρουσης πράσαιος. ὁς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ἡμῶν ἠληφῶς. μῆ κοληόμενος παρα τινός. ἐγγυούμεθα δε καὶ την νομηκὴν. δεφενσίωνα. καὶ ἡ μὲν φωραθεῖ. ποτε κερῶ ἐξ ἡμῶν τίς. οἱ από αλλωτριου τινὸς. εἰς τᾶς ρηθέντας αἰλέας. σὲ. οἱ τοὺς σοὺς κληρονόμους. ἐνοχλήσαι βουληθώτι. μη υσάκουσθωσι. ἀλλ ἡμεῖς καὶ ἡμετεροι κληρονόμοι. στάμεθα. καὶ διἐκδικὰν ὑμὰς αυτὲς. ἐκ παντος προσώπου. ξένων τε καὶ ἰδίων. ἴ δε καὶ εἰς απότροπην. επανέλθωμεν ἴνε ἡμᾶς εις την τῆς επιορκιας ποιὴν καὶ ὁμολογούμεν ζημιούσθω ἡμᾶς, ὁ καθεῖς ἐξ ημῶν. ἐν τῆ ρηγικῆ κόρτη. αὐγουσταλια ἡκοσει. καὶ προς σὲ τὸν ρηθέντα ἀγωραστήν. καὶ σεῖ κληρονόμους τετραπλοῦν τὴν ρηθήσαν ποσώτιτα του τιμίματος. καὶ πασας τᾶς δικαίας εξωδους. οὐχ ἑλαττον. ἐχειν σε. καὶ τὰς ρηθέντας ἐλαίας. μετὰ τῶν σῶν κληρονόμων. καθότι παρ ημῶν ὀνηκας. ἴ δ' ουτω στέργει. καὶ ἐμμενει βεβαία. ἡ τιαὐτη δικαία πράσεις ὀχυρὰ και απαρασάλευτως. ἄχρι πέρας αἰώνων. προς σὲ τὸν ἠρημένον κυρον δεωδατον του υουρελλου καὶ εἰς τοὺς σοὺς κληρονόμους καὶ διάδοχους. διὸ και επιγραφὲν. τη ἡμῶν παρακλῆσει. χειρὶ νικολάου νοταριου. ποβλύκου ἀνωτερω. παρὰ τῶν προλεχθέντων κριτῶν. καὶ ἑτέρων καλων ἀνθρωπων μαρτυρωθὲν. ἐν ἔτει μηῆ. καὶ ινδικτιωνι τῶν ἀνωτερω.

† εγῶ νοταριος δαυιδ κριτῆς χωρας αετοῦ τα ἀνωτερα μαρτυρώ.

† Ego Rogerius de Aquaro iudex terre arenarum testor.

nostras a te domino Adeodato, quisque nostrum praefatam quantitatem tarenorum, ut supra dictum est, integram, perfectam, non imminutam et iusto pondere, et tibi dedimus corporalem possessionem dictarum olearum, et praestitimus personale iuramentum de hac perfecta et plenissima venditione, ut habeas a nobis praedictas oleas una cum tuis heredibus in omne aevum, vendas, dones, permutes, pro dote filiarum tuarum inscribas et facias de iis et in iis quidquid volueris, utpote qui dominium et potestatem a nobis accepisti, nemine impediente. Renunciamus insuper nos memorati venditores quoad antedictas oleas exceptioni et subsidio consuetudinum ac legum, cuiusvis canonici et civilis iuris, quod nobis opitulari possit ad infirmandam, labefactandam, vel subvertendam praesentem venditionem. Promittimus vero et legitimam defensionem, et si quacumque occasione vel tempore quisquam e nostris vel extraneus de dictis oleis molestiam tibi aut tuis heredibus inferre voluerit, ne exaudiatur, sed nos et nostri heredes obstabimus et eas contra quamcumque personam extraneam, vel propinquam tibi defendemus. Sin autem nos (*praedictam venditionem*) subvertere voluerimus, periurii poena teneamur, et assentimur mulctari nos et unumquemque nostrum regiae Curiae augustalibus viginti, et tibi memorato emptori tuisque heredibus quadruplo pretio, et (*solvere*) omnes iustas expensas. Et nihilominus habeas dictas oleas una cum tuis heredibus, uti a nobis emeris; atque ita haec iusta venditio firma, stabilis et inconcussa permaneat ad finem seculorum tibi memorato domino Adeodato de Burello tuisque heredibus et successoribus. Quapropter scripta est, rogatu nostro, manu supradicti Nicolai publici notarii, et roborata testimonio memoratorum iudicum aliorumque proborum hominum, anno, mense et indictione suprascriptis.

† Ego notarius David iudex civitatis Aëtae quae supra testor.

† εγῶ ιωάννης του σαμιατορος παρημι και υπέγραψα τὶν αιμην μαρτυριαν.

† ἐγῶ βεντιβένιας υιὸς νοταριου ιωαννου του σαμιατορος τὰ ανοτερα μαρτυρω.

† εγὼ ἀγγηλημέρος αγκοῦρος τὰ ἀνωτερα μαρτυρω.

† Ego Guillelmus de Aguaro testor.

† Ego Baimundus de Aguaro testor.

† ἐγῶ μαιστωρ βεντουρας τῆς μαγίδας τα ανώτερα μαρτυρω.

† Ego castelino de gudione testo suo.

† νικόλαος νοταριος ταβουλαριος πόβλικος χωρας αετοῦ πρὸς πιστωσιν ιδιωχειρῶς ἔγραψα.

† Ego Ioannes de Samiatore adsum et subscripsi meum testimonium.

† Ego Bentivenia filius notarii Ioannis de Samiatore quae supra testor.

† Ego Angilimerus Aquarus quae supra testor.

† Ego magister Ventura de Maida quae supra testor.

† Nicolaus notarius publicus tabularius civitatis Aëtae ad fidem propria manu scripsi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 173.)

CCCXXVII.

1273 — Mense Ianuario — Indict. I — Rhegii.

Tabulae dotales inter Gualterium filium Riccardi Monaphacae et Dominicam filiam Basilii de Calamo.

† Ἐν ὀνόματι κυρίου ἡμῶν Ἰησου χριστοῦ. ἀμὴν. Ἐν τῶ ,ασογ' ἔτει, τῆς αὐτοῦ, σωτηρϊωδους, σαρκώσεως. μηνὶ ἰαννουαριω ινδικτιωνος α'. δεσποζοντος τοῦ κυρίου ἡμῶν καρόλου θεοῦ χάριτι ὑπερλαμπρου, σικελίας, ρηγός, δουκάτου, ἀπουλίας, καὶ πριγκιπάτου καπυίης, τῆς ἱερᾶς πόλεως ῥώμης σενατωρος, ανδαιγαυιας, προυίντζας καὶ φουλκαλκουερίου, κώμητος, καὶ τῆς, θείας βασιλειας, ρώμης, παρὰ τῆς ρωμαϊκῆς, ἁγίας ἐκκλησϊᾶς ἐν τῆ τουσκανια γενικοῦ βικαρϊου, ἔτους ἐννάτου, τοῦ αὐτοῦ κράτους, εὐτυχῶς, ἀμήν. ἡμεῖς βονσιγνόρος, λουκκήσης κρϊτὴς πόλεως ρηγίου, νικόλαος, τοῦ θεοπρέπου πούυλικος νοτάριος τῆς αὐτῆς. καὶ μάρτυρες, οἱ ὑπογεγραιμένοι εἰς τοῦτο κεκλημένοι, καὶ ἠξιωμενοι, ὁμολογοῦμεν, διὰ τοῦ παρόντος, ἐγγράφου, καὶ μαρτυροῦμεν. ὅτι ἐνώπιον· ἡμῶν ἐν τῶ ἐν ἀγαθῆ, τύχη συνοικέσσοον τρακταΐζεθαι, παρὰ γαλτερίου μουνάφακα, υἱοῦ ἱερέως ῥηκκάρδου τοῦ μοναφακα κατοίκου κώμης ρουσσότου· ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξ ἑνὸς μέρους, καὶ παρὰ βασιλείου τοῦ κλαμα, κατοίκου κώμης ἐρασιων, διακρατήσεως μεσῶν, ὀνόματι, δομένικης, θυγατρος, αὐτοῦ ἐκ μέρους ἑτέρου· ἄγοντος τοῦ εἰρημένου γαλτερίου τὴν εἰρημένην δομένικην εἰς αὐτοῦ, γυναῖκα νόμιμον κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικόν, θεῖον κανόνα, καὶ διατύπωσιν

† In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Anno salutaris eius Incarnationis 1273, mense ianuario, indictione I, regnante domino nostro Carolo Dei gratia inclyto Siciliae rege, ducatus Apuliae, et principatus Capuae, sacrae civitatis Romae senatore, Andegaviae, Provinciae et Forcalquerii comite, et divini regni Romae pro parte sanctae romanae Ecclesiae in Etruria vicario generali, regni eius anno nono, feliciter, amen. Nos Bonsignorus Lucensis iudex civitatis Rhegii, Nicolaus de Theoprepo publicus eiusdem civitatis notarius, et testes subscripti ad hoc vocati et rogati fidem facimus, et testamur praesenti instrumento, quod, cum in nostri praesentia, quod bonum faustumque sit, de matrimonio ageretur a Gualterio Monaphaca filio presbyteri Riccardi Monaphacae de pago Russoti pro se ex una, et a Basilio de Calamo de pago Erasiorum, in pertinentiis Mesorum, nomine Dominicae filiae suae ex altera parte, ducente praedicto Gualterio memoratam Dominicam in uxorem legitimam secundum divinos eccle-

ὁ αὐτός γαλτέριος, ὑπὲρ τοῦ τοιούτου σεμνοῦ, συνάλλάγματος, διετύπωσεν, ὡκονόμησε, καὶ ἐποίησε, τῇ εἰρημένῃ δομένικῃ, συζύγω αὐτοῦ διὰ θεορέτρου, αὐτῆς, ἢ διὰ γάμου, δωρεὰν, τὸ ἥμισυ, πάντων τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν κινητῶν καὶ ἀκινήτων ἐχομένων καὶ ἐξομένων· καὶ δι' ἐνδυμασίαν αὐτῆς, στρίττα δύο, παννυδύλλια δύο, γυόππας δύο, ἡ μία ἐκ μεταξου ἡ δ' ἄλλη λίνης κυττέλλαν πράσινον, μανδύλια κοκουλλίκια, δύο, ἐνώτια ἀργυρὰ ζεῦγος ἓν δακτυλίδια, τέσσαρα, τὰ μὲν δυο χρυσᾶ, καὶ τά ἄλλα, ἀργυρά· ριτικέλλας γαϊτας· ἱσπάνια, ζωννάριον τῆς σαλερινῆς, κάλτζας· συν τοῖς φελλοκαλλίγοις, καὶ μέλχαφεν τῆς παιορμου.

† Καὶ ὁ προσημανθεὶς βᾶσίλειος ἐν προικῖοις καὶ διὰ προικιμαῖα, τῆς εἰρημένης δομένικης θυγατρὸς αὐτοῦ καὶ ὀνόματι αὐτῆς, ἔστερξε καὶ ὑπέχετο δοῦναι, τῷ εἰρημένῳ γαλτερίῳ, τὰ ὑπογεγραμμένα αὐτοῦ ἀγαθὰ. ἤγουν δι ἐνδυμασίαν αὐτοῦ ὑποκαμῖσοβράκια, τρία, γυόππας, τρεῖς, ἡ μία ἐκ μεταξου, αἱ δ' ἄλλαι λιναῖ. καὶ τῆς εἰρημένης δομένικης στρίττα· δύο, παννιδιλλια δύο, γυόππας δύο, ἡ μία ἐκ μεταξου, ἡ δ' ἄλλη λινή. μανδύλια τρία κοκουλλίκια. καὶ ἀπό τε στρωμνης κρεβαττοστρώμνια τρία, ἔχοντα μετράχους δύο, σάκκον ἕνα λινόν κοπερτα, τρία τά μὲν δύο λινά, καὶ τό ἕτερον ἐκ μεταξου, σιδόνων, ζυγάρια τρία, καπητάλια τρία, κορτήνην, καὶ αρκλή. καὶ διὰ χαλκοῦ βατζίλιον, λέβητα, τήγανον καὶ πυροστάτην, ἐγχέρια, τῶν χειρῶν τέσσαρα, τουυάλλιας, δύο καὶ ἀπό τε ὑποστάσεως, το ἀμπελιον· αὐτοῦ κείμενον ἐν τῷ αὐτῷ χωρίω, τό πλησίον τῷ ποταμῷ· καὶ πλησιον αμπελίω πιγαδίτου, καὶ τοῖς χωραφίοις λέοντος τοῦ ῥαπτη, ὁλοκληρον ὅπερ ἀμπελιον, ὁ αὐτός βασίλειος, ἔλαυεν εἰς αὐτοῦ προικίων, τὰ χωράφια αὐτοῦ τὰ εἰς τὰ τρακλά ὁλόκληρα, τὰ πλησιον τοῖς χωραφίοις βασιλείου, τοῦ πέρρε, καὶ χωραφίοις Ἰωάννου μαυρίκιου, καὶ οἶκον αὐτοῦ σὺν τῷ κηπωρίω ὁλόκληρον κείμενον ἐν τῷ χωριω ερασιων, τόν πλήσιον, τοῖς οἴκοις περεγρίνου μῖχαλίτζη, καὶ τοῦ θεοῦ, τό ἔλεος, ταῦτα πάντα, τὰ ἀμφότερα μέρη ἔστερξαν, ἀμοιβαδόν, ἀλλήλοις, δοῦναι, ποιῆσαι πληρῶσαι, στερεὰ ἕξαι εἰσαεὶ καὶ ἐξ εναντιας μὴ παραγενέσθαι ὑπό ποινης αὐγουσταλίων, τριάκοντα· τῇ κούρτη, ἀποφλοιμενων, οὐχ ἧττον κρατεῖσθαι αὐτους εἰς πάσας τάς ἐξόδους καὶ ὅλον τό ἀζήμιον τῆς ποινης, ἀποφληθείσης, ἢ οὔ, τῶν εἰρημε-

siae canones et statuta; ipse Gualterius honesti huius contractus gratia disposuit, constituit, et concessit dictae Dominicae eius uxori propter eius theoretrum, sive ob nuptiale donum, medietatem omnium suorum bonorum mobilium, et immobilium, tam quae nunc possidet, quam eorum, quae postea possessurus erit: et de vestibus lacinias duas, panniculos duos, tunicas duas, alteram sericam, alteram lineam, cotellam viridem, mantilia cucullata duo, et inaurium ex argento par unum, annulos quatuor, duos aureos, et duos argenteos, reticellam, et taeniolam de Hispania, zonulam de Salerno, calceos cum crepidis et melchafen de Panormo.

† Et praenotatus Basilius in dotem et causa dotis praedictae Dominicae filiae suae, et nomine ipsius confirmavit et promisit daturum praedicto Gualterio infrascripta sua bona, nempe in vestibus braccas lineas tres, tunicas tres, unam sericam, et alias lineas; et praedictae Dominicae lacinias duas, panniculos duos, tunicas duas, alteram sericam, alteram lineam, mantilia cucullata tria, lectos tres habentes stragula duo, et culcitam stramentitiam de lino unam, copertas tres, duas lineas, et alteram sericam, linteorum paria tria, capitalia tria, cortinam et capsulam: et ex aenea supellectile malluvium, lebetem, sartaginem, ollam: mappulas quatuor, toballias duas: et de possessionibus vineam integram sitam in eodem pago iuxta flumen, et vineam Pegaditae, et terras Leonis Raptae; quam vineam integram ipse Basilius dotalem accepit; territoria, quae possidet in loco, ubi dicitur Tracla, iuxta territoria Basilii Perre, et Ioannis Mauricii; domum integram cum horto, quam possidet in pago Erasiorum, iuxta domos Peregrini Michalitzi; et Dei misericordiam. Haec omnia utraque pars assensit invicem dare, facere, adimplere, rata semper habere, nec unquam ab iis recedere sub poena augustalium triginta Curiae solvendorum; et nihilominus teneri ipsos ad omnes expensas, et ad omnem poenae sive solutae, sive minus, immunitatem praestan-

νων, μενόντων. ἀεὶ στερεῶν. καὶ παγιων. Ὅθεν εἰς ὑπόμνησιν μελλουσαν, καὶ διηνεκῆ αὐτῶν ἀσφαλειαν, αἰτησαντων αὐτῶν τῶν εἰρημενων, καὶ συναινεσάντων, πρὸς ἡμᾶς τοὺς εἰρημένους κριτὴν, καὶ νοταριον ἐν τῇ παρούσῃ ὑποθέσει ὡς οἰκείους αὐτῶν κριτὴν, καὶ νοταριον, καίπερ γνόντες, ἡμᾶς μὴ εἶναι αὐτῶν οἰκείους, ἐποιήσαμεν αὐτοῖς ἔνθα τὸ παρὸν ἔγγραφον διὰ χειρὸς ἐμοῦ εἰρημένου, νικολάου τοῦ θεοπρέπου, πουυλίκου νοταριου ῥηγίου, ὑπογραφὲν, παρ' ἡμῶν, ἰδιοχειρως, ἐγράφη εἰς τὸ ῥήγιον μηνὶ καὶ ινδικτιωνι τοῖς εἰρημένοις.

† Ego qui supra Bonsignorus Lucensis Iudex Regii praedicta subscripsi.

† ego Iacobus de Messana rogatus testor.

† καὶ ἐγὼ νικόλαος ξανθὸς παρακληθεὶς μαρτυρῶ ἰδιοχειρῶς.

† καὶ ἐγὼ νικόλαος θεοπρέπου πούυλικος νοταριος ρηγιου ἔγραψα καὶ ὑπέγραψα.

dam, manentibus supradictis semper ratis et firmis. Quare ad futuram memoriam, et perpetuam ipsorum securitatem, cum ipsi supradicti suo consensu requisivissent nos praedictos iudicem et notarium, tamquam proprios eorum in praesenti negotio iudicem et notarium, etsi scirent nos non esse eorum proprios, ideo fecimus ipsis praesens instrumentum scriptum manu mea supradicti Nicolai de Theoprepo publici notarii civitatis Rhegii et subscriptum a nobis propria manu. Scriptum est Rhegii mense et indictione praedictis.

† Ego Nicolaus Blondus rogatus testor propria manu.

† Ego Nicolaus de Theoprepo publicus notarius Rhegii scripsi et subscripsi.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.° 94.)

CCCXXVIII.

1277 — Mense Martio — Indict. V — Badulati.

Divisio cuiusdam vineae positae in agro civitatis Badulati inter fratres Constantinum, Petrum et Calam de Malepunto, nec non Bartholomaeum filium dictae Calae ex una, et presbyterum Stephanum de Badulato ex altera parte.

† Ἐν ονόματι Θεοῦ αἰωνίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ιησοῦ χριστοῦ ἀμὴν. Ἔτι τῆς αυτοῦ θείας σαρκώσεως χιλιοστῶ διακωσιοστῶ εὐδομικοστῶ εκτῶ· καὶ τῶν κόσμου κτίσεως αἴως τοῦ νὴν ἔτους ἑξακισχιλιοστῶ επτακωσιοστῶ ογδωηκοστῶ πέμπτω μαρτίω μηνὴ τῆς ενισταμένης ἰνδικτίωνος πέμπτης· ρηγοῦντος τοῦ εὐτηχοῦς ημῶν δεσπότου ρηγὸς κάρουλου θεοῦ χάριτι σικελίας ευσεβεστάτου ρηγὸς· πρυνκηπάτου κάπουας, δουκάτου απουλίας, ἀνδεγαβίου φωλκαλκερίου πρωβεντζίας κόμητος· ἔτους δωδεκάτου ἐν τῇ νὺν ρηγάτου αυτοῦ κυριώτητι ευτηχὼς ἀμὴν· εμπαρουσία τοῦ λεούνου πλαστάρου κριτοῦ χώρας βαδουλάτου ιωάννου νάμπαρου πουβλήκου νοταρίου τῆς αὐτῆς χώρας· καὶ ετέρων μαρτύρων υπόγεγραμμένων· κληθέντες ὧς ἐπι τούτο οἰδικῶς καὶ παρακληθέντες· ἡμεῖς ὥτε κωνσταντίνος καὶ πέτρος παῖδες πρεσυυτέρου λέου τοῦ περρέττου μαλεπούντου. ἅμα σὺν τοῦ

† In nomine aeterni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Amen. Anno eius divinae Incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, et ab orbe condito usque nunc sexmillesimo septingentesimo septuagesimo quinto, mense martio, praesente indictione V. Regnante felice nostro domino rege Carolo, Dei gratia Siciliae pientissimo rege, principatus Capuae, ducatus Apuliae, Andegaviae, Forcalquerii, Provinciae comite, anno duodecimo praesentis regni et dominationis eius, feliciter, amen. Coram Leone Plastaro, iudice civitatis Badulati, Ioanne Namparo publico notario eiusdem civitatis, et aliis testibus subscriptis ad hoc specialiter vocatis et rogatis, nos Constantinus et Petrus filii presbyteri Leonis de Perretto Malepunto, una cum presbytero Peregrino Murisano nostro procuratore, Cala filia suprascripti Perretti Malepunti et Bartholomaeo

ιερέως περεγρήνου μουρισάνου ἡμετέρου προκουράτορος. καλὴ θυγάτηρ τοῦ πρόγραφέντος περρέττου μαλεπούντου· καὶ βαρθολωμέος υἱὸς αὐτῆς· δια τοῦ παρόντος πουβλήκου ἐγγράφου ὁμοῦ καὶ ἅπαξ ομολογούμεν καὶ μαρτυροῦμεν· ὅτι ἡμῶν σοιναρεσθέντων αγάπη καὶ καλῇ θελήσει· εμιράσαμεν εξήσος συν σοῖ πρεσυυτέρω στεφάνω εκ τοῦ βαδουλάτου· τὸν αμπελώνα ὃν ὁ πρόγραφεῖς πρεσυύτερος λέος περρέττος καὶ ἡμεῖς ἡ προριθήσα καλῇ καὶ βαρθολωμέος υιὸς αυτῆς· δεδώκαμεν σοὶ τὸ πρόονομασθέντι πρεσυυτέρω στεφάνω· εκ τὰ ἡμέτερα χωράφεια τῆς μητρικῆς ἡμῶν κληρονωμίας τὰ ὄντα καὶ διακείμενα εν τῇ κρατήσει χώρας βαδουλάτου εἰς τώπον καλούμενον κεορκήδον· πλησοιαζώμενα αμπέλιον λέου φιλώρη. καὶ κατεφύτευσας ἐν τοῖς αὐτῆς χωραφίοις ἀμπέλιον εν ιμησίω· δειλαδῇ του ἔχην ἡμὶς τὸ ημήσιον. καὶ σοὶ ὁ πρόριθεῖς πρεσυύτερος στεφανος τῶ ἑτερον ἡμήσιον δικαιωμάτι τησυς εμφυτεύσεως. καὶ κατὰ τὼ πάκτω καὶ συμφώνω· κατεφύτευσας ἐν τοῖς αυτοῖς χωραφίεις αμπελιον εκ δοιώλου γεμοισμένον. καὶ τὴν συνησφορὰν τοῦ αυτοῦ αμπέλου ενώμευσας εἰς οἴδιον σοῦ κέρδος ενὶαυτοῦς ἕξ· καὶ εν τὼ εβδοματικῶ χρόνω οἰσομοιράζην μας τὸν αυτὸν αμπελώνα. ἔτι δὲ τῆς συνπληρώσεως τοῦ εβδοματικοῦ χρόνου ἐλληλυθότος. ενώπιον χρυσίμων ανδρῶν. οἰσομυράσαμεν τον αυτὸν αμπελώνα. εκ τὸ μέρος ἡμῶν τῶν ἀνωτέρων παιδῶν πρεσυυτέρου λέου. ἔλαχεν σοῖ τὸ πρεσυυτέρω στεφάνω δικαιώματι τησὺς εμφυτεύσεως. ρίζας τριακοσίας. ὥς εκ τὸ ανατολικὸν μέρος. καὶ μέχρι τοῦ οἰκίου σου ὃν ἔσχες αγωρὰν παρὰ τῆς ερίνης θυγατρὸς περρέττου μαλεπούντου τοῦ προγραφέντος, καὶ ημὶν ἔλαχεν εκ το αυτο αμπέλιον ετέρας ρίζας τριακωσίας δικαιώματι τῶ ημετέρω χωραφίω. ὃς εκ τὸ μέρος ἔνθα κείται τὸ ἀμπέλιον λέου φυλώρη. ἐκ δὲ τοῦ μέρους ημῶν τῆς ειρμένης καλῆς καὶ βαρθολωμέου υιοῦ αὐτῆς. εἰσήλθεν αμίως σὺ τὼ πρεσβυτέρω στεφάνω δικαιώματι τήσυς εμφυτεύσεως τοῦ αμπέλου. ρίζας εκατὸν πεντίκοντα. καὶ ημῶν δικαιώματι τὼ ημετέρω χωραφίω. ετέρας ρίζας εκατὸν πεντίκοντα εν τῶ αυτῶ τώπω. ταύτας τὰς μυρασικς ημεῖς εκτελίσαντες· καὶ τω σὸν μέρος τῆς εμφυτεύσεως αἰάσαμέν σοι ανενοχλήτος καὶ ανεμποδήστος μετα πάσης οισώδου εξώδου συνηθῶν καὶ πάσης αιοικούσης αὐτοῦ δικαιωσίνης. γῆς καὶ αέρος. από του νῦν εἰς τοὺς εξῆς καὶ διειναικεῖς ἅπαντας χρόνους.

ipsius filio, praesente publico instrumento simul ac semel declaramus et testamur nostro mutuo consensu et bona voluntate aequis partibus divisisse tecum presbytero Stephano de Badulato vineam, quam suprascriptus presbyter Leo Perrettus, et nos memorata Cala et Bartholomaeus meus filius dedimus tibi antedicto presbytero Stephano, ex praediis nostris, quae nobis prout heredibus obvenerunt ex materna nostra hereditate, sitis et positis in agro civitatis Badulati, in loco vocato Ceorcido, prope vineam Leonis Filori; et in ipsis praediis vineam plantasti pro medietate, id est ut nos habeamus mediam partem, et tu antedictus presbyter Stephanus alteram mediam partem iure tuae plantationis. Hoc quidem pacto et conventione plantasti in memoratis praediis vineam, ac totam vitibus consevisti, et fructus ipsius tuos omnino fecisti sex annis; septimo autem anno partiti sumus ipsam vineam. Qui septimus annus cum totus decurrisset, coram probis hominibus aequaliter divisimus eamdem vineam, et ex parte nostra antedictorum filiorum presbyteri Leonis tibi presbytero Stephano ex iure plantationis tuae obtigerunt vites tercentae, quae sunt ad latus meridionale usque ad domum tuam, quam emisti ab Irene filia suprascripti Perretti Malepunti, et ex ipsa vinea obvenerunt nobis aliae vites tercentae ex iure nostrorum praediorum positae iuxta vineam Leonis Filori; ex parte vero nostra dictae Calae et Bartholomaei eius filii obvenerunt etiam tibi presbytero Stephano, ex iure plantationis tuae, centum et quinquaginta vites, et nobis, ex iure nostrorum praediorum, aliae vites centum et quinquaginta in eodem loco. Quas quidem partes cum perfecissemus, concessimus tibi tuam partem plantationis, ut eam sine molestia et impedimento cum omnibus introitibus et exitibus consuetis, omnibusque iuribus ad eam pertinentibus, humo et aëre habeatis ac possideatis ab hodierna die et in perpetuum, et fructus colligatis tu suprascriptus presbyter Stephanus tuique successores, et faciatis

ἐπικρατὴν· δεσπόζην· σοινήσφωρὴν· σοῖ ο προγραφεὶς πρεσβύτερος στέφανος καὶ οι σοὶ διάδωχοι. καὶ ποιῆν εξ αυτοῦ καὶ εν αυτῶ ἅπαν τῶ υμέτερον θέλημα ὡς από οικίου πράγματος· καὶ ἕτοιμοι διεγδοικηταὶ σοὶ γενησόμεθα από παντὸς προσώπου. απόβαλλώμενοι πάσης παραγραφῆς· πάσης βωηθείας νόμων. χρηματικοῦ καὶ καιωνικοῦ δικαίου. καὶ πάσων σοινηθείων ενεστότων καὶ τῶν μελλόντων δυναμένων ἡμῖν βοηθήσαι μετατρέψε. ἢ εμποδήσε ἢ κενώσε τὸ παρὸν σοινάλλαγμα. ἀλλ ες αεὶ στερρὸν οχυρὸν διαμένει· ἢ δὲ καὶ εἰς διαστροφὴν πειραθώμεν· ἢ εξεναντίας εἰσέλθωμεν· ἢ υπὸ ετέρου προσώπου εποιτηθεμένου παρ ημῶν. ενοχους ποιοῦμεν ἡμᾶς καὶ τοὺς ημετέρους διαδώχους. εἰς ποινὴν καὶ διὰ ποινῆς ζυμοιωθεῖναι· χρυσίον ογκίας δύο· τὸ ἥμησυ εν τὴ κόρτη καὶ τὼ έτερον ημήσιον προς σὲ τὸν πρεσβύτερον στέφανον. ἢ εἰς τοὺς σοὺς δοιαδώχους. ουκ ἔλαττον δὲ τῆς ριθήσης ποινῆς αποφληθῆσης ἢ οὔ. τὸ παρὸν σοινάλλαγμα στερρὸν οχυρὸν διαμένει· ὅθεν δια μέλλουσαν μνήμην καὶ οχυρὰν ἀσφάλειαν σοῦ τοῦ προγραφέντος πρεσβυτέρου στεφάνω καὶ τοισῦς δοιαδώχοις. επὶεἰσαμεν ὑμὴν ποιηθεῖναι τὸ παρὸν πούβληκον ἔγγραφον διὰ χειρὸς τοῦ ανωτέρου ιωάννου πουβληκοῦ νοταρίου βαδουλάτου· τῆ υπόγραφῆ τοῦ ανωτέρου κρίτου τοῦ αυτοῦ νοταρίου· καὶ διὰ τῶν οικίων ἡμῶν υπογραφῶν καὶ ετερων μαρτύρων οχυρώμενον. εγραφη εἰς βαδουλάτον. ἐν ετει μηνὴ καὶ ινδικτίωνι τοῖς ανωτέρω.

† ἐγὼ λεούνος πλασταρᾶς κριτῆς χώρας βαδουλάτου τὰ ανώτερα μαρτυρῶ.

† ἐγῶ πρεσβύτερος περεγρίνος μουρισάνος· ὁ ανοτέρω προκουράτωρ εἴδιοχειρως υπέγραψα.

† ἐγὼ κωνσταντίνος πρεσυυτέρου λέου περρέττου ο πρόωνομασθεὶς τὰ ανῶτερα ομολογῶ στέργω καὶ μαρτυρῶ.

† ἐγὼ πέτρος ἕτερος υιὸς πρεσβυτέρου λέου περρέττου ο πρόωνομασθεὶς· τὰ ανώτερα ομολογῶ στέργω καὶ μαρτυρῶ.

† εγω βαρθολωμεος υιος της ανωτερας καλης του περρεττου ιδηοχειρως υπεγραψα.

† εγῶ καλὴ θυγάτηρ περρέττου μαλεπούντου η ανωτέρα· τὰ προγραφέντα ομολογῶ στέργω καὶ μαρτυρῶ.

† εγω κονσταντινος μαλεπουντος τα ανοτερα μαρτυρων ἰδιοχειρως υπεγραψα.

de ea et in ea quaecumque volueritis ut in re propria; et alacres defensores tibi erimus contra quamvis personam. Renunciamus insuper cuicumque exceptioni et subsidio legum, civilis et canonici iuris, et omnium consuetudinum praesentium et futurarum, quae nobis opitulari possint ad subvertendum, impediendum, vel irritum faciendum hunc contractum, qui semper firmus et validus maneat. Sin autem illum abrogare tentaverimus, vel ipsi adversati fuerimus, vel per aliam personam, quae a nobis mandatum acceperit, molestiam nos et nostri successores tibi intulerimus, mulctemur poenae nomine aureis unciis duabus, nempe earum dimidia parte Curiae, et altera dimidia parte tibi presbytero Stephano vel tuis successoribus; et nihilominus dicta poena soluta, vel non, praesens conventio permaneat firma et valida. Quapropter ad futuram rei memoriam, et validam securitatem tui suprascripti presbyteri Stephani et tuorum successorum, vobis condi iussimus hoc publicum instrumentum manu antedicti Ioannis publici notarii Badulati, subscriptum a supradictis iudice et notario, et nostris propriis subscriptionibus, aliorumque testium roboratum. Scriptum Badulati, anno, mense et indictione supradictis.

† Ego Leo Plastaras iudex civitatis Badulati quae supra testor.

† Ego presbyter Peregrinus Murisanus, qui supra procurator, propria manu subscripsi.

† Ego antedictus Constantinus filius presbyteri Leonis Perretti, quae supra declaro, firmo et testor.

† Ego antedictus Petrus alter filius presbyteri Leonis Perretti quae supra declaro, roboro et testor.

† Ego Bartholomaeus filius antedictae Calae Perretti filiae propria manu subscripsi.

† Ego antedicta Cala filia Perretti Malepunti suprascripta declaro, roboro et testor.

† Ego Constantinus Malepuntus quae supra testatus propria manu subscripsi.

† Εγω ιωάννης ναμπαρος πούβληκος νοτάριος βαδουλάτου. παρακληθεὶς τῶν ανωτέρων· τὸ παρὸν ἔγγραφον ἰδιοχείρως ἔγραψα καὶ ὑπέγραψα.

† Ego Ioannes Namparus publicus notarius Badulati a supradictis rogatus hanc chartulam propria manu scripsi et subscripsi.

καὶ εἰς κενὴν σε πάντων ὡς εἴθισται εἰσῆξα νομήν. τοῦ ἐν αὐτοῖς καὶ ἐξ αὐτῶν ποιεῖν σὲ καὶ κληρονόμους σου καὶ διαδόχους πάντα ὅσα οἱ νόμοι τοῖς ἀληθέσι δεσπόταις, ἐν τοῖς οἰκείοις καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων ποιεῖν διορίζονται. ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν τούτων παρ' ἡμῶν εἰληφότα σε. ἐνθέντοι ἐνοχοποιῶ ἐμὲ μετὰ κληρονόμους ἐμοὺς πρὸς σὲ καὶ κληρονόμους σους ἀκριβοῦς ἐπιζητήσεως ἐπεντιθείσης, ὡς εἴ ποτε τῶν καιρῶν κατὰ τοῦ παρόντος ἐγγράφου, τῆς τοιαύτης πράσεως χωρῆσθαι πειραθῶμεν ἅπαν φάκτου ἢ νόμου δόγμα τὸ οἱονοῦν διάταξιν ἐκφωνηθεῖσαν ἢ ἐκφωνηθησομένην, πλάνην ἀναργυρίου τιμήματος ἀπεταξάμην, ἀποκατάστασιν ἢ ἑτέραν τινὰ ἐνικῶς εἰπεῖν αἰτίαν, ἢ δίκαιον προβαλλόμενοι εἰς βοήθειαν ἢ τὴν τῶν εἰρημένων δένδρων νομίμην δεφενσίωνα καιρῷ τῷ προσήκοντι μὴ ἐπάγομεν οὐ . . . τοῦ μὴ ἐκδικεῖσθαι ὑμᾶς βουλόμενοι ἐφ οἷς ἂν ἰσχὶν ἔχομεν ἀλλ' ἐξ ἐπαιρωτήσεως καὶ συμφώνου ἀπο. . . . . ἐνάγεσθαι ἐμὲ καὶ ἅπαν τὸ μέρος καταβαλεῖν σοι καὶ παντὶ τῷ σῷ μέρει ποινῆς ἕνεκα αὐγουσταλία χρυσοῦ δῦο καὶ τῆς ποινῆς καταβληθείσης ἢ μὴ ἥτις ὁσάκις πλημμεληθῇ, τοσάκις καταβληθῇ. τοῦ παρόντος ἐγγράφου οὐδὲν ἧττον, ἰσχὶροῦ μετὰ ταῦτα διαμένοντος ἐσαεὶ τοῦ γραφέντος τῇ ἐμῇ ἀξιώσει χειρὶ τοῦ ἀνοτέρω βασιλείου ῥηγικῇ ἀδεία κατὰ πάσαν χῶραν ὑδρούντης πουβλίκου ταβουλαρίου. τῷ συνήθει τούτου σημείῳ καὶ τῇ πρὸς ἐπικύρωσιν ὑπογραφῇ. ναὶ μὴν καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς τῶν ἀνωτέρω κριτοῦ καὶ μαρτύρων ἐπικυρωθέντος καὶ ἐμπεδοθέντος, ἅτινα πάντα ἡμεῖς οἱ ἀνωτέρω κριτὴς νοτάριος καὶ μάρτυρες ὁμολογοῦμεν ἀληθῆ εἶναι. ἐνώπιον ἡμῶν γεγενῆσθαι καὶ τελεσθῆναι. μηνὶ, ἡμέρα, ἰνδικτίωνι, ἔτει, καὶ τόπῳ τοῖς προγραφεῖσι.

† μαῦρος μαίστορος ἰωάννου κριτὴς καλλιπόλεως ὁ ἀνωτέρω μαρτυρῶν ὑπέγραψε.

† νικόλαος ἱερεὺς ὁ λαχύαρος ὁ ἀνωτέρω μαρτυρῶν ὑπέγραψε.

† λέων ὁ υἱὸς ἰωάννου πρωτοντίνου ὁ ἀνωτέρω μαρτυρῶν ὑπέγραψε.

† ῥογέριος ἀναστάσιος ὁ τοῦ βαρικέλλου ὁ ἀνωτέρω μαρτυρῶν ὑπέγραψε.

† κυριακὸς ἀναγνωστὴς ὁ τοῦ σαζάρου ὁ ἀνωτέρω μαρτυρῶν ὑπέγραψε.

† καὶ ὁ ταβουλάριος νοτάριος βασίλειος ὁ ἀνωτέρω ἔγραψε καὶ ὑπέγραψε πρὸς ἐπικύρωσιν.

sessionem et dominium competens, et in vacuam omnium possessionem, uti assolet, te immisi, ut in ipsis et de ipsis tu tuique heredes et successores omnia faciatis, quae leges veris dominis in rebus propriis et de propriis facere permittunt, utpote qui harum dominium et ius a nobis accepisti. Quare tibi tuisque heredibus caveo me et heredes meos, accurata requisitione imposita, si quando a praesenti scriptura huius venditionis recedere tentaverimus, quodvis facti vel legis praeceptum, constitutionem latam vel ferendam, errorem non numeratae pecuniae, redhibitionem, vel quamcumque aliam uno verbo causam, vel ius in auxilium invocantes, aut (*pro venditione*) dictarum arborum legitimam defensionem tempore opportuno non susceperimus, neque tueri voluerimus quantum nobis licuerit, ex requisitione et conventione . . . . . me (*inquam*) et omnem partem meam soluturos tibi et omni parti tuae poenae nomine augustales aureos duos; quae poena soluta, vel non, quoties in commissum incidatur, toties pendatur. Et nihilominus praesens instrumentum firmum posthac maneat in perpetuum, scriptum rogatu meo manu supradicti Basilii regia auctoritate per totam terram Hydruntinam publici tabularii, consueto eius signo, et subscriptione ad roborandum, quin imo et subscriptionibus praefatorum iudicis et testium confirmatum et constabilitum. Quae omnia nos supradicti iudex, notarius et testes fatemur vera esse, et coram nobis acta et perfecta, mense, die, indictione, anno et loco supradictis.

† Maurus filius magistri Ioannis iudex Gallipolis supradictus subscripsit.

† Nicolaus Lachybarus presbyter supradictus subscripsit.

† Leo filius Ioannis Protontini supradictus testis subscripsit.

† Rogerius Anastasius filius Barycelli supradictus testis subscripsit.

† Cyriacus filius Sazari lector supradictus testis subscripsit.

† Et praefatus tabularius notarius Basilius scripsit et ad roborationem subscripsit.

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini — n.° 15.)

CCCXXXVI.

1331 — Mense Septembri — Indict. (XV) — Allistis.

Ioannes Alpherius et eius uxor vendunt Nicolao Lochomimo nonnulla bona.

. . . . . γυναικὸς Ἰωάννου τοῦ αλφερίου. σίγνον † χειρὸς Ἰωάννου τοῦ εἰρειμένου. (Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς) καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. βασιλεύοντος τοῦ αὐθέντου ἡμῶν κυροῦ ῥομβέρτου θεοῦ χάριτι ἱερουσαλὴμ (καὶ σικελίας ρηγὸς) καὶ πριγκιπάτου καπούας προβιντζίας φορκαλκερίου καὶ πεδιμόντος κόμητος. τοῦ κράτους (αὐτοῦ ἔτει εἰκοστῶ δευτέρω· καὶ μὴν κυριεύοντος τοῦ) ἐνδοξοτάτου αὐθέντου ἡμῶν κυροῦ φιλίππου τοῦ λαμπρᾶ τῇ μνήμη ἱερουσαλὴμ καὶ σικελίας ῥηγὸς (υἱοῦ, ἀγακλυτοῦ πρίγκιπος ταράντου· εὐτυχῶς. ἀμὴν.) Ἐν τῇ χώρα ἀλίτζων τῇ ἐν τῇ διακρατήσει καλλιπόλεως, ἡ σιγνοπροτάξασα ἐγὼ . . . . . νομίμου ἀνδρὸς καὶ ἀντιστάτορος, τὸ παρὸν πρατήριον πούυλικον ἔγγραφον ἐκ(ουσία μου τῇ γνώμη καὶ αὐτοπρ)οαιρέτω βουλήσει, ἐκτὸς δόλου, καὶ πάσης κακομηχανου προφάσεως. . . . . ταῖς ἀπατωμέναις γυναιξὶ βοηθοῦντας πρὸς σὲ νικόλαον λοχο(μίμον). . . . . ἐνώπιον κυριακοῦ ῥούσσου ἤδη κριτοῦ καλλιπόλεως. . . . . τῆς εἰρημένης χώρας ἀλιτζων, κατὰ τὸν παρόντα ἐνιαυτὸν ἐνεστώτος. . . . . πουβλίκου νοταρίου αὐτῆς πόλεως, καὶ τῶν κατωτέρω ὑπογραψάντων χρησίμων ἀνδρῶν . . . . . καὶ . . . . πέπρακά σοι τῷ. . . . . νικολάω λοχομιμου νοταριω δ. . . . . ἐξ ὧν τὰ μὲν δύο εἰσὶν τῶ δυσικῶ λιμητῶ τῆς ἐμῆς. . . . . ἀμπέλου καὶ τὸ ἐπίλοιπον εἴσω τοῦ ἐμοῦ χωραφίου, εἰς τὴν δηλαδὴ δικαίαν τὴν. . . . . καρολλένους ἀργυρίους ἀνὰ δύο τοῦ ταρίου ψηφιζομένου ἑνὸς ἐνώπιον τῶν ἀνωτέρω κριτοῦ καὶ νοταρίου . . . . . ὡμολόγησα τούτου χάριν ὡς τὰ εἰρημένα ταρία δέκα τῶν καρολλένων. . . . . σου τούτων ὡς εἴθισται . . . . . κληρονόμους σοὺς καὶ διαδόχους πάντα ὅσα οἱ νόμοι τοῖς ἀληθοῖς δε(σπόταις πράττειν διακελεύουσι) ὡς τὸ κῦρος καὶ τὴν ἐξουσιαν τούτων παρ' ἐμοῦ εἰληφότος σου ἐνθέντοι

. . . . . uxoris Ioannis Alpherii. Signum † manus praedicti Ioannis. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Regnante domino nostro rege Roberto Dei gratia Hierusalem et Siciliae rege, et principatus Capuae, Provinciae, Forcalquerii ac Pedimontis comite, regni eius anno vicesimo secundo, dominante etiam gloriosissimo dynasta nostro domino Philippo illustris memoriae Hierusalem et Siciliae regis filio, inclyto principe Tarenti, feliciter, amen. In terra Allistarum posita in agro Gallipolis. Ego, quae signum antea exaravi . . . . . legitimo viro et mundualdo praesens venditionis publicum instrumentum spontanea mea sententia et propria deliberatione, absque dolo, et quovis malo praetextu. . . . . deceptis mulieribus opitulantes; tibi Nicolao Lochomimo . . . . . , ... coram Cyriaco Russo iam iudice Gallipolis . . . . . antedictae terrae Allistarum, praesenti anno instante. . . . . publico notario ipsius civitatis, et qui infra se subscripserunt probis hominibus . . . . . et. . . . vendidi tibi . . . . . Nicolao Lochomimo notario. . . . . e quibus duo sunt prope occidentalem limitem meae . . . . . vineae, et reliquum intus fundum meum in iustum certe . . . . . carolenos argenteos, quorum duo pro tareno uno computantur, coram suprascriptis iudice et notario . . . . . declaravi huius rei gratia dictos tarenos decem de carolenis. . . . . , ... tui horum, ut moris est. . . . . heredes tuos et successores quidquid leges veris dominis facere permittunt, utpote qui horum dominium et ius a me

ἐ. . . . . ἀκριβοῦς ἐπερωτήσεως ἐπεντεθείσης, ὡς εἴποτε τῶν καιρῶν. . . . . φάκτου καὶ νόμου, δόγμα τὸ οἱονοῦν, διάταξιν ἐκφονηθεῖσαν. . . . . ἀπε)ταξάμην, ἀποκατάστασίν, η ἑτέραν τινὰ ἰνικῶς εἰπεῖν αἰτίαν ἢ δὲ. . . . . ἡμεῖς βούλομεν ἀφοιστάναι καὶ λύσιν ἔχωμεν ἄλλε. . . . . ἅπαν τὸ μέρος μου καταβάλλειν σοι καὶ παντὶ τῶ μέρει σου . . . . . εἰς περισσοτέραν δὲ σὴν ἀσφάλειαν τῶν θείων καὶ ἀχράντων. . . . . τοῦ τοιούτου ἐγγράφου. . . . τοῦ γραφέντος τῆ ἐμῆ ἀξιώσει χειρὶ. . . . . τούτου σημίω καὶ τῆ πρὸς ἐπϊκύρωσϊν ὑπογραφῆ, ναὶ μὴν καὶ ταῖς ὑ(πογραφαῖς). . . . . καὶ ἐμπεδωθέντος. ἅτινα πάντα ἡμεῖς οἱ ἀνωτέρω κριτὴς νοτάριος, καὶ οἱ . . . . . γεγενῆσθαι καὶ τελεσθῆναι, μηνὶ σεπτεμβρίω, τῆ τετάρτη (ἡμέρα αὐτοῦ τῆς ἰνδικτίωνος ιέ. ἔτει ἑξακισχιλιοστῶ) ὀκτακοσιοστῶ τεσσαρακοστῶ . . . . ἕξυσται τῶ δεκάτω τρίτω . . . . . κερ . . . . . ἀλλὰ κατὰ . . . . . .

† κυριακὸς ὁ τοῦ ῥούσσου ἤδη κριτὴς κα(λλιπόλεως) . . . .

† καὶ ὁ ταβουλάριος νοτάριος γοιλιέλμος ὁ ἀνωτέρω ἔγ(ραψε) . . . . .

accepisti, unde quidem . . . . . accurata requisitione imposita, ut si quo tempore . . . . . facti et legis, praecepto cuicumque, constitutioni latae . . . . . renunciavimus, redhibitioni, vel uno verbo cuicumque praetextui. Si vero . . . . . nos velimus ab huiusmodi contractu recedere, ipsumque rescindere . . . . . omnis pars mea teneatur solvere tibi et omni parti tuae. . . . . Ad pleniorem vero tuam securitatem, divinorum et immaculatorum. . . . . huiusmodi chartulae . . . quae scripta est rogatu meo manu . . . . . eius signo, et subscriptione ad roborandum, quin imo et subscriptionibus . . . . . et confirmatae; quae omnia nos suprascripti iudex, notarius et . . . . . acta et confecta, mense septembri, quarta [illegible] die, indictione XV, anno 6840. . . . . decimotertio . . . . . .

† Cyriacus Russi filius iam Gallipolis iudex . . . . .

† Gulielmus supradictus tabularius notarius scripsit . . . . .

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini — n.° 16.)

APPENDIX

PARS PRIOR

quae membranas in Neapolitanum Archivum serius delatas, et tria Byzantina diplomata complectitur.

I.

1112 — Indict. V.

Testamentum uxoris Ioannis Gastrae.

† Ἐν (ὀνόματι τοῦ κυρίου) Θεοῦ καὶ σοτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ· τῆς πανυμνήτου. . . . . ημένης δε(σποίνης ἡμῶν) Θεοτοκοῦ καὶ ἀειπαρθένου μαρίας· βασιλείας (τοῦ ὑπερλάμπρ)ου ἡμῶν βα(σιλέως) . . . . .πορφῦρογεννήτου(ἰωάννου) τὸ δὲ κτίσεως κόσμου (ἔτος ς)χκ' ἰνδικτίωνος ε' μηνὶ. . . . . ἡ σύνζυγος ἰωάννου τοῦ γαστρὰ· ἐν ἀρρωστία τινὶ σωματ(ικῇ περι)πεσοῦσα σῶον δὲ καὶ ἐρρωμένον τὸν νοῦν καὶ τὰς φρένας ἔχουσα· (καὶ φοβου)μένη τὸ τοῦ θανάτου ἄορον καὶ ἀδιάθετον τέλος (ὃ) πολλοῖς πολλάκις (συμβ)ᾶν, μήπως ἐπιστεῖ καὶ πρός ἐμοὶ ἡ αἰφνήδιος ὥρα τοῦ θανάτου, καὶ ἀδιοίκ(ητα κα)ταληφθῶσιν. ἔστιν οὕτως· θέλω καὶ βούλομαι μετὰ τὴν ἐκ τούδε μου τοῦ σ(ώματο)ς ἐκδημίαν, λαμυάνειν τοὺς ἱερεῖς τοὺς μέλλοντας εὑρεθῆναι ἐν τῇ κηδία (μου) λόγω ψάλτρου αὐτῶν, νόμισμα μιχαηλάτον ἕν. εἰς δὲ τὰ τριτοέννατα καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἐνχρόνιά μου ἵνα δίδονται εἰς τὰ λειτουργικά μου νομίσματα μιχαηλάτα τέσσαρα. καὶ σιτάριν καὶ κριθὶν τὸ ἀρκοῦν· διορίζομαι δὲ καὶ τοῦτο· ἵνα ἔχει χρυσῆ ἀδελφή μου εἰς τὸ ἀπολαύειν παρὰ τῶν ἐπιτρόπων μου νομίσματα μιχαηλάτα . . . ὁμοίως καὶ προσκεφάλαιον καὶ τριγλὶν· καὶ πανὶν πίχας εἴκοσι τέσσαρες· καὶ εἰρκιόλια δύο· καὶ κακκαβίτζιν μικρὸν τῆς δουλείας· καὶ πελλιτζοῦνιν· ὅπερ φέρω τὸ ἱμάτιόν μου τὸ καθημερινόν· ἐχέτω δὲ καὶ γεώργιος ἱερεὺς ἱερομνήμων καὶ ὁ πρεσβύτερος σινάτορ· νόμισμαν· καὶ ἵνα μου δουλεύουσιν ἐξ αὐτοῦ, εἴ τι

† In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, gloriosissimae. . . . . Dominae nostrae Deiparae et semper Virginis Mariae. Sub imperio perillustris nostri imperatoris. . . . . Porphyrogeniti Ioannis, anno vero ab orbe condito 6620, indictione V, mense . . . . . Ego uxor Ioannis Gastrae cum in corporalem morbum inciderim, sanum vero et integrum animum et mentem habeam, mortisque terminum pertimescam, qui incertus est et praevideri non potest, ac metuam ne, quod multis saepe accidit, superveniat mihi quoque improvisa mortis hora, et inordinata (*mea bona*) relinquantur, ita dispono. Volo et cupio ut post obitum meum sacerdotes, qui funerationi meae intervenerint, ratione mercedis pro eorum cantu recipiant michelatum unum; pro missarum sacrificio tertio, nono, quadragesimo, et anniversario mortis meae die pro me celebrandarum dentur michelati quatuor, et frumentum ac hordeum quod satis sit. Mando vero et hoc, ut Chryse soror mea ad fruendum habeat a meis testamentariis executoribus michelatos. . . . . item et cervical et triglin, et panni ulnas quatuor et viginti, et urceolos duos et caccabum parvum, quo uti potest, et pelliceam tunicam, quam fero vestem meam quotidianam. Habeant vero et Georgius sacerdos hieromnemon et presbyter Senator numisma unum, ut propterea mihi in-

ὠδιγεῖ αὐτοὺς ὁ Θεός. ὁμοίως ἐχέτω ἀρκάδιος· ἱερεὺς ὁ κουβουκλήσιος· καὶ ὁ πρεσβύτερος λέων τοῦ λοροτόμου ἄλλο νόμισμα· καὶ δουλεύουσί μοι καὶ αὐτοὶ ἐξ αὐτοῦ εἴ τι ὠδηγεῖ αὐτοὺς ὁ Θεός. ὁ δὲ πατήρ μου ὁ πνευματικός, ἐχέτω καὶ αὐτὸς τὰ σχολαρίκιά μου· καὶ ἵνα μοι δουλεύει καὶ αὐτὸς τὸ δυνατὸν αὐτῶ. καὶ εὔχεται (διὰ τῆς πνευματι)κῆς μου σωτηρίας. ὁμοίως ἐχέτω καὶ υασίλειος ἱερεὺς ὁ τοῦ ἁγίου ἐπιφανίου . . . . . μελλ . . . ἐπαφίω δὲ καὶ νικολάου τοῦ ἐξαδέλφου μου τοῦ παιδίου τῆς Θεοφ(άνης) . . . . . μαλφιτανι καί . . . . . καλσούνια ἀληθινὰ. καὶ τὰ σωλέριά μου ὑπὲρ ψυχι(κῆς μου σωτη)ρίας. ἡ δὲ κατασπορὰ τοῦ ζευγαρίου ὅση δὰν ἐστιν. ἵνα τελεῖται ἐξ αὐτῆς τόσον ὅσον μοι ἐπιλαγχάνει εἰς τὰς ἡμέρας τῶν λειτουργιῶν μου. καὶ ὅσον ἀπο(μένει ἐξ) αὐτοῦ τοῦ μέρους μου, ἐχέτω καὶ αὐτὸ χρυσῆ ἡ ἀδελφή μου· τὰ δὲ λοιπά μου παντα ὅσα δὰν εὑρεθῶσιν . . . . . κινητὰ ἀκίνητα καὶ αὐτοκίνητα ἔσω τὲ καὶ ἔξω καλλιουπόλεως αὐτῶν . . . . . μου ὀγκίων, ἔστωσαν πάντα ἰωάννου τοῦ ἀνδρός μου. καὶ νι(κολάου) τοῦ υἱοῦ μου· καὶ ἁ . . . . . τοῖς παρ' ἐμοῦ διατεταγμένοις· θέλω δὲ τοῦ εἶναι ἐπιτρόπους ταύτης τῆς (παρούσης) μου διαταξεως. ἰωάννην τὸν σύνζυγόν μου. καὶ ἀρκάδιον) . . . . . καὶ χρ(υσὴν τὴν ἀ)δελφήν μου· καὶ διοικῶσιν αὐτὰ, ὡς τοῦ Θεοῦ τὸν (φόβον ἔχοντας) . . . . . τῶν (μηνὸς) ἰνδικτίωνος καὶ ἔτους τοῖς προγεγραμμένοις· γραφὲν χειρὶ γρηγορίου ἱερέως καὶ πρωτοσυγκέλλου τοῦ νομικοῦ καὶ . . . καλλιουπόλεως παρουσία ἀξιοπίστων καὶ ἀξιολόγων ἀνδρῶν.

† γεωργιος ιερευς και (ἱερομνή)μον μαρτυρ.

† ἀρκάδιος ὁ εὐτελὴς ἱερεὺς καὶ κουβουκλήσιος μάρτυρ ὑπέγραψε.

† σηνατρο ηερευς μαρτυρ.

† λέων ὁ εὐτελὴς ἱερεὺς μαρτυρ υπεγραψε.

† νικολαος υιος βασιλιου μαρτυρ.

† μονομαχος υιος θεοφυλακτου μαρτυρ.

† ὁ νομικὸς καλλιουπολεως γρηγόριος ἱερεὺς καὶ πρωτοσύγκελλος σύμφημι καὶ μαρτυρῶ.

serviant, si quid eis Deus inspiret. Item habeant Arcadius presbyter cubicularius, et presbyter Leo filius Lorotomi aliud numisma, et inserviant propterea mihi etiam ipsi, si quid Deus eis inspiret. Pater vero meus spiritualis habeat et ipse inaures meas, ut vel ipse mihi inserviat quantum possit, et precetur pro spirituali mea salute. Pariter habeat et Basilius sacerdos sancti Epiphanii. . . . . Relinquo autem Nicolao nepoti meo Theophanis filio. . . . . Amalphitano et. . . . . bracas veras, et soleas meas pro spirituali mea salute. Ex satione vero soli quod par boum araverit, quantum mihi obveniat, impendatur in missas pro me celebrandas, et quod supersit de ipsa portione mea habeat Chryse soror mea; reliqua vero mea bona, quaecumque inveniantur . . . . . mobilia, immobilia, et semoventia intus et extra Gallipolim . . . . . unciis, sint cuncta Ioanni viro meo, et Nicolao eius filio . . . . . a me statutis. Volo autem ut sint executores huiusmodi meae dispositionis Ioannes vir meus, et Arcadius. . . . . et Chryse soror mea, et mandata mea perficiant utpote qui Dei timorem habent . . . . . mense, indictione et anno supra memoratis. Scriptum manu Gregorii presbyteri et protosyncelli, notarii et . . . Gallipolis coram fide dignis et probis hominibus.

† Georgius sacerdos et hieromnemon testis.

† Arcadius humilis sacerdos et cubicularius testis subscripsit.

† Senator presbyter testis.

† Leo humilis sacerdos testis subscripsit.

† Nicolaus filius Basilii testis.

† Monomachus filius Theophylacti testis.

† Gregorius sacerdos et protosyncellus Galiipolis notarius roboro et testor.

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini — n.° 1.)

II.

1134 — Indict. XII — Neriti.

Gulielmus de Gutzulina filius Artzimbaldi libertate donat quemdam hominem clericum filium Arcadii Tzinduri.

σίγνον † χειρὸς γουϊδέλμου. τοῦ τῆς γουτζουλίνης λεγομένου. υἱοῦ ἀρτζιμβάλδου τοῦ αποιχομένου. Ἐν (ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ) τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἐγῶ ὁ ριθεῖς γουϊδέλμος ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρον τη οἰκεία (μου χειρὶ γράψας) φαίνωμαι ἀπὸ της παρούσης ἡμέρας καὶ ὥρας τη ἰδίᾳ μοῦ βουλῆ καὶ αὐθωερετῷ προέρεσει . . . . . τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον κληρικὸν ὄντα. τὸν καὶ υἱὸν· ἀρκαδίου ἱερεως τοῦ τι επονιμία τζινδοῦρη εκτ . . . . . (φράγ)κον ἄνθρωπον σὲ τὲ αὐτὸν καὶ τοὺς σοὺς κληρονόμους καὶ δ(ιαδόχους) καὶ ἵνα ἔχεις φράγκα . . . . . εκλὴ καὶ τὰ ἀμπέλια καὶ ἵνα ὑπ(άρχωσί σοι αὐ)τὰ ἀνενοχλητὰ καὶ α. . . . . ἐμὸν μέρος καὶ ἐκ τῶν μοναχῶν ὑπάρχειν σε δὲ ἀφιερούμεν(ον εἰς τὴν) σκεπὴν· καὶ ἀντίλυψιν τοῦ. . . . . ἀνθρώπου ἀπολαβῶν δὲ παρὰ σοῦ εγῶ ὁ προριθεῖς γουϊδέλμος ν(ομίσματα μιχαηλάτα δέ)κα τρία καὶ ἀπό. . . . . .(ἀνενό)χλητον καὶ ἀνεπερέαστον παραπάσιν ἔλευθερον. . . . . καὶ τῆς. . . . . πολλάκης μεταμελος γενομε καὶ βουληθῶ αντι. . . . . ἠκιόθελὸς καὶ αὐτωβοῦλος πεποιηκωτι. . . . . ἐμῶν κληρονόμων. καὶ διαδόχων του ἐρηνοῦ ἢ παρενοχλῶν σε ἐξ αὐτοῦ. . . . . ὑπάρχη. ἀλλότριος τῆς (καθαρᾶς) καὶ ἀμωμήτου πίστεως. σχὴν δε καὶ τὴν ἀρὰν (τῶν τρια)κοσίων ιη' ἁγίων (θεοφόρων πατρῶν καὶ τὴν) του ἰοῦδα ἀγχόνην κληρονομὴν. καὶ ἵνα (ζημιούσθω) παραβασίας χάριν τοῦ (τιμίου σταυροῦ πρὸς τὸ δη)μόσιον νομίσματα μιχαηλάτα πεντίκοντα. καὶ ἡθ οὕτω (στέργειν). . . . . καὶ ἐμμένην. ἡ παρ(οῦσα παρ' ἐμοῦ γε)ναμένη. ἐγγραφοφραγκία· δια τὸ οὕ(τως ἐμὲ ἀρεσθῆν)αι κατενώπιων (τῶν παρευρεθέντων μαρτύρων). γραφὲν χειρὶ ἐμοῦ ραύδου κληρικοῦ καὶ νοταριου. . . . . πόλεως δε νερετου. . . . . ἰνδικτιωνος ιβ' ἐπι ἔτους ϛχμβ'.

(*Testium nomina et subscriptio notarii desiderantur, eo quod membrana mutila est.*)

Signum † manus Gulielmi nuncupati de Gutzulina, filii Artzimbaldi defuncti. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego memoratus Gulielmus, qui venerabilem et vivificam crucem propria mea manu exaravi, a praesenti die et hora propria mea voluntate et spontanea deliberatione . . . . . hominem meum, qui est clericus et filius Arcadii presbyteri cognominati Tzinduri. . . . . francum hominem te ipsum tuosque heredes ac successores, et ut habeas franca. . . . . et vineas, et ut ea possideas sine molestia, et . . . . . parti meae et monachorum; dicatus vero sis ad defensionem et praesidium. . . . . hominis. Cum autem acceperim a te ego praedictus Gulielmus michelatos tres et decem, et. . . . . sine molestia et damno, omnino liberum. . . . . et . . . . . si quando poenitentia ductus voluero. . . . . cum propria voluntate et deliberatione fecerim . . . . . heredum meorum et successorum heredis, vel turbare te de ipso . . . . . seiungatur a pura et immaculata fide, incurrat autem maledictionem tercentorum octo et decem sanctorum divinorumque Patrum, et Iudae laqueum sortiatur, atque ob violationem venerandae crucis mulctetur Fisco michelatis quinquaginta. Et nihilominus firma. . . . . et permaneat praesens libertatis chartula a me facta, eo quod sic mihi placuit, coram testibus qui interfuerunt. Scriptum manu mea Rabdi clerici et notarii. . . . . civitatis autem Neriti . . . . . indictione XII, anno 6642.

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini — n.° 2.)

III.

1149 — Mense Maio — Indict. (XII).

Salomon dominus terrae Aradaei, eiusque filii Gulielmus et Henricus monasterio S. Mauri domum donant.

Σίγνον † χειρὸς σολομῶντος αὐθέντου τοῦ χωρίου αραταίου. σίγνον † χειρὸς γουλιέλμου νομίμου υἱοῦ αὐτοῦ. σίγνον † χειρὸς ἐνρίκου ἑτέρου υἱοῦ αὐτοῦ. Εν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἡμεῖς οἱ προειρημένοι καὶ τὰ σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ οἰκείαις ἡμῶν χερσὶν ποιήσαντες· φαινόμεθα δωροῦντες καὶ ἀφιεροῦντες. . . . . ἡμετέραν οἰκὶ σὺν τοῖς αὐτῆς νομοις εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος μαύρου ἐν τῷ τόπω ἀναφοραρίω καὶ εἰς σὲ γεράσιμον τὸν καθηγούμενον τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας (ἡγουμενεύειν τὴν) ἐκκλησίαν ταύτην. τοῦτο δὲ ποιήσαντες . . . . . πρὸς ἀγάπην τὴν εἰς χριστὸν καὶ ὑπερ ψυχικῆς ἡμῶν σωτηρίας· τοῦ μήτε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ δεῦρο μήτε τις τῶν ἡμῶν κληρονόμων καὶ διαδόχων κίνητιν ἢ ζήτησιν ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ἀφιερώσεως (ποιήσωμεν). . . . . δουλεύειν τῷ θεῷ καὶ τῆς ἁγίας μονῆς κατὰ τὴν τοῦ προεστῶτος τῆς θείας μονῆς πρὸς αὐτοὺς ἀπόφασιν τέκνα τέκνων εἰς μακρεώνας χρόνους. ὅθεν καὶ χάριν εὐλογίας, ἐλάυομεν ἀπὸ τῆς ἁγίας μονῆς καὶ παρὰ τοῦ καθηγουμένου, νομίσματα τριάκοντα μιχαηλάτα: καὶ βοήδιον ἓν· καὶ ἐποιήσαμεν τελείαν ἐγγράφως ἀφιέρωσιν, εἴτε ἡμεῖς μεταμελοι γενησόμεθα τοῦτο ποιεῖν ζημίαν ἀποτίσωμεν τῷ δημυσίω, χάριν καὶ παραβασίαν τοῦ τιμίου σταυροῦ νομίσματα. . . . . καὶ εἰθ οὕτως ἰσχυρὰ καὶ παγία αὕτη ἡ ἀφιέρωσις διαφυλαχθῆ εἰς ἀπέρατον. ἥτις καὶ ἐγράφη χειρὶ θεοδώρου κριτοῦ καὶ νοταρίου. ἐν μηνὶ μαΐω τῆς ἰνδικτίωνος γ' ἐν ἔτει ϛχνζ'. ἐνώπιον ὑπογραψάντων μαρτύρων.

† στέφανος ὀρφανὸς επιλεγόμενος τῷ παρόντι καιρῷ πράκτωρ ὢν μαρτυρῶν ὑπεγραψα.

† γουλιέλμος βούες επονομαζόμενος καὶ κριτῆς τῆς κόρτης νερέτου μαρτυρῶν ὑπέγραψα.

† σαμψὼν στρατιώτης μανσιλέρας μαρτυρῶν ὑπέγραψα.

† maroldus de matere testi sum.

† ἰωάννης ἱερεὺς καὶ πρωτοπαπᾶς τοῦ ἀραταίου μαρτυρῶν ὑπεγραψα.

Signum † manus Salomonis domini terrae Aradaei. Signum † manus Gulielmi legitimi filii eius. Signum † manus Henrici alterius filii eius. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos antedicti, qui signa honorabilis et vivificae crucis propriis nostris manibus exaravimus, donamus et dicamus . . . . . nostram domum cum suis iuribus templo sancti martyris Mauri in loco Anaphorario, et tibi Gerasimo praeposito huius sancti monasterii, et futuris rectoribus eiusdem ecclesiae. Hoc vero facientes . . . . . pro Christi amore et spirituali nostra salute, ita vero ut neque nos amodo, nec quisquam nostrorum heredum et successorum molestiam vel quaestionem de huiusmodi donatione inferamus . . . . . inservire Deo et sancto monasterio ad nutum praepositi venerabilis monasterii natos natorum in longum aevum. Quapropter ratione eleemosynae accepimus a sancto monasterio et a praeposito michelatos triginta et vitulum unum, et perfectae donationis chartulam condidimus. Si autem hoc fecisse nos poenituerit, mulctabimur Fisco ob violationem honorabilis crucis numismatis. . . . . Et nihilominus huiusmodi donatio valida et firma permaneat in perpetuum, quae scripta est manu Theodori iudicis et notarii, mense maio, indictione III, anno 6657, coram subscriptis testibus.

† Stephanus Orphanus cognominatus, nunc tributorum exactor, testis subscripsi.

† Gulielmus cognominatus Bues iudex curiae Neritinae testis subscripsi.

† Sampson Mansileras miles testis subscripsi.

† Ioannes sacerdos et protopapa Aradaei testis subscripsi.

† . . . . . .
† Θεόδωρος υἱὸς γεωργίου ἱερέως τοῦ μιμίκου μαρτυρῶν ὑπέγραψα.

† . . . . . .
† Theodorus filius Georgii presbyteri de Mimico testis subscripsi.

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini—n.° 3.)

IV.

(1167) — Mense Decembri — Indict. I — Gallipoli.

Hilario et Angelus filii Nieri se ipsos eorumque bona Gallipoli sita monasterio S. Mauri dicant.

Σίγνον † χειρὸς Ἱλαρίονος μοναχοῦ, υἱοῦ νιερου τοῦ ἐρολύχου ἐκείνου τοῦ ἀποιχομένου. σίγνον † χειρὸς ἀγγέλου γνησίου αὐταδέλφου αὐτοῦ. Ἐν ὀνόματϊ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἡμεῖς (οἱ σιγνο)προτάξαντες ἄνωθεν αὐτοῦς μετὰ τοῦς τιμίους καὶ ζωόποιοῦς σταυροῦς (τῆ ἰδία ἡμῶν χειρὶ προτά)ξαντες. τὸ παρὸν ἐμ . . . . . ἔγγραφον . . . . . εὐαγιστάτην μονὴν τοῦ ἁγιου ἱεραμάρτυρος μαύρου . . . . . μόναχον τὸν καὶ καθηγούμενον ταύτης, καὶ πρὸς πάντας τοῦς αδελφοῦς . . . . . εὐγνομόνως, καὶ αἰκιόθελως, ἐκτὸς δόλου καὶ περινοίας τϊνὸς, ἀλλ ἐπεί ἐγὼ . . . . . ὁ σϊγνοπροτάξας, σὺν . . . . τῶ σιγνοπροτάξαντϊ αὐταδέλφω μου ἀγγέλω ἀφϊερωθημένω ἐν τῆ προδηλωθῆσα μονῆ. καὶ μου καρέντος. τοῦ αὐταδέλφου μου δὲ μη καρεντος. μὴν δεχθεῖσετε τὸ ἱερὸν καὶ ἀγγελϊκὸν σχήμα θεοῦ θέλοντος ὅτε καὶ νούλεται ὁ ἡμέτερος πρωϊστός. Συν(αφιερ)οῦμεν (οὖν) τοῖς σώμασιν ἡμῶν, τῆ σεβασμία μονῆ πατρικὰ ἡμῶν (πράγματα) τὰ ὄντα καὶ διακείμενα ἔνδον καλϊπολιν ἐν τῆ ρίμη τῶν ναονήτων. τὸ μὲν ἀνογωκάτογεὸν ματερίων τρίων. μετὰ . . . . . καὶ πάσι δικαίοις, ὃ ἐστὶ συνοριζόμενον οὕτωσεὶ, ἐκ μὲν ἀνατολῶν στένον ἐπίκεινος ὃν ἔχωμεν μετὰ τοῦ ἐξάρχου καὶ τὰ ὀσπϊτϊα αὐτοῦ, ἐκ δυσμῶν ἡ ἐπίκεινη αὐλῆ, ἐκ νορρὰν ὀσπίτιον ἀγγέλου τοῦ καὶ ἡμῶν πρωτεξαδέλφου. ἐκ νότου ὀσπίτιον λέωντος τοῦ σαμονὰ, τὸ ἕτερον χαμόγεον ματερίου ἑνὸς, μετὰ πάντων αὐτοῦ τῶν δικαιώμάτων, ὃ καὶ αὐτὸς οὕτω ἐστὶ συνορϊζόμενον, ἐκ μεν ἀνατολῶν ἡ ἐπίκεινη αὐλῆ καὶ εἰσοδοέξοδος. ἐκ δυσμῶν στένον, ἐκ νορρὰν ὀσπίτιον καλοκέρου ἀρατϊγήτου. ἐκ νότου ὀσπίτιον. . . . . ἀγγέλου πρὸς τούτοις καὶ τὸ. . . . . ἐπϊκρατει

Signum † manus Hilarionis monachi filii Nieri Erolychi defuncti. Signum † manus Angeli legitimi fratris eius. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos, qui propria nostra manu signa venerandae et vivificae crucis supra exaravimus, praesentem . . . . . scripturam . . . . . sanctissimo monasterio sancti martyris Mauri . . . . . nec non monacho et praeposito eiusdem cunctisque fratribus . . . . . sincero animo et propria voluntate, absque dolo et malitia; sed quoniam ego . . . . . qui signum antea exaravi cum . . . . fratre meo Angelo, qui iam dicatus memorato monasterio, signum et ipse praefixit, cum tonsuram acceperim, et frater meus ipsam non receperit, induet vero sacram et monasticam vestem Deo volente, et quando praepositus noster voluerit; donamus igitur venerabili monasterio una cum corporibus nostris bona nostra paterna quae sequuntur, et posita sunt intus Gallipolim in platea de Naonetis: domum superiorem et inferiorem trium trabium cum. . . . . et omnibus iuribus, ita circumscriptam: ab oriente est angiportus, quem in commune habemus cum exarcho, et eius aedes; ab occidente atrium commune; a septentrione domus Angeli nepotis nostri; a meridie domus Leonis de Samona: alteram terraneam domum trabis unius cum omnibus eius iuribus, quae domus et ipsa ita circumscribitur: ab oriente atrium commune, ingressus et egressus; ab occidente

παρὰ τῆς αὐταδέλφῆς ἡμῶν ἄννης ἀμπέλιον. . . .
. . . . . .
σὺν τοῦ ἔνον . . . . . .
πρωέστὸς τῆς τϊαύτης . . . . . ενόντα ἀδελφὸν
. . . . . .
σεις τῆς θείας μονῆς. οὕτως σωματικὼς ἀφϊέρωθέντες. πρόσαφϊέροσαντες δὲ . . . . . μετὰ τῶν αὐλῶν αὐτῶν καὶ δϊκαιομάτων πασῶν. εἴπερ μετα ταύτα κατά τινα μϊχανῆν ἢ πρόφασιν μεταμελία τϊνὶ νϊκόμενοὶ μεταστρέπῃν σπουδάσωμεν τὸ τοιοῦτον ἔγγραφον. δϊὰ μίαν καὶ μόνῃν αἰτίαν καὶ οὐ μάλλον δϊεκδϊκειταὶ ἐσώμεθα τῃ σεβασμία μονῆ ἐμ παντὶ τόπω καὶ δηκαστηρίω τοῦ μελλω ζητήσοντος ἐνόχλῆσοντος. ἐμ πρωτοις εἶναι ἡμᾶς ἀλλοτρίους τῆς πίστεως τῶν χρϊστϊάνῶν, πρὸς δὲ ἔχῃν καὶ τὴν ἀρὰν τῶν τιῆ ἁγίων θεοφόρων πατρῶν, ζημϊούσθω δὲ παραυασίας χαριν τοῦ τοιμίου σταυροῦ εἰς τὸν δημόσιον ρηγάτους δέκα, τῶ μέρει δὲ τῆς μονῆς ὁμϊάτρόπως, πρὸς τὸ καὶ αὖθις μένϊ τὴν παροῦσαν καθαράν ἀφϊέρωσιν βευαῖαν ἐσάεὶ. εἴτϊς ἐγράφη ἀξϊῶσει ἡμων. χειρὶ πέτρου υἱοῦ νϊκολάου τοῦ αὐγερινοῦ καὶ ταβουλαρίου καλιπόλεως μηνὶ δεκεμβρίω ἰνδικτίωνος α᾽ ἔτους ϛχ . . . . παρουσία μαρτυρων.

† ὁ υἱὸς καλοῦ ἱερεος. . . . . στέφανος
. . . . . .

angiportus; a septentrione domus Calociri Aratigeti; a meridie domus. . . . . Angeli. Ad haec et . . . . . .possidet a sorore nostra Anna vineam. . . . . .cum. . . . . .
praepositus huius . . . . . fratrem
. . . . . .
sancti monasterii. Sic corporaliter dicati, donantes vero. . . . . , cum atriis ipsorum et iuribus omnibus. Si quando posthac propter quamdam malitiam vel praetextum poenitentia ducti labefactare tentaverimus huiusmodi scripturam ob unam et solam causam, et non potius eam defenderimus venerabili monasterio in quovis loco et tribunali a quocumque litem vel molestiam illaturo, in primis a Christianorum fide seiungamur, et subiiciamur maledictioni tercentorum octo et decem sanctorum divinorumque Patrum, mulctemur vero Fisco ob violationem venerandae crucis regalibus decem, totidemque parti monasterii. Et insuper praesens pura donatio firma permaneat in perpetuum; quae scripta est rogatu nostro manu Petri filii Nicolai de Augerino et tabularii Gallipolis, mense decembri, indictione I, anno 66 . . . . . coram testibus.

† Filius Cali presbyteri. . . . . Stephanus
. . . . . .

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini—n.° 4.)

V.

1172 — Mense Augusto — Indict. V — Gallipoli.

Ioannicius monachus nonnulla bona tum mobilia, tum immobilia monasterio S. Mauri donat.

σίγνον † χειρὸς ἰωαννηκίου μοναχοῦ οὗ τὸ ἐπόνυμον ἀρχαγ(γέλου. ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ) καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος (ἐγὼ ὁ) σιγνοπροτάξας μοναχὸς ἰωαννήκιος τὸ παρόν ἀφιεροτικόν ἔγγραφον.
. . . . . .πρὸς(τὴν θείαν) μονὴν τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος μαύρου. . . . .
. . . . . τὸν μοναδικὸν καὶ. . .ζῆσαι υἷον. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . .ἕνεκα τῶν. . . .νεων καὶ ἀδελφῶν, οὗ γραφ. . .
. . .της δεῦρο. . . . . .ὀνοματί ἐμπέδ. . .

Signum † manus Ioannicii monachi cognominati Archangeli. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Ioannicius monachus, qui signum antea exaravi, praesens donationis instrumentum. . . . .
. . . . . venerabili monasterio sancti martyris Mauri . . . . . .
. . . . . monasticam et . . . vivere vitam . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
causa . . . . . et fratrum, non . . . . .
. . . . . huc . . . . . nomine . . .

. . καὶ ὃ οὐ πρότερον ἔγεν. . . . σήμερον ἐν αἰρ. . .
. . . . . μεν εἰς τὰ κινητὰ, καὶ . . . . . τὰ
ἀκίνητα. καὶ δὴ ε . . . . . προσαφιερῶ τερα. . .
. . . αλλήτως κεκοσμικόν. . . . . ἔργον τὸ κ . .
. . . κάγκ. . καὶ . . . . . ἓν, καὶ χρυσοῦ ταρίων
οὐγκίαν μίαν· πρὸς δὲ καὶ. . . .ἐλαίας καὶ δένδρα εἰς τὸ
χωράφιον δημητροῦ. . . . . χωράφιον ἐκῖσε κήπους
δύο τὸ εἰς το ποθεσίαν ἐπιλεγομένην τοῦ ναι. . . . . .
. . . . . .ἐλαϊκῶν δένδρων. . . . .ἀνατολὰς,
τὸ δὲ κατὰ τὸν λιμητόν καὶ πρὸς τὸν ἐκῖσε λινουπο-
λιν. . . . . ἀφιερῶ. ὡ. . . . . ῶ υουληθῆ
ὁ τὴν σεβασμίαν μονὴν . . . . ηθύνων ἡγουμενικῶ
ἀξιώματι . . . . . καταακρατήσων αὐτήν, ἐκ
. . . . . νὰ ποιῆσαι τῶν τοιούτων ἀκινητῶν πραγ-
μάτων ἤτε πρᾶσιν ἢ . . . . . .
. . . ως τὴν οἱανοῦν ἐκποίησιν . . . . πρὸς. . . .
. . πρόσωπον ἐχέτω . . . . . ὁς π . .
. ἀδελφοῦς . . . . . τόν τε νοτάριον Ἰωάννην τὸν
μον. . . καὶ καλὴν τὴν αὐτοῦ ὁ αὔξησιν. . . . . .
. των πρὸς τοὺς ἐξ αὐτῶν . . . . . ἀρίσκομαι
καὶ ὥτω πρόπω ταῦτα ὠκονομῖ . . . . . μνη-
μονεύεσθαι (ἐν τοῖς θεί)οις καὶ ἱεροῖς δυπτύχοις . .
. . τῆ τοιαύτη μονῆ . . . . . καλή καλός.
. . . . ταπινὸς ἔγωγε μοναχὸς Ἰωαννήκιος διὰ τού-
του . . . . . πρόσἀφιέρωσιν ἐποιησάμην τῆ σεβα-
σ(μία μονῆ) ὡς εἰ οὕτω πραχθήσεται τὰ δόξαντά
μοι, τὰ κ. . . καὶ τὴν ἀναφ . . . . . .
οὕτως, μὴ ἰσχὺν ταύτην μου τὴν ἀφιέρωσιν. . . .
. . . . . ἀξιώσει ἐμοῦ, χειρὶ γεωργίου ἱε-
ρέως ταβουλαρίου . . . . . μαύρου .
. . θεοδωσίου ἐπισκόπου καλλιπολεως μηνὶ αὐγού-
στου ἰνδικτίωνος ε' ἔτους ϛχπ' παρουσία μαρτύρων.
† παντολέων ο υιος . . . . . οικεία χειρὶ ὑπέ-
γραψα.
† νικολαος ο (αυγ)ερινος (μαρτυρῶν) υπεγραψα.
† ὁ τοῦ αὐγε(ρινοῦ νικολάου υἱὸς) γρηγοριος μαρ-
τυρῶν ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῆ . .
† . . . . . .
† (ὁ τῆς) καλιπόλεως νοταριος (γεωργιος ἱερεὺς)
. . . θεοδοσίου ἐπισκόπου καλιπόλεως ἐπικυρῶ.

. . et qui non prius. . . . . hodie in.
. . . . . in mobilia et . .
. . . . immobilia, et certe . . . . . dono. .
. . . . . ornatum. . . . . opus
. . . . . et . . . . . unum, et ta-
renorum aureorum unciam unam; insuper autem
et . . . . oleas et arbores prope fundum Deme-
trii . . . . . praedium illic positum, hortos
duos in loco qui dicitur. . . . . .
. . . . olearum et arborum . . . . . orientem,
alterum vero iuxta limitem et ad illic extan-
tem Linupolim . . . . . dono . . . .
. . . voluerit qui venerabile monasterium . . . .
. . regit praepositi dignitate . . . . . .
qui ipsam obtinuerit, et . . . . . facere
de his immobilibus bonis, vel venditionem, vel
. . . . . quam-
cumque alienationem . . . . . ad . . . . . .
. . . personam habeat . . . . . .
fratres . . . . . , . . et notarium Ioannem . . .
. . . et Calam filiam eius, qui incrementum. . .
. . . . . ad eos ex ipsis . . . . . .
contentus sum, et quavis ratione haec administret. . .
. . . . . ut mentio mei fiat in sacris diptychis. .
. . . . . huiusmodi monasterio. . . . . .
. . Cala probe. . . . . humilis ego monachus
Ioannicius per hoc . . . . . donationem feci
venerabili monasterio, ut si ita fient quae visa sunt
mihi . . . . . et . . . . . sic,
vim non habeat huiusmodi mea donatio . . . . .
. . . . . rogatu meo, manu Geor-
gii presbyteri tabularii. . . . . .
Mauri . . . . . Theodosii episcopi Gallipolis
mense augusto, indictione V, anno 6680, coram
testibus.
† Pantaleo filius . . . . . propria manu
subscripsi.
† Nicolaus Augerinus testis subscripsi.
† Gregorius filius Nicolai Augerini testis subscri-
psi manu mea.
† . . . . . .
† Georgius presbyter notarius Gallipolis . . .
Theodosii episcopi Gallipolis roboro.

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini — n.° 5.)

VI.

1181 — Mense Octobri — Indict. XV — Gallipoli.

Sergius Barinus et eius uxor Donata praedium donant Theodoro Cathecae.

Σίγνον † χειρὸς δονάτας γνησίας θυγατρὸς μιχαὴλ τοῦ βλάττωνος. Σίγνον † χειρὸς σεργίου βαρινοῦ νομίμου ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ ἀντιστάτωρος. Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἡμεῖς οἱ σιγνοπροτάξαντες γνήσιοι καὶ νόμιμοι σύβιοι τὸ παρὸν ἐνυπόγραφον ἔγγραφον τῆς παρούσης καθαρὰς καὶ ἀκιβδίλου δωρεὰς τιθέμεθα καὶ ποιῶμεν ἑκουσίως εὐγνομόνως καὶ οἰκειοθελὼς ἐκτὸς φόβου ἢ δόλου ἢ ἀνάγκης ἢ τοῦ οἱουδήποτε παρανόμου τρόπου. ὡς ἀποφαλλομένης κἀμοῦ τῆς προρηθήσης δονάτας πάντα νόμον τὸν βοηθοῦντα μοι. δι' ἧς φαινόμεθα ἀπὸ τῆς παρούσης ἡμέρας· καὶ ὥρας δωρούμενοι καὶ ἀποχαριζόμενοι σοὶ θεοδώρω τῶ κάθηκα χωράφιον ἐν τῆ τῆς ἁγίας διακρατήσει, ὡς ἐγχωρίσεως κύπους δύο ἔχων μέρος ἐξ αὐτοῦ ἐν χ. . . . καὶ τῆς παρεπινίας τῆς οὔσης εἰς τὸ αὐτὸ χωράφιον· καὶ τοῦ μέρους ἡμῶν τῆς συκέας τῆς ἐν αὐτῶ οὔσης. σί(νορα δὲ τοῦ τοιούτου χω)ραφίου τοιάδε εἰσὶν ἐξ ἀνατωλῶν . . . . . .
ἐκ δυσμῶν ἀμπέλιον τοῦ ρηθέντος θεοδώρου. ἐκ βορρᾶν. . . . . ἀμπέλιον τῶν παίδων δρογωτὸς εἰς τὸ ἀλοχὸν τοῦ κακκα. . . . . εινδέσε εἰσοδοέξοδον, ἐκ . . . ἀνατολῶν. καὶ ἐξέρχεσθαι ἐκ τὸ χωράφιον τ. . .μας, μέχρι τῆς δημοσίας ὁδοῦ. (ἡμεῖς) τοιγαροῦν ἀγωρασάμενοι καὶ ἀποχαρισάμενοι τῶ δηλωθέντι θεοδώρω τὸ ρηθὲν χωράφιον ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται . . . . εν σοι καὶ παρρησίαν αὐτῶ τὴν ἀναφέρετον διεγχειρίζομεν. ὥστε πουλεῖν. . . . . δωρεῖσθαι· ἀνταλλάττειν πριξὶ γράφειν κληρονόμοις σου ἰδίοις καὶ διαδόχοις καταλοιπεῖν καὶ πὰν ἄλλο ἀνύειν καὶ ἐκπληρεῖν σε ἐν αὐτῶ, ὅσα οἱ νόμοι τοῖς ἰδίοις δεσπόταις διακελεύοισιν. εἰ δέ ποτε καιρῶ ἢ χρόνω· ἡμεῖς ἢ κληρονόμοι ἡμῶν καὶ διάδοχοι μεταμελία τινὶ φανῶμεν νικόμενοι ὥστε ἀφελεῖν θελήσωμεν τοῦτο ἀπὸ σοῦ ἢ ἀπὸ σῶν κληρονόμων καὶ διαδόχων, καὶ οὐ μάλλον διεκδικῶμεν σοι τοῦτο ἀπὸ παντὸς ἀνθρώπου καὶ δικαστηρίου, ἀλλὰ πρὸς διαστροφὴν τινὰ τραπῶμεν, ἐν πρώτοις εἶναι ἡμᾶς ἀλλοτρίους τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως. ἔχειν δὲ ἡμᾶς καὶ τὴν ἀρὰν τῶν τιή

Signum † manus Donatae legitimae filiae Michaelis Blattonis. Signum † manus Sergii Barini legitimi eius viri et procuratoris. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos veri et legitimi coniuges, qui signa ante exaravimus, hanc subscriptam chartulam purae et sincerae donationis facimus et condimus sponte, benevole, propriaque voluntate, citra metum, vel dolum, vel necessitatem, vel quamcumque aliam vetitam rationem, cum et ego praedicta Donata cuivis legi renunciaverim, quae mihi opitulari possit; qua chartula a praesenti die et hora donamus et concedimus tibi Theodoro Cathecae praedium in Sanctae tenimento positum, quod duos hortos habet, partem eius in . . . . . et Parepiniae extantis in eodem praedio, et partem ficus nostrae in eodem praedio consitae. Fines autem huiusmodi praedii sunt hi: ex oriente . . . . . ex occidente vinea memorati Theodori; ex septentrione. . . . . vinea filiorum Drogotis prope Alochum Caccae. . . . . cum ingressu et egressu, ex. . . . . oriente, et exit e praedio. . . . . usque ad viam publicam. Quod igitur praedium, ut supra dictum est, cum emerimus et donaverimus tibi memorato Theodoro . . . . . tradimus tibi eius dominium, quod auferri non potest, cum facultate vendendi . . . . . donandi, permutandi, in dotem constituendi, tuis propriis heredibus ac successoribus relinquendi, faciendi, et adimplendi in ipso quidquid leges propriis dominis permittunt. Si vero quavis occasione vel tempore nos vel nostri heredes et successores poenitentia quadam ducamur, ut memoratum praedium tibi vel tuis heredibus ac successoribus eripere voluerimus, et non potius ipsum tibi asseruerimus a quovis homine et tribunali, sed eius donationem subvertere quaesiverimus, in primis a christianorum fide seiungamur, maledictionem autem sortiamur tercentorum

ἁγίων θεοφόρων πατρῶν καὶ τὴν ἀγχόνην τοῦ (ἰουδὰ. ζη)μιοῦσθω δὲ καὶ ἡμᾶς τῆς παραβασίας χάριν τοῦ τιμίου σταυροῦ νομίσματα ρηγάτα γ'. (εἴθ οὕτως ὀχυρὸν διαμένη) τὸ παρὸν τῆς καθαρᾶς δωρεᾶς ἔγγραφον ὅπερ ἐγράφη τῇ ἡμετέρᾳ ἀξιώσει χειρὶ νοταρίου ἰωάννου τοῦ σκάρτου καὶ ταβουλαρίου καλλιπόλεως μηνὶ ὀκτωβρίῳ ἰνδικτίωνι ιε' ἔτει ϛχιϛ' παρουσία μαρτύρων.

(*Testium nomina et subscriptionem notarii delevit aetas.*)

octo et decem sanctorum divinorumque Patrum, et Iudae laqueum ; mulctemur vero ob violationem venerandae crucis regalibus tribus ; et nihilominus sic firmum permaneat praesens instrumentum purae donationis, quod scriptum est rogatu nostro manu notarii Ioannis Scarti et tabularii Gallipolis mense octobri, indictione XV, anno 6690 , coram testibus.

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini—n.° 6.)

VII.

1191 — Mense Augusto — Indict. IX — Gallipoli.

Nuptialis contractus inter Nicolaum filium Annae, et Mariam filiam defuncti Mauri.

Σίγνον † χειρὸς (εἰρήνης) γυναικὸς τοῦ ἀποιχομένου μιχαὴλ τοῦ ἐπιλεγομένου λωροτόμου. σίγνον † χειρὸς στεφάνου. σίγνον † χειρὸς γεωργίου υἱῶν γνησίων τῶν εἰρημένων συζύγω μηχαὴλ καὶ εἰρήνης. Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὑπόυολον θεορέτρων γενάμενον παρ' ἡμῶν, καὶ δοθῆναι ὀφεῖλον, σοὶ μαρία τῇ γνησία θυγατρὶ τοῦ ἀποιχομένου μαῦρου τρο. . . καὶ ἡμετέρα νομίμη γαμυρὴ. εἰς νικόλαον τὸν ἐμοῦ μὲν ἄννης γνήσιον υἱόν. ἡμῶν δὲ τῶν αὐταδέλφων αὐτάδελφον. ἐν πρώτοις γράφομέν σοι, ὁσπιτότοπον ματερίων πέντε κατὰ τὴν ῥύμην τοῦ δερμάτος, κραυκαττόξυλον ἔχον, τηλάρι, προσκεφαλώδιον, σινδόνην ἓν καὶ κουπερτουριν λινουάμμακον, ἀμπελοκύπους δῦο εἰς ῥοδοκαλλον πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομένης ἀτόκου μετὰ καὶ τοῦ μέρους αὐτῆς τοῦ ληνο ὑπολινίου. σκολαρίκια διάχρυσα. τὸ δὲ ληνο ὑπολινον ὅλον, καὶ μαντέλλον υραίυον γυναϊκῖον καὶ γίππαν καθαρειομέταξον. καὶ ταύτα μὲν λόγω ὑπουολου· θεωρέτρου δε ἕνεκα. οὐγκιας χρυσου παριων σικελων δῦο. μέρος δὲ τὸ μη ἐμμένον μηδε στοιχοῦν τῶ παρόντι γαμικῶ συμφώνω παρεχέτω τῶ ἐμμένοντι καὶ στέργοντι μέρει, ἐκ συμφωνου καὶ ἐπερωτῆσεως, νομίσματα ῥηγάτα τριάκοντα ἓξ καὶ τῶ δημοσίω ἄλλα τόσα. μένοντος αὖθεις ἀλύτου εἰς τὸ ἑξῆς τοῦ δε γαμικοῦ συμφώνου γραφὲν ἀξιῶσει ἡμῶν τῶν σιγνοπροταξάντων δια χειρὸς νικολάου υἱοῦ ἰωάνου τοῦ διανοῦ. τῇ προτροπῇ

Signum † manus Irenes uxoris defuncti Michaelis cognominati Lorotomi. Signum † manus Stephani. Signum † manus Georgii legitimorum filiorum memoratorum coniugum Michaelis et Irenes. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Dotalitium factum a nobis , tibique dandum Mariae legitimae filiae defuncti Mauri Tro . . . nostraeque legitimae nurui , nec non Nicolao mei Annae legitimo filio et nostrum fratrum fratri. In primis tibi scribimus domum quinque trabium in platea Dermati , lectum ligneum habentem culcitam , cervical , et sindonem unam , et lodicem lineam gossipio infartam , hortos duos vineales ad Rhodocallum sitos prope templum Dei Genitricis , quae cognominatur Atoca, cum sua parte lini hypolinii, inaures ex auro, linum autem hypolinium totum, et mantile breve femineum , et tunicam ex puro serico ; et haec ratione dotalicii; theoretri vero causa uncias aureas duas de tarenis siculis. Pars autem quae non observaverit praesentem nuptialem contractum , et in eo non acquieverit , solvat ex pacto et stipulatione parti observanti , et adquiescenti regales sex et triginta , et Fisco tantundem, manente posthac firmo in perpetuum hoc nuptiali contractu. Scriptum rogatu nostro , qui signa antea exaravimus , manu Nicolai filii Ioannis Diani ,

κυροῦ νικολάου γραμματικοῦ καὶ ταβουλαρίου καλλιπόλεως. μηνὶ αὐγούστω ἰνδίκτιωνι Θ' ἔτους ϛχιθ' παρουσία μαρτύρων.

† Θεοριάνος ἱερεὺς καὶ ἔξαρχος ὁ φαρατῆς ὑπέγραψε οἰκεῖα χειρί.

† παντολέων ἱερεὺς ὁ φοτινος μαρτυρ οικεῖα χειρί.

† ὁ εὐτελὴς ἱερεὺς ἰοσφρὶς ο κύλλης μαρτυρ υπέγραψε.

† ἰωάννης ἱερεύς ὁ τοῦ λοροτάμου μαρτυρ υπεγραψε. † καὶ ὁ γραφεὺς τοῦ ὕφους ὑπέγραψε.

† ὁ τῆς καλλιπόλεως ταβουλάριος νικόλαος ὁ γραμματικὸς ἐπικυρῶ.

ex mandato domini Nicolai notarii et tabularii Gallipolis, mense augusto, indictione IX, anno 6699, coram testibus.

† Theorianus Faratis presbyter et exarchus subscripsit propria manu.

† PantaleoPhotinus presbyter testis propria manu.

† Iosfres Cyllius humilis presbyter testis subscripsit.

† Ioannes de Lorotomo presbyter testis subscripsit. † Et scriptor huius contractus subscripsit.

† Nicolaus notarius tabularius Gallipolis roboro.

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini — n.° 7.)

VIII.

1195 — Mense Februario 5 — Indict. XIII — Gallipoli.

Peregrina vidua Leonis Perdicani eiusque filius Petrus vendunt Barnabae praeposito monasterii S. Stephani de Fonte domum positam in platea Cutzubelli.

Σίγνον † χειρὸς πελεγρίνης τῆς ποτὲ γυνῆς λέοντος περδικάνου τοῦ ἤδη ἀποιχομένου. σίγνον † χειρὸς πέτρου γνησίου υἱοῦ αὐτῆς τῆς ῥηθείσης πελεγρίνης συμπράτορος καὶ ἀντιστάτωρος. Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἡμεῖς ἥτε μητὴρ καὶ υἱὸς, οἱ τὰ σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἰδιοχείρως ποιήσαντες. πιπράσκομεν καθαρῶς καὶ ἀδόλως δίχα πάσης κακομιχάνου προφάσεως. μᾶλλον δὲ μεμεταμελετημένου σκόπου καὶ καθαρὰς νοῆς καὶ θελήσεως, πρὸς σὲ τὸν εὐλαυίστατον υαρναύαν μοναχὸν, καὶ καθηγούμενον μονῆς τοῦ ἁγίου στεφάνου τῆς πηγῆς καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν μονὴν. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς μετὰ σὲ, μέλλοντας διαδόχους κατόχους καὶ ἀδελφοὺς ἐκεῖσε ἔσεσθαι τὸ ἡμέτερον ὀσπήτιον χαμόγαιον ματερίων δύο, τὸ ὂν καὶ διακείμενον κατὰ τὴν ῥύμην τοῦ κουτζουυέλλου, ὃ καὶ συνορίζεται οὕτως. ἐξ ἀνατολῶν, ὀσπήτια ὑμέτερα τῆς ἁγίας μονῆς τοῦ πρωτομάρτυρος στεφάνου. καὶ ἡ αὐλὴ ἥνπερ εἴχομεν κοινήν. Ἐκ δυσμᾶς, τοπίον κυροῦ λέοντος τοῦ κυροῦ χαρζιανίτου. Ἐκ υορρᾶ, ἡ δημοσία ὁδὸς καὶ ὁ πῦργος τῆς χώρας. Ἐκ νότου ὀσπήτιον εἰρήνης τῆς τζικονίας. πιπράσκομεν δέ σοι τοῦτο, εἰς τιμὴν τὴν ἀναμεσόν ἡμῶν, συμφωνηθεῖσαν καὶ ἀρεσθεῖσαν, καὶ ἀπὸ χειρῶν

Signum † manus Peregrinae quondam uxoris iam demortui Leonis Perdicani. Signum † manus Petri legitimi filii memoratae Peregrinae, qui una cum ea vendit, et ipsius procurator est. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos mater et filius, qui signa venerabilis et vivificae crucis propriis manibus exaravimus, vendimus pure, sine dolo et quovis improbo praetextu, sed scopo haud poenitendo, puraque mente ac voluntate tibi Barnabae piissimo monacho et praeposito monasterii S. Stephani de Fonte, et sancto monasterio non solum, sed fratribus post te in eodem futuris successoribus et possessoribus, domum nostram terraneam duarum trabium, quae sita et posita est in platea Cutzubelli, atque ita circumscribitur: ad orientem sunt domus, quae ad vestrum sanctum monasterium Protomartyris Stephani pertinent, et atrium quod in commune possidemus; ad occidentem loculus domini Leonis filii domini Chartzianitae; ad septentrionem via publica et turris civitatis; ad meridiem domus Irenes de Tziconia. Huiusmodi autem (*domum*) vendimus tibi pretio inter nos convento et placito, et a manibus nostri. . . . . Hoc igitur quod nobis placuit iustum pre-

τοῦ ἡμετέρου. . . . . ταύτην τοιγαροῦν τὴν ἀρεσθεῖσαντα ἡμῖν δικαῖαν τιμὴν ἀπολαυόντες, τελεῖαν νομὴν καὶ δεσποτίαν, σοί τε καὶ τοῖς μετὰ σὲ διὰ τοῦδε τοῦ ἐγγράφου ἐγείναμεν τοῦ ποιεῖν ἐν αὐτὸ εἴ τι καὶ βούλεσθε, ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν εἰληφότες παρ' ἡμῶν μὴ δυναμένων ἡμων ποτὲ καιρῷ ἢ χρόνῳ, κίνησιν, ζήτησιν τὴν οἱανοῦν ποιῆσαι. ἢ ἀναργυρίαν προφασῖσθῆναι, ἢ τὸ βελλιάνειον δόγμα, ἢ νόμον τινὰ ἄκαιρον ἐπικαλεσθῆναι ἀλλὰ μᾶλλον ἵσταστθαι καὶ διεκδικᾶν ἀπὸ παντὸς ἐναντιουμένου (προσώπου καὶ) δεφένσορες εἶναι ἄοκνοι ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι. εἰ δὲ καὶ τοῦτο οὐ ποιήσομεν ἡμεῖς καὶ οἱ ἡμέτεροι κληρονόμοι καὶ τὴν δεφενσίονα φύγωμεν, πρὸς ἡμᾶς, καὶ τοὺς μεθ' ἡμῶν, ἐκ συμφώνου, καὶ ἐπερωτήσεως ἀρέσκομεν ζημιοῦσθαι ἡμᾶς τὴν τιμὴν ἐν διπλῇ ποσότητι, καὶ πρὸς τὸ δημόσιον ἐμοίως. μένοντος αὖθις τῆσδε τῆς ἐγγραφῆς, ἀπαρασαλεύτου ἀρραγοῦς ἀλύτου καὶ βεβαίας, εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας καὶ διηνεκῆς χρόνους. ἣν καὶ γραφῆναι ἡμετέρᾳ (ἀξιώσει) χειρὶ περεγρίνου πολίτου. προτροπῇ μαγιστρου νομικοῦ καὶ ταβουλαρίου καλλιπόλεως. μηνὶ φεβρουαρίῳ πεντε τῆς ἰνδικτίωνος ιγ' ἔτους ϛψ(γ').

† ὁ εὐτελεῖς ἱερεὺς γεώργιος ὁ σπαθάριος μάρτυρ ὑπέγραψε οἰκειοχείρως. † λέων ἱερεὺς καὶ κληρικὸς ὁ μεταχειρ μάρτυρ ὑπέγραψε οἰκειοχείρως.

† στεφανος υιος μαγιστρου μαρτυρ υπεγραψε.

† ιωαννης υιος μαγιστρου μαρτυρ υπεγραψε.

† ὁ τῆς καλλιπόλεως κριτὴς ἰωάννης ὁ ἀλφέριος ὑπέγραψε μαρτυρῶν.

† νικολαος ἀναστάσιος καπτάλβος, νομικὸς καὶ ἱερομνήμων, ὑπέγραψε.

† καὶ τὸ ὕφος γράψας σύμφωνεῖ.

† καὶ ὁ ταβουλαριος μάγιστρος ἐπικυρῶ.

tium cum acceperimus, perfectam possessionem et dominium praesenti instrumento tibi tuisque successoribus concedimus, ut faciatis in ea quidquid volueritis, utpote qui ius et auctoritatem a nobis accepistis. Neque nobis unquam liceat quavis occasione vel tempore actionem aut quaestionem ullam vobis movere, vel praetextum non numeratae pecuniae opponere, vel legem Vellèianam, vel quampiam non opportunam legem invocare; sed potius obstare atque vos vindicare a quavis contraria persona, et, cum opus fuerit, defensores impigri esse teneamur. Quod nisi nos nostrique heredes hoc fecerimus, et defensionem effugerimus, ex pacto et requisitione vobis vestrisque posteris, nec non Fisco mulctari assentimur duplo pretio; et haec chartula deinceps inconcussa, stabilis, irrevocabilis et firma permaneat omni futuro tempore; quae scripta est rogatu nostro manu Peregrini Politae ex mandato Magistri notarii et tabularii Gallipolis, mense februario, die V, indictione XIII, anno 6703.

† Humilis sacerdos Georgius Spatharius testis propria manu subscripsit. † Leo sacerdos et clericus Metachirus testis propria manu subscripsit.

† Stephanus filius Magistri testis subscripsit.

† Ioannes filius Magistri testis subscripsit.

† Ioannes Alferius iudex Gallipolis testis subscripsit.

† Nicolaus Anastasius Captalbus notarius et hieromnemon subscripsit.

† Et ego, qui instrumentum exaravi, subscripsi.

† Tabularius Magister roboro.

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini — n.° 8.)

IX.

1202 — Mense Maio — Indict. V — Scyllacii.

Donatio facta a Gulielmo Scyllacii comite cuidam monasterio cuius nomen intercidit.

† ΣΥΓΗΛΛΙΟΝ ΓΕΝΑΜΕΝΟΝ ΠΑΡ ΕΜΟΥ ΓΟΥΛΛΗΕΛΜΟΥ ΚΟΜΙ ΣΚΥΛΛΑΚΟΣ.

Επιδι κατᾶ τον μαιον μηνα τῆς ενιστᾶμενης ινδικτιωνος ε' εν ετει ϛψι' δι(ατρίβοντ)ος μοῦ ἐν τι εμι χῶρα σκυλλακος αμα καὶ συν εμοι ὁ εμοι (σύνβιος ἡ ἐν)δοξωτάτη καὶ ὑψιλῶτατη κῶμιτισσα κυρα μεδάνια. σὶν ηδεισει . . . . . καὶ γνῶσι . . . . . τις τοῦ θεοῦ εκκλησίας πρὸς αφεσιν τῶν (ἁμαρτιῶν μου καὶ) τῶν ἐμῶν . . . . . (*Medium membranae humiditate deletum non legitur*). . . . . απο τον ποταμον σεβιραν αχρι εις τον. . . . . απο τιν σιμερον ημεραν εχιν αῖς αῖ ἶ αυτη μωνη μοὶ κολιομενη (ἢ ἐμποδιζομένη) παρα τινος μοιτε παρα των ημετερων κληρονομων οἳ απο των ημετερων εξουσιαστων . . . . . μι εισακουεσθω αλλ ηναι επικαταρατον παρα κυροιου θεου παντοκρατορος ζοιμιουσθω (δὲ καὶ εἰς) το δεσποτικον σακκελλον . . . . εκατον και προς πιστοσιν τις αυτης μονης τὶ ηδὶα μου (χειρὶ ἐκύρωσα καὶ τῇ συνήθει διὰ κηροῦ) μου βουλλη εσφραγισα εν μηνὶ και ινδικτιωνι και ετει (τοῖς προγεγραμμένοις).

† ἐγω γουλλιέλμος κόμης σκυλλακος δια του σταυρου εκυρωσα.

† μεδανιᾶ κομιτῖσσα σκυλλακος εκυρωσα και στεργω τα ανωτερα.

† χαρρῆς καρβουνελλος μαρτυρ. † ρογεριος καρβουνελλος μαρτυρ. † λεων βουγκαφουρνος μαρτυρ. † ego iordanus carbunelus testus sum † βιζανοτης καὶ κατα την ημεραν καστελλανος σκυλλακος μαρτυρ † μαλγεριος δαὶ πινν. . . μαρτυρ.

† εγραφη δια χειρος ροπερτου νοταριου τι προσταξει του ηψιλωτατου κομιτος.

† Sigillum factum a me Gulielmo comite Scyllacii.

Mense maio, praesenti indictione V, anno 6710. Cum ego degerem in mea civitate Scyllacii, et una mecum esset uxor mea gloriosissima et excelsissima comitissa domina Medania, consensu . . . . . et auctoritate . . . . . Dei ecclesiae pro redemptione peccatorum meorum meorumque . . . . . a flumine Sebira usque ad . . . . . a praesenti die in perpetuum ipsum monasterium habeat nemine impediente aut molestiam afferente vel ex nostris heredibus aut officialibus . . . . . ne exaudiatur, sed maledictus sit a domino Deo omnipotente; et insuper mulctetur regio Fisco . . . centum; et ad securitatem eiusdem monasterii propria mea manu roboravi, ac consueta mea cerea bulla signavi mense, indictione et anno supradictis.

† Ego Gulielmus comes Scyllacii per crucem roboravi.

† Medania comitissa Scyllacii quae supra roboravi et confirmo.

† Henricus Carbunellus testis. † Rogerius Carbunellus testis. † Leo Buccafurnus testis.

† Bizanotes pro tempore castellanus Scyllacii testis. † Malgerius de Pinn . . . testis.

† Scriptum manu Roberti notarii ex mandato excelsissimi Comitis.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 107 bis.)

X.

1203 — Mense Ianuario — Indict. VI — Gallipoli.

Maria filia Iordani, eiusque mater Rametta, et sorores Anna ac Theodota Iacobo priori monasterii S. Mauri praedium donant.

Σίγνον († χειρὸς μαρίας) θυγατρὸς Ἰορδάνου καὶ ῥαμέττης. (Σίγνον) † χειρὸς ῥαμέττης. Σίγνον † (χειρὸς ἄννης). Σίγνον † χειρὸς θεοδότης νομίμων καὶ γνησίων θυγατρῶν αὐτῆς. † σέργιος ἱερεὸς ο κοιστανεὺς καὶ αττοιστατωρ αὐτῶν.

Signum † manus Mariae filiae Iordani et Rametta. Signum † manus Ramettae. Signum † manus Annae. Signum † manus Theodotae legitimarum filiarum ipsius. † Sergius presbyter Cistanis earum procurator.

